A. de Grateloup

MUSEI CÆSAREI
VINDOBONENSIS
TESTACEA.

TESTACEA MUSEI CÆSAREI VINDOBONENSIS,

QUÆ JUSSU

MARIÆ THERESIÆ

AUGUSTÆ

DISPOSUIT ET DESCRIPSIT

IGNATIUS A BORN, EQU.

S. CÆS. REG. APOST. MAJEST. IN RE MONETARIA ET METALLICA A CONSILIIS AULICIS.
ACADEM. SCIENT. IMP. NAT. CURIOS. PETROPOLIT. LONDINENS. HOLMENS.
GÖTTINGENS. TOLOSAN. UPSALIENS. SIENENS. MONACENSIS &c.
SODALIS.



VINDOBONÆ,
SUMPTIBUS JOANNIS PAULI KRAUS.
MDCCLXXX.

MARIÆ THERESIÆ,

PIÆ, FELICI, AUGUSTÆ,

MATRI PATRIÆ,

MATRI LITERARUM ET ARTIUM,

CATALOGUM

TESTACEORUM

MUSEI RERUM NATURALIUM

A

D. FRANCISCO CONJUGE

COLLECTARUM

SUPREMO EJUS JUSSU

CONCINNATUM

D. D.

DEVOTUS NUMINI MAJESTATIQUE EJUS

IGNATIUS A BORN.



C. Schütz inv. et fecit 1779.

AD LECTOREM.

Ex omnibus Historiæ naturalis partibus unica tantum Conchyliorum & Petrificatorum notitia ejusmodi esse videtur, ut ea facillime carere possimus; ac si ex utilitate, quam scientia quævis nobis confert, ejusdem præstantia æstimanda sit, vix operæ pretium fuerit, quidquam diligentiæ in cognoscendis penitius Ostracodermis & Petrificatis adhiberi. Quid? quod vix non omnes, qui adhuc in utroque hoc historiæ naturalis argumento explicando versati sunt, sinistram, qua passim laborat, opinionem magis confirmarint, quam removerint.

Conchyliogica enim, quæ in lucem ad hanc usque diem emiſſa ſunt ſcripta, ſi pauca excipias, quid quæſo fere ſunt aliud, quam ſteriles exſuccique indices, vel e contrario verboſæ Teſtaceorum enarrationes, ſine ordine, ſine propoſito in chartam conjectæ? Imo vero tametſi ex clariſſimi viri *Ottonis Mülleri* voto atque ſententia ſingulæ remotiſſimorum marium oræ a *Leeuenhoekiis*, *Swammerdamiis*, *Adanſoniis* jam fuiſſent perluſtratæ, quorum indefeſſa induſtria, acutiſſimo judicio & incredibili patientia, accurata ſingulorum Conchyliorum vermiumque eadem incolentium nobis fuiſſet tradita deſcriptio, numquid labor hujusmodi, facundiſſimo licet *Buffonii* eloquio propoſitus, ultra quidpiam ad ſublimes illas notiones, quas aliæ Zoologiæ partes generatim de omnipotentia & ſapientia Creatoris nobis ingerunt, adjicere poſſet? cum præſertim peculiaris Teſtaceorum vivendi modus, genius, proprietates, imo vel ipſa, cur exiſtant, ratio nobis maximam partem ſint incognita, profundoque, ſi quid conjicere liceat, æternum immerſa ſint manſura, quippe obtutibus & indagationi noſtræ in elemento, quod incolunt, impervia.

Leviora longe ſunt emolumenta, quæ ex Conchis adipiſcatur hominum vel neceſſitas, vel commoditas. Carnes ſane earundem nequaquam pabulo & conſueto proprioque alimento noſtro deſtinatæ eſſe videntur. Miſerum duntaxat, ut multa largiar, ſunt, dum cibi alii omnes deficiunt, vitæ conſervandæ adminiculum; Nam eorum hic habendam rationem vix exiſtimo, qui, dum centum ferculis hebetatum guſtum exquiſitioribus cupediis excitare conantur, ad oſtrea conchasque confugiunt. Margaritarum luxus — celebrata tantopere a veteribus in pannis tingendis purpura — exſculpta e conchis vaſa, aut vermiculata artificioſe harum fruſtulis ſupellex — pretium demum cochlearum quarumdam, quibus

nationes

nationes barbaræ nummorum loco utuntur — hæc omnia minoris ſunt momenti, quam ut ad extollendam Conchyliologiæ præſtantiam in cenſum venire poſſint.

Ex altera vero parte ecquid lithologi noſtri præſtiterunt? An non tædet pigetque unumquemvis abſurdorum indicum, ambiguæ, perplexæ, ſæpe etiam ridiculæ nomenclaturæ, quam velut certatim ſibimet ipſis effingunt, ad tenebras rebus ſuapte obſcuris magis magisque affundendas? Quo amabo ſpectant conatus plurimorum, omnis generis petrificata conſectandi, tantoque ſtudio colligendi? Fortaſſe haud alio, niſi ut paginæ aliquot ephemeridum, neſcio quarum, literariarum impleantur, quæ quo die enatæ ſunt, eodem intereant, & oblivioni mandentur.

Equidem fateor, repertam ubique locorum innumerabilem prope petrificatorum multitudinem haud parum argumenti ſuppeditaſſe ad novas hypotheſes de origine telluris noſtræ fabricandas, atque propemodum eviciſſe iisdem in locis, quæ modo homines incolunt, &

Qua nunc graciles carpunt nova gramina capræ
Deformes poſuiſſe olim ſua corpora phocas.

Verum ut taceam, nunquam ad eum finem methodicam animalium marinorum petrificatorum cognitionem proprie directam fuiſſe, aſſerere audeo, ne quidem demonſtratione inde petita opus eſſe, ut terram noſtram aquis quondam coopertam fuiſſe probemus.

Longiſſime a me abſit, ut ſcientiam quamlemcunque anguſtiſſimis licet finibus circumſcriptam, ex his, quæ nunc de Conchyliorum & Petrificatorum ſcientia dixi, tanquam ſupervacaneam & inutilem traducere audeam. Penitus enim perſuaſus ſum, literas omnes adeo arcto nexu eſſe conjunctas, ut omnium communiter interſit, ſi ſingulæ, tametſi parum ad rem publicam literariam conferre videantur, peculiari induſtria excolantur. Accidit certe haud raro, ut fortuita & ex improviſo facta animadverſio quæpiam naturæ ad utiliſſima inventa pandat viam. Ita qui in ſuccino eam vim, qua leviora corpuſcula ad ſe attrahit, aut in magnete perpetuam ad ſeptemtrionem converſionem primi animadverterunt, parum, credo, penſi eam rem habuere. Poſtea vero cum obſervatorum perſpicacitas diligentius hæc phœnomena conſideravit, eorundem cauſas perſcrutata eſt, eademque ad humanæ vitæ uſum applicuit; ecce nunc fulmina horum ope contemnimus, novosque orbes & ignota olim terrarum ſpatia circumnavigamus!

Sola igitur methodus, qua Oſtracodermatum & Petrificatorum ſtudium huc uſque plerumque pertractatum eſt, & neglecta utriusque ſcientiæ ad verum quodpiam humani generis emolumentum deſtinatio, ſunt quæ vituperamus. Si enim juſto ex ordine certoque conſilio etiam hic procedamus, dubium non eſt, quin & inde aliqua ſaltem utilitas in rei publicæ literariæ commodum redundet. Cui certo incompertum ſit, quantam admirationem excitarint in eruditorum animis elephantorum in variis Europæ regionibus effoſſi ſceleti; quam diverſæ ea de re Phyſiologorum enatæ ſint opiniones; quam multa excogitata & ſcripta, ad probabile aliquod inventum ſtabiliendum: quo pacto oſſa animalium, æſtuoſiſſimum alias, immenſisque terrarum & marium tractibus diſſitum

tum a nobis, clima incolentium ad extremas ſeptemtrionis oras delata ſint? Atque eandem prorſus animi intentionem demirationemque jure quoque ſuo repoſcit conchula quævis, cujus cum vera patria indici aut africani maris littus vel abyſſus ſit, in noſtræ tamen Europæ montibus, mutata licet & in calcem aut lapidem converſa, paſſim effoditur.

Quanto longius in determinandis viciſſitudinibus, quas telluris noſtræ extrema facies ſubivit, in marium acceſſu vel receſſu perveſtigando, in ipſius climatis, ſub quo degimus, immutatione penitius cognoſcenda progreſſi fuiſſemus, ſi Helmintholithi, veluti remotiſſimi ævi rudera, omni hiſtoria antiquiora & ubique obvia, certiori ordine definiti, cum genuinis naturæ prototypis diligenter collati, & indicatis, in quibus olim habitarunt, locis, accuratius recenſiti fuiſſent [a].

Hunc arctiorem nexum Conchyliogiæ & Petrificatorum notitiæ, atque utriusque ad geographiam phyſicam altius perveſtigandam adplicationem maximum, ne dicam unicum fere, adfirmare auſim operæ eſſe pretium, quod ſolers naturæ indagator inde referre valeat; quod ut eo certius conſequamur, finisque ille, ad illuſtrandam orbis a nobis inhabitati hiſtoriam propoſitus, tanto facilius obtineatur, Conchyliologis & Lithographis alia longe, quam hucuſque potiſſimum calcarunt, via procedendum foret.

(a) Comme dans l'Hiſtoire civile on conſulte les titres, on recherche les medailles, on dechiffre les inſcriptions antiques, pour determiner les epoques des revolutions humaines, & conſtater les dates des evenemens moraux: de meme dans l'Hiſtoire naturelle il faut fouiller les Archives du monde, tirer des entrailles de la terre les vieux monumens, recueillir les debris & raſſembler en un corps des preuves tous les indices des changements phyſiques, qui peuvent nous faire remonter aux differens ages de la Nature; C'eſt le ſeul moyen de fixer quelques points dans l'immenſité de l'eſpace & de placer un certain nombre des pierres numeraires ſur la route eternelle du temps. Supplement a l'Hiſtoire naturelle par M. le C. de Buffon. Tom. IX. pag. 1.

Vaga & anceps nomenclatura, qua in universa naturæ historia etiamnum densæ nobis nebulæ inducuntur, serenam lucem ipsis adeo, qui sacris istis mysteriis jam diu initiati sunt, nedum his, qui eadem primo a limine salutant, intercipit. Hæc videlicet infelix proventus est innumerabilium pæne in re naturali adornanda systematum, quæ quilibet sibi pro arbitrio suo effinxit. Quivis hujusmodi systematum architectus novas sibi fabricat classes, genera, species; & quod inde sequitur, nova novis figmentis inducere nomina, & res jam confusas funditus pervertere cogitur. Omnium horum quotquot tanta artis pompa concepta sunt systematum lacunæ, defectus, vitia, inprimis perennia in hunc usque diem impedimenta, quibus methodum naturalem statuere prohibemur — hæc inquam omnia nos pridem erudire debuissent, longe esse conducibilius, quodpiam ex jam receptis systematibus persequi, & quoad fieri potest, perficere, quam novas in describendis corporibus excogitare methodos, & nova invenire vocabula, quæ nemo lectorum intelligat.

Itaque ostracologum & lithologum quemlibet minime pigere oporteret, in conscribendis corporibus naturalibus celebrius quoddam systema sequi; res, quas nobis ob oculos ponit, secundum characteres, a systematis electi auctore definitos, describere; nomina ab ipso usurpata servare; novas species, forte inventas, inter cognita jam & fixa genera dispescere; propriis appellationibus unamquamque signare, & in Testaceis præcipue notas adponere, quæ stabiles sint, neque tam a discrimine colorum, quam a nativa uniuscujusque forma repetantur; Colores enim, atque alia hujusmodi exteriora & fortuita discernicula, dum conchæ in calcem lapidemve abeunt, evanescere, atque inde comparationem cochleæ genuinæ cum lapidescente difficiliorem reddi, necesse est.

Eadem

Eadem ratione Lithologis curandum foret, ut Teſtacea petrificata — neglectis mutilis & corruptis, quibus hiſtoriæ naturalis incrementum non promovetur — cum genuinis comparentur, recte determinentur, definianturque, illudque obſervandum, ut Helmintholithi, quorum naturalia, ſi ita appellare fas eſt, exemplaria nondum reperta ſunt, peculiari induſtria deſcribantur; fieri enim poteſt in tam prolato hodie ſcientiæ naturalis ſtudio, ut nova indies conchylia detegantur, atque ea ipſa, quorum nunc duntaxat velut in ſaxum converſa ectypa habemus, eruantur.

Fruſtra quidem in conſtituto ad hanc methodum lithophylacio plerique Lithologi noſtri, qui ſibi in re naturali haud parum ſapere videntur, *Oſtreopinnitas ſuas*, *Oſtreotellinitas*, *Globoſitos*, *Cyſtolithos*, *Tecolithos*, & quæ ſunt abſurda alia hujusmodi vocabulorum monſtra, quibus nunc Petrificatorum ſcientia obruitur, requirent. Verum ii ipſi ſibi imputent, ſi falſo ſibi perſuaſere, magna ſe eſſe in hiſtoria naturali nomina, cum omnium aliarum ampliſſimæ hujus ſcientiæ partium expertes ad producendos, ſi Superis placet, illius fines, nil niſi configurata ſua ad quoddam conchæ genus ſaxa, aut ſi malunt, verboſas Petrificatorum ſuorum deſcriptiones, ſine ordine, ſine certo fine propoſitas, cum ſonoro collegarum applauſu proferant in medium. Contra vero, ſi ad propoſitam a nobis formam rerum naturalium in Muſeis collectarum indices conficiantur, ſi Petrificatorum claſſes in ſingularum provinciarum oryctographiis ea ſerie digerantur, quam claram poſteris noſtris proferemus lucem, ad marium, quæ olim continentem noſtrum inundaverant, receſſum e diligenti concharum & Helmintholithorum comparatione determinandum.

Ex his, quæ præmisi, facili conjectura quivis lectorum adsequetur, me ipsum in hac, quam exhibeo, Musei Cæsarei res naturales complectentis descriptione non alia, quam designata a me via processurum.

Constat thesaurus iste Testaceis, Zoophytis, Crustaceis, & demum Petrificatis & fossilibus tum lapideis, tum mineralibus.

Præsenti volumine Conchylia collectionis hujus locupletissimæ exhibeo, in quorum enarratione immortalis Linnæi systema, tanquam omnium, quæ in hoc argumento cognosco, plenissimum præstantissimumque secutus sum, quod ut magis illustrarem, cujuslibet generis & familiarum, in quas genera dispescimus, proprios characteres æri insculpendos, & lectorum obtutibus offerendos curavi. Ad hæc, ne vermium Testacea incolentium notitiam, qua universa Zoologia perficitur, penitus negligere videar, cuilibet generi brevem quoque animalis historiam, quantum videlicet ex peritis & probatis ea in materia scriptoribus colligere potui, adjunxi. In descriptione vero singularum specierum, quibus ad Linnæi ductum nomina impono, vulgatas etiam seu, ut vocant, triviales appellationes diversis linguis addidi; notiora de re concharia scripta, ubi genuinæ descripti a nobis conchylii effigies extant, diligenter indicavi; quorum vero nullam recte disignatam iconem reperi, eam typis peculiaribus æri incisis expressi. Præter cujusvis Testacei definitionem verbis, quantum licet, paucissimis conceptam, etiam notabiliores singulorum partes, & uniuscujusvis speciei dimensionem ex elegantioribus Testis, quarum potissimum plures thesaurus noster continet, desumtam, patriam denique, ubi certo auctore hanc cognoscere potui, ostendi.


Igitur

Igitur quemadmodum hoc opere mihi inprimis propositum fuit, systema conchyliologicum Linnæi partim illustrare, partim supplere, ac perficere, ita & ejus dicendi genere, nomenclatura & terminologia usus sum. Plurima sunt quidem in quovis Testaceorum genere specimina, quæ ut naturali sua pulchritudine intuentium oculis blandiuntur, ita orationis venustate haud illepide exornari possent. Verum præterquam quod naturæ studiosi illecebris his, quæ ad rectius definiendas res naturales vix faciunt, non capiantur, nucleum potius, quam inanium verborum corticem iisdem proponere placuit; præcipue cum in tanta describendorum Testaceorum multitudine fieri vix potuisset, quin denique in dicendo sicci, indiserti, & quod summo Linnæo ab imperitis objicitur, μονοτονοι quoque deprehenderemur.

Fortassis nonnulli lectorum, Præfationis hujus loco, historicam de Museo isto cæsareo relationem expectaverant. Historia hæc tam brevis est, ut vix Præfationi, quo modulo eam hodie metiri solemus, explendæ suffectura fuisset. Initium illi factum est Florentiæ in Etruria a clarissimo & de naturali scientia optime merito Equite Joanne a *Baillou*, a quo ad immortalis memoriæ Principem FRANCISCUM Augustum emtione pervenit, qui collectionem hanc, jam tum numero, atque selectu spectabilem, Viennam transferri jussit, & pro summo suo erga omne literarum artiumque genus studio, maximis vereque Cæsareis sumtibus, novis, quoad vixit, accessionibus adauxit. In hoc Museo Augustus ille curarum suarum levamen, in hoc suavissimum otium, in hoc jucundissimum quoque ac perfrequens negotium habuit. Postea vero, quum luctuoso bonis omnibus, præcipue vero Musis, excessu terris Princeps hic Optimus ereptus est, Augusta Conjux MARIA THERESIA, cujus imperium immortale inter maxima alia

opera reſtitutarum in regnis ac provinciis ipſius literarum atque artium erit monumentum, theſaurum hunc publicis uſibus, ac eorum, qui naturæ divitias ſcrutantur, ſtudiis patere, meaque opera in eorum quoque gratiam deſcribi juſſit, qui ab urbe hac remoti degunt, neque res, Muſeo conditas, oculis ipſi ſuis uſurpare poſſunt.

Num Auguſto huic mandato, & Eruditorum expectationi ſatis fecerim; num aliquid ad perficiendam naturæ cognitionem contulerim, eorum eſto ſententia, penes quos legitimum & æquum eſt harum rerum arbitrium. Id tamen univerſim omnes, qui judicium de hoc opere laturi ſunt, admonitos eſſe velim, me non perpetuam, atque ſi vocabulo huic iſto in genere uſus eſt, pragmaticam hiſtoriam, ſed indicem duntaxat Conchyliorum, quæ Muſeum Cæſareum continet, hic proponere.



NO-

TERMINOLOGIA CONCHYLIOGRAPHIÆ. (*)

TERMINI COCHLEARUM.

ANFRACTUS, circumvolutiones gyrorum circum columellam.
ANCIPITES, ad latera teſtæ longitudinaliter carinati. Helix Scarabæus.
BIFIDI, linea, ſeu ſulco transverſali, quaſi ſutura diſtincti. Buccinum crenulatum.
CANALICULATI, ad ſuturam ſuperiorem foſſula excavati. Conus marmoratus.
Ipſa foſſula dicitur CANALIS. Buccinum ſpiratum.
CANCELLATI, coſtis longitudinalibus arcuatis verſus anfractuum ſuturam cincti. Turbo ſcalaris.
CARINATI, in angulum, totum anfractum circumeuntem, depreſſi. Helix carocolla.
CONTIGUI, anfractus concreti.
CORONATI, verſus apicem ſimplici ſerie eminentiarum cincti. Murex erinaceus. Nerita corona.
DISJUNCTI, ſeu DISTANTES, lateribus undique ſejunctis. Nautilus ſpirula.
FRONDOSI, varicibus in frondes dædaleas ſeu criſtatas germinantibus. Murices frondoſi.
IMBRICATI, inferne carinati, carina ſuturam inferiorem obumbrante. Turbo replicatus.
INDIVISI, ſeu INTEGRI, oppoſiti, bifidis. Buccinum maculatum.
LAMELLATI, excreſcentiis quaſi membranaceis, transverſalibus, cincti. Buccinum bezoar.
LINEATI, lineis exarati.
LINEÆ, aliquando, ut in Conis, picturam tantum ſignificant, aliquando ſtrias elevatas, aut excavatas.
LONGITUDINALES, a baſi ad apicem ſeſe extendentes;
TRANSVERSALES, anfractuum ductum ſequentes.
STRIATÆ, ſtriis transverſim exaſperatæ. Turbo argyroſtomus.
OBSOLETI, ſutura obliterata. Buccinum glabratum.
SCROBICULATI, ſcrobiculis ſeu cicatricibus excavatis adſperſi; verbis hoc difficilius exprimitur, quam oculis in Buccino cornuto percipitur.
SCRIPTI, characteribus variis, literas ſimulantibus, picti.
SINISTRI, ſere omnes teſtæ dextrorſum contra ſolis, ut vulgo dicitur, curſum procedunt, exceptis pauciſſimis, quæ cum ſole flectuntur, et contrariæ ſeu ſiniſtræ audiunt.
SPINOSO-RADIATI, ſpinis in orbem cincti. Trochus ſolaris.
SPINÆ CONCATENATÆ, baſi confluentes. Turbo Pagodus.
SETACEÆ, ſetæ ſuillæ inſtar attenuatæ. Murex tribulus.
STRIATI lineis ſubtiliſſimis, aut elevatis, aut excavatis cincti.
STRIÆ PUNCTATÆ, puncta elevata ſecundum ſtrias longitudinaliter digeſta.
PUNCTA aut ſunt ELEVATA, aut EXCAVATA.
CONCATENATA, monilis inſtar in ſeriem cohærentia. Trochus Pharaonis.
PERTUSA, profunde excavata, quaſi ſtylo intruſo facta. Buccinum perſicum.

***** SUL-

(*) E Fundamentis teſtaceologiæ Cl. Adolphi Murray, in celeberrima Univerſitate Upſalienſi Anatomiæ et Chirurgiæ Profeſſoris Publici Regii, terminos linnæanos rei conchyliologicæ exſcribere et in lectorum gratiam Catalogo huic præponere neceſſum duximus; mutatis concharum terminis nonnullis, quos caſtigatiores quidam oſtracographi gravius tulerant.

SULCATI, lineis latioribus, aut excavatis aut porcatis ſeu elevatis exarati.

SULCI MONILIFORMES elevati, punctis concatenatis repleti. Trochus ſcaber.

TORULOSI, inter genicula tumidiores. Nautilus Beccarii.

VARICES, ſututæ anfractuum transverſales gibbæ.

CONTINUATI, omnes anfractus percurrentes. Murex Gyrinus.

DECUSSATI, longitudinaliter et transverſaliter digeſti. Murex femorale.

SCROBICULATI, ad margines cavitatibus exarati. Murex ſcrobilator.

SUTURÆ anfractuum, ubi anfractus inter ſe conglutinati.

DUPLICATÆ ſeu geminatæ, quaſi duplici ſtria elevata anfractus connectente. Buccinum vittatum.

MARGINATÆ, elevatæ carina prominente. Turbo annulatus.

ARTICULI, anfractus nonnullorum Nautilorum inter genicula, quæ coarctatio anfractuum ſunt, reſpondens ſepimento interno. His mediantibus anfractus videntur quaſi articulati, præcipue ubi genicula ſunt inſculpta, ſeu evidenter coarctata.

COSTÆ, carinæ majores ab apice ad peripheriam ductæ.

FORNICATÆ, ſquammis ſubtus concavis longitudinaliter exaſperatæ.

RADII, ſtriæ elevatæ a centro ad peripheriam ductæ.

MACULÆ TUBERCULATÆ, teſta reticulata, tuberculis ad ſectionem coſtarum eminentibus. Murex reticularis.

CINGULA vario ſumuntur ſenſu. Nunc enim idem ſignificant ac Zonæ, ut in Conis; nunc in Murice rana, Murice dolario idem ac Coſtæ. In Buccino echinophoro, Buccino rufo eundem, ac catena nodorum, habent ſignificatum; in Turbine ſcalari, Turbine clathro autem ſumuntur pro cancellis. Turbinis ſtriatuli ſtriæ membranaceæ anfractuum ductum ſequentes hocce termino exprimuntur.

VENTER ſeu CORPUS, ultima circumvolutio teſtæ; Hæc præ ceteris eſt tumida.

DORSUM, communiter faciem ſuperiorem ventris, aperturæ impoſiti, ſignificat. In Patellis autem, et Haliotidibus per dorſum indicamus ſuperiorem convexam teſtæ faciem.

BASIS, ea ventris pars, quæ aperturæ proxima. Infimam autem aliquando partem labiorum, ut in Conis et Volutis, nomine etiam baſeos comprehendimus. Hoc ſenſu vel eſt EMARGINATA, ſinu nempe profundo exſculpta, vel INTEGRA.

ROSTRUM, labia longe utrinque educta, attenuata.

SPIRA, anfractus ſuperiores ſimul ſumti.

CARIOSA, quaſi a carie, ſeu vermibus exeſa, et decorticata. Buccinum præroſum.

CAPITATA, terminata capitulo craſſiuſculo. Murex ſcorpio.

EXQUISITA, ſeu exſerta, valde attenuata.

PLANA, anfractus ſuperiores altitudine æquales, ut ſpira videatur quaſi truncata. Conus generalis.

RETUSA, inferiores ſpiræ anfractus in ventrem repreſſi. Bulla phyſis.

RETUSO-UMBILICATA, ſpira ita repreſſa ut potius cavitas quam eminentia ſpiræ videatur. Voluta perſicula.

APEX, ſummitas ſpiræ.

DECOLLATUS, ſeu MUTILATUS, ita ille teſtæ apex apellatur, cujus ſpira horizontaliter decidit, non caſu, ſed natura; id quod ex eo patet, quum anfractus ſuperne ſemper in hac clauſi ſeu conſolidati occurrant. Caſu enim mutilatæ anfractus ſuperior ſemper foramen relinquit. Murex decollatus.

PAPILLARIS, opponitur acuto, ubi apex ſemigloboſus apparet.

VERTEX. Si excipias Bullam ampullaceam, dicitur vertex ſuprema Patellarum pars eminens.

SUBMARGINALIS juxta marginem poſticum collocatus. Patella lutea.

CO-

COLUMELLA, columna media, circum quam anfractus in gyrum aſcendunt; Hanc haud difficulter, ſi teſta longitudinaliter findatur, perſpicies.
ABRUPTA, ſeu TRUNCATA, baſi quaſi transverſim deſciſſa, ut non excurrat in continuatum labium. Buccinum ſpiratum.
CAUDATA, ita elongata, ut extra ventrem promineat.
PLANA, in labium excurrens planum. Buccinum perſicum.
PLICATA, plicis transverſis notata. Volutæ fere omnes.
SPIRALIS, cauda in ſpiram contorta. Trochus teleſcopium.
TRUNCATA, cauda transverſaliter abſciſſa. Bulla virginea, Bulla achatina.
UMBILICUS, baſis columellæ ſubtus conſpicua.
PERFORATUS ſeu PERVIUS, foramine, ad ſummum uſque apicem continuato, excavatus. Trochus perſpectivus.
RIMA UMBILICALIS, UMBILICUS SUBOBTECTUS, SUBCONSOLIDATUS, ſunt artis ſynonima, ubi labium reflectitur ſupra umbilicum excavatum, ut tantum foraminis margo appareat.
DENTICULUS UMBILICALIS, umbilici perforati margo dente quodam exornatus. Turbo pica.
MARGO COLUMNARIS, columellæ margo, parietem aperturæ interiorem conſtituens.
LABIVM, margo aperturæ interior. Sumitur etiam in Patellis pro membranula teſtacea, earum fundo, vel cavitatis lateri inſerta, inque iis eſt vel FORNICALE ſub apice, vel LATERALE ex lateribus teſtæ enatum.
LABRUM, exterior aperturæ margo; Nonnulli illud LABIUM EXTERIUS vocant
ANTICUM, labii pars antica, quæ ad ſpiram, et
POSTICUM, quæ ad caudam vergit.
COARCTATUM, ad baſin teſtæ retractum.
DIGITATUM, uſque ad radicem labii in lobos divergentes attenuatos diviſum. Strombi digitati.
DIGITI, lobi ipſi labri digitati.
SOLUTUM, ſinu ab anfractibus ſeparatum. Voluta muſica.
FISUM, in medio ſinu lineari fere diſſectum. Murex babylonicus.
INTEGRUM, contrarium fiſſo.
MUCRONATUM, in unum tantum mucronem deſinens. Strombus auris Dianæ.
SCROBICULATO-CANALICULATUM, varicoſum, cavitatibus ad varicem labii impreſſis. Murex cutaceus.
CAUDA, Ventris, Labiorum, et Columellæ baſes elongatæ.
ABBREVIATA, anfractu infimo brevior. Murex erinaceus.
CLAUSA, canali concreta. Murices caudigeri.
ELONGATA, infimo anfractu longior. Murex hauſtellum.
EXPLANATA, marginibus dilatata. Turbo marmoratus.
TRUNCATA, transverſaliter quaſi abſciſſa. Murex trunculus.
CANALIS, continuatio aperturæ in caudam, involutam.
APERTURA, orificium totius teſtæ. Continuatio autem aperturæ, quantum in cavitatem teſtæ per illam inſpicere licet, audit FAUX.
BIMARGINATA, ad labrum duplici margine. Helix arbuſtorum.
BILABIATA, labio et interiore, et exteriore inſtructa. Opponitur illi, quæ labio interiore deſtituitur. Murex aluco.
DEHISCENS, labro inferius diſtento, ut in Conis nonnullis; ubi alias linearis eſſe ſolet. Conus tulipa.
COARCTATA, opponitur effuſæ, ubi margo cingit aperturam absque lacuna poſtica.
EFFUSA, quæ poſtice minime coarctata, verum ad utrumque labium ſinu ſeparata eſt, ut aqua impleta effluat poſtice. Cypreæ.

REFLEXA, labio antice verſus anfractum infimum reflexo. Turbo corneus, Turbo reflexus.
REPANDA, labiis repandis flexuoſa. Murex hyſtrix.
RESUPINATA, ſurſum verſa. Helix ringens.
TRANSVERSA, quæ in teſta ſpirali in parallelo plano eſt locata.
DENTATA, dentibus inſtructa. Cypreæ omnes, in quibus apertura quoque *RIMA* audit.
OPERCULUM, lamina, qua nonnulla teſtacea aperturam ſuam claudunt; idque eſt vel CORNEUM, ut Unguis odoratus, vel TESTACEUM, ut Umbilicus Veneris officinarum, vel MEMBRANACEUM ut in Helice pomatia.
EPIDERMIS, tunica extima teſtæ in nonnullis ſpeciebus invenienda, quæ ſponte decidit, absque aliquo teſtæ ſuperficiei damno.
Sunt quidam termini, qui totius teſtæ, vel alicujus ejus partis proprietates generales et figuras delineant; ex quibus ſequentes explicatione quadam egere videntur.
TESTA ANTICA, pars, quæ ad ſpiram vergit. Hic ſcitu neceſſarium eſt, quod in deſcriptionibus teſtarum dandis, illa pars, quæ ſpiram conſtituit, et vivente animali poſterius locatur, pro antica ſumatur; contra vero alteram, baſin formantem, poſticam eſſe.
CLAVATA, ſuperne craſſior, verſus baſin elongata. Bulla Ficus.
CONVOLUTA, ubi anfractus exteriores ſpiraliter involvunt interiores. Coni omnes.
CORTICATA, idem, ac teſta epidermide tecta.
CYLINDRICO-UMBILICATA in cujus umbilico cavitas cylindriacea eſt. Trochus umbilicatus.
EMARGINATA; cujus margo ſinu eſt excavatus.
EXUMBILICATA ſeu IMPERFORATA, absque umbilico concavo.
FVSIFORMIS, conſtituens medium inter conicam, et ovatam, ſeu TURRITA parum ventricoſa. Voluta Mitra, Voluta muſica.
IMBRICATA, rugis margini parallelis, ſibique invicem incumbentibus, inæqualis. Patella antiquata.
INTERRUPTA, novis accretionibus continuata. Dentalium dentalis.
INVOLUTA, ubi labrum exterius introrſum flectitur, Cyprææ omnes.
LINEIS-CRISPATA, lineis flexuoſis exaſperata. Bulla Phyſis.
MARGINATA, latera teſtæ incraſſata; Nonnullæ Cyprææ.
OBOVATA, ovata, ſed non apice, verum baſi elongata anguſtiore. Strombus oniſcus.
PERFOLIATA, ſutura horizontali, margine deflexo cincta, ac ſi unica teſta eſſet alteri impoſita. Patella equeſtris.
POLYTHALAMIA interius interrupta diaphragmatibus variis. Nautili.
SIPHO, canalis cylindricus diaphragmata perforans.
CENTRALIS, centrum diaphragmatum penetrans. Nautilus pompilius.
LATERALIS in marginibus diaphragmatum. Nautilus legumen.
OBLIQUUS, axim anfractuum ſecans Nautilus granum.
RADICATA, baſi affixa alieno corpori. Sabella penicillus.
ROSTRATA, extremitatibus elongatis. Bulla biroſtris.
SPIRALIS, ita contorta, ut plano imaginario per medium anfractus extimi ducto, omnes eo ſcindantur in æquales partes. Nautilorum nonnulli, et Serpula ſpirillum.
TURRITA, anfractibus ſenſim ſenſimque in formam coni attenuatis, unde ſepoſita ſemper decumbit; Seu teſtæ omnes, in quibus longitudo multum ſuperat latitudinem.

TUR-

TURBINATA, ventre maxime tumido, ſpira minore e ſinu ventris quaſi educta. Voluta turbinellus.
UMBILICATA, umbilico prædita; Sed in Cypræis vocantur illæ umbilicatæ, quarum ſpira retuſa in cavitate conſpicitur.

TERMINI CONCHARUM.

Ad explicandas rectius bivalvium, et multivalvium ſeu Concharum partes CARDO ponatur eſſe loco baſeos teſtæ, atque adeo LATUS ſeu MARGO INFERIOR, unde latus ei oppoſitum dicitur MARGO SUPERIOR. Protuberantiæ inſigniores extra cardinem vocantur APICES. Juxta cardinem ab altera parte conjunguntur valvulæ membrana (in Muſeis ſæpius deſtructa) quæ LIGAMENTUM audit. Margines circum ligamentum Areæ anticæ LABIA EXTERNA conſtituunt. Regio circa ligamentum, AREA ANTICA ſeu AREA, aſperitates juxta aream anticam, ſæpe ad apices usque extenſæ, PUBES dicuntur. Cartilago, cui ligamentum affigitur, ſeu labella intra ligamentum LABIA INTERNA, et hiatus inter hæc RIMA appellatur. Areæ anticæ latus dicitur MARGO ANTERIOR; Juxta Apices ab altera parte ſæpius impreſſio conſpicitur, quæ AREA POSTICA ſeu AREOLA nominatur. Latus huic proximum eſt MARGO POSTERIOR. REGIO, FACIES, et LATUS idem ſignificant.
Jam ſpecialius Concharum partes terminis illuſtrandæ. Primum tamen generales valvularum, vel invicem conjunctarum, vel ſeparatarum proprietates oſtendendæ.
TESTA ANTIQUATA, longitudinaliter ſulcata, transverſis vero appoſitionibus teſtaceis quaſi interrupta, ita, ut videatur, ac ſi minores teſtæ annotinæ ad apices illi eſſent appoſitæ. Cardium edule, Cardium ruſticum.
AURITA, cardo ad latera Apicum in angulum prominentem compreſſum eductus; Oſtreæ pectinatæ.
BARBATA, pilis rigidioribus in ſuperficie tecta. Arca barbata.
COMPRESSA, valvula una ad alteram applanata, umbonibus minus gibbis.
DORSATA, dum dorſum obtuſe carinatum eſt, ut in Chitone aculeato.
EDENTULA, margine integerrimo.
HIANS, valvulæ conjunctæ aliquo in loco inter ſe hiantes, ut margines ſe non undique contingant. Pholades, et Solenes.
INFLEXA, antico latere quaſi refracta, et de novo ad anteriora flexa. Tellinæ.
LINGUIFORMIS, linearis, extremitatibus obtuſiſſimis rotundatis. Mya vulſella.
NAVICULARIS, cymbæ figuram tenens. Arca Noæ.
PECTINATA, longitudinaliter ſulcata ſeu ſtriata, antice vero ſtriis ſeu ſulcis ad angulum acutum excurrentibus. Cardium pectinatum.
RADIATA, radiis a cardine verſus ambitum longitudinaliter divergentibus. Tellina radiata.
ROSTRATA, extremitate anteriore elongata et anguſtata. Tellina roſtrata.
FASTIGIATA, ſuperne quaſi transverſe deſinens. Pinna ſaccata.
SACCATA, verſus inferiora gibba. Pinna ſaccata.
TRUNCATA, parte quadam circumferentiæ teſtæ obtuſiſſima, et quaſi abſciſſa. Lepas balanoides.

****** ICN-

LONGITUDO teſtæ, ab apicibus ad marginem oppoſitum.

LATITUDO, a margine poſteriore ad anteriorem.

VALVÆ, ex binis aut pluribus compingitur concha.
ÆQUILATERÆ, ubi latus anterius, et poſterius inter ſe magnitudine et figura æqualia ſunt, INÆQUILATERÆ his opponuntur.
ÆQUIVALVES, ubi utraque valvula ſibi perfecte ſimilis.
INÆQUIVALVES, valvæ diſſimiles; Oſtreæ pectinatæ nonnullæ.
DEXTRA, et SINISTRA. Si teſta imponatur Apicibus, ut Area anteriora, Areola poſteriora ſpectet, et valvulæ hoc in ſitu explicatæ atque disjunctæ collocentur, per ſe patebit, quæ ſit dextra, et quæ ſiniſtra.
LACUNOSÆ, longitudinali depreſſione exornatæ. Anomia lacunoſa.
PROMINENTES, ubi una præ altera in aliquo loco producitur.
SUCCENTURIATÆ, teſtulæ illæ minores irregulares, quæ Pholadum cardini ſunt annexæ.
MARGO, ora teſtæ.
CANALICULATUS, ad areolæ regionem foſſula quaſi longitudinali circumactus. Venus caſina.
CARDINALIS, pone cardinem.
UNGUICULATUS, ſquammis fornicatis notatus. Chama gigas.
AMBITUS, circumferentia ipſa valvularum.
LIMBUS, circumferentia valvularum intra marginem.
BASIS, Regio teſtæ cardini proxima.
TRANSVERSA, margo poſterior linea recta terminatus. Mytilus margaritiferus.
DISCUS, media pars valvularum, ſeu illa, quæ inter Umbones atque limbum jacet.
UMBO, tumidior pars Apicibus teſtæ proxima.
FORNICATUS, intra apices admodum intus excavatus. Mytilus bilocularis.

FORNIX umbonis, idem ſignificat ac cavitas ejus.

APICES, In plerisque baſin quaſi totius regionis teſtæ poſterioris conſtituunt.
AURIFORMES, fornice intra Apices incurvato. Chama gryphoides.
CORNIFORMES, longi, producti, recti, mucronati. Chama bicornis.
INFLEXI, ſeu INCVRVATI, ad ſe invicem flexi. Cardium cardiſſa.
REFLEXI, ſeu RECURVATI, ſeu RETRORSUM INCURVATI, verſus areolam convoluti. Mytilus ungulatus.
SPIRALES, in ſpiram quaſi torti. Pinna pectinata.
AURICULÆ, vide ſupra explicationem Conchæ auritæ.
ÆQUALES, in utraque valvula magnitudine pares. Nonnullæ Oſtreæ.
DISSECTÆ ſeu EXCISÆ, ab ambitu teſtæ ſinu ſeparatæ.
In Oſtreis gibboſior et dextra valvula propter ſimilitudinem, quam habet cum fornice, appellatur FORNIX: altera autem ſiniſtra, quæ etiam magis plana, dicitur ſæpe OPERCULUM. Verum per Operculum etiam aliquando intellectas volumus teſtulas illas minimas, quibus Lepadum antra obteguntur.
AREOLA, ſeu AREA POSTICA, vide ſupra.

MAR-

MARGINATA, margine elevato circumcincta.
PATULA ſeu HIANS, marginibus Areolæ hiantibus. Chama gigas.
SERRATA, ad rimam ſeu ſuturam Areolæ. Chama gigas.
AREA, ſeu AREA ANTICA, Regio extra Ligamentum, quæ ſi introrſum declivis eſt, SINUS audit.
DISTINCTA, a teſtæ lateribus ſulco vel carina ſeparata. Area pella.
INFLEXA, labiis incurvis. Venus cancellata.
LITERATA, characteribus quaſi literarum picta. Venus dyſera.
LABIA EXTERNA, Margines circa ligamentum areæ.
INCUMBENTIA, labium alterum alteri ſuperne impoſitum. Venus dyſera.
LIGAMENTUM, rimam ſemper claudit, atque inter labia externa ac interna teſtæ eſt affixum.
LABIA INTERNA, Labella intra ligamentum, et cum eo devincta.
HIANTIA; inter ſe diſtantia. Venus meretrix.
RETRACTA ſeu INTRACTA, oppoſita prominentibus. Venus dyſera.
TRUNCATA, rima breviora. Tellina gari.
PUBES, aſperitates juxta aream anticam ſæpe ad apices uſque extenſæ.
RAMOSA, ſtriis ramoſis condecorata. Venus pectinata.
RIMA ſeu SUTURA, interſtitium illud, quod ligamento detracto valvulas ſejungit, ſeu Hiatus a ligamento tectus.
CLAUSA, Labiis internis incraſſatis totam rimam tegentibus.
CARDO, ea pars ambitus, ubi cohærent valvulæ. Craſſiſſimam ille teſtæ partem conſtituit, et intus extenſus eminentiis variis ſæpe obſitus eſt.
DEPRESSUS, dente plano cardinem verſus anteriora extendente. Mya vulſella.
EXCISUS, extus rima transverſali hians. Anomia truncata.
LONGITUDINALIS, ſecundum totam fere longitudinem teſtæ excurrens, ut in Area.
LATERALIS, verſus alterum latus extenſus. Mytilus cygneus.
REFLEXUS, margine exteriore reflexo. Pholades.
TERMINALIS, ad extremitatem teſtæ collocatus. Mya vulſella.
TRUNCATUS, baſis teſtæ transverſaliter abſciſſa, cardine intra illam collocato. Anomia truncata.
COSTA CARDINIS, linea elevata coſtæ inſtar a cardine verſus ſuperiorem marginem interne excurrens. Solen anatinus.
DENS, eminentia acuta ad conjungendas et firmandas invicem valvulas, continendumque ipſum animal, cardini intus affixa.
ANTICUS, rimæ proximus.
POSTICUS, Areolæ proximus.
COMPLICATUS, membranaceus, ad angulum acutum flexus. Mactræ.
DUPLICATUS, profunde fiſſus, quaſi bifidus.
DEPRESSUS, intus ad fornicem flexus.
ERECTUS, perpendiculariter aſcendens, ſi valvula umboni imponitur.
LONGITUDINALIS, ſecundum marginem elongatus.
MASTICANS, ubi cardo conſertiſſimis exornatur dentibus, qui valvulis clauſis inter ſe coeunt. Area.
PRIMARIUS ſeu CARDINALIS, inter apices collocatus.
CALLUS, componitur quaſi ex duabus coſtis abbreviatis, baſi adnatis, apice verſus poſteriora convergentibus. Anomia placenta.

FOSSULA, FOVEOLA, SINUS, SCROBICULUS, idem ſignificant communi ſenſu. Diſtinctio tamen quædam inter hos foſſularum terminos locum habere poſſet eo, quod ſi dentes foveolæ, cartilagine valvulas connectente repletæ, non ſunt immerſi, ſed libere intra cardinem jaceant, appelletur SCROBICULUS, dentibus autem impleta, FOVEOLA.

SQUAMULÆ, quid ſint intelligitur ex piſcibus.

CANALICULATÆ, longitudinaliter excavatæ. Pinna nobilis.

FORNICATÆ, ſubtus concavæ, ſupra convexæ. Oſtrea pellucens, Cardium iſocardia.

IMBRICATÆ, ſibi invicem per gradus impoſitæ, ut in domo imbribus obtecta. Cardium iſocardia.

TUBULOSÆ, ad latera convolutæ in tubum. Pinna nobilis.

STRIÆ, vide Terminos Cochlearum.

ABBREVIATÆ, ad marginem non extenſæ.

BIFARIÆ, divergentes, ut aliæ verſus anteriora, aliæ poſteriora verſus excurrant. Tellina divaricata.

RECURVATÆ, elevatæ, membranaceæ, margine verſus apices ſpectante. Tellina angulata.

INÆQUILINEATÆ, non parallelæ. Venus virginea.

SULCI, aliquando idem ſignificare ſolent, ac COSTÆ.

FORNICATI, ſquammis obſiti fornicatis.

RADII, vide Terminos cochlearum.

ECHINATI, aculeis longitudinaliter exaſperati. Oſtrea varia.

VESICULARES, nodis extenſis intus concavis obſiti. Oſtrea nodoſa.

COSTÆ, radii admodum elevati, fere triangulares, diſtincti, & paralleli.

CONCAVÆ, intus vacuæ. Cardium coſtatum.

INTESTINUM, tubus membranaceus, quo nonnullæ Lepades, et Anomiæ aliis adhærent corporibus.

CAVITAS, ſuperficies interior teſtæ.

AU-

AUCTORES

QUORUM SCRIPTA IN HOC OPERE CITANTUR.

Abhandlungen einer **Privatgesellschaft** in **Böhmen** zur Aufnahme der Mathematick, der vaterländischen Geschichte, und der Naturgeschichte. Prag 1775. 8.

Adanson, Histoire naturelle du Senegal. Coquillages, avec des figures. 1757. 4.

Aldrovandi Ulyssis, de exsanguibus, libri quatuor &c. cum figuris. Bononiæ 1642. fol.

Argenville, Histoire naturelle éclaircie dans une de ses parties principales, la Conchyliologie, augmentée de la Zoomorphosie; nouvelle edition, avec des figures en taille douce. a Paris 1757. 4.

Basteri Jobi, opuscula subseciva. cum figuris. Harlemi 1762. 1765.

Bellonii Petr. de aquatilibus. cum figuris. Paris 1553. fol.

Berlinischen Gesellschaft naturforschender Freunde Beschäftigungen. Berlin 1776. 8.

Berlinisches Magazin (Hr. D. Martini) Abhandlung von Erdschnecken mit Kupfern im II. und III. Bande. Berlin 1766. 8.

— — (Ebendesselben) Abhandlung von Konchylien der süssen Wässer, mit Kupfern im IV. Bande. 1767.

Bonanni Phil. e S. J. Musæum Kircherianum cum figuris. Romæ 1709. fol.

Ejusdem Recreatio mentis et oculi in observatione animalium testaceorum. Romæ 1684. 4.

a Born Ignatii, Index rerum naturalium Musei Cæs. Vindobonensis. P. I. Testacea. Vindobonæ 1758. 8.

Breynii Jo. Ph. Dissertatio physica de *Polythalamiis* &c. cum fig. Gedani 1731. 4.

Brunichii M. Th. Zoologiæ Fundamenta prælectionibus academicis accomodata. Hafniæ, & Lipsiæ 1772. 8.

Brown Patrik, the civil and natural history of Jamaica, with figures. London 1756. fol.

Chemnitz Hrn. Past. Abhandlung von dem innern Wunderbau mancher Schnecken mit einer ausgemahlten Kupfertafel im 9ten Stücke des Naturforschers. Halle 1776. 8.

Columnæ Fabii, Opusculum de purpura cum figuris. Kiliæ 1675. 4.

Da Costa, Emanuel Mendez, Elements of Conchology, with seven illuminated Plates. London 1776. m. 8.

Davila, Catalogue systematique et raisonné de curiosités de la nature et de l'art &c. avec des figures en taille douce. T. I. a Paris 1776. 8.

Drontheimischen Gesellschaft Schriften aus dem dähnischen übersezt. Koppenhagen und Leipzig. 1765. 8.

Ellis John, an account of several rare species of Bernacles in a Letter with Figures, in the philosophical Transactions. Vol. I. Pars II. for the Year 1758. Wittenberg. 1771. 4.

Ejusdem, Versuch einer Naturgeschichte der Korallarten, herausgegeben von Joh. Georg Krünitz. Nürnberg 1767. 4.

******* Fa-

Favart d'Herbigni, Dictionaire d'histoire naturelle, qui concerne les testacées, ou les coquillages de mer, de terre, et d'eau douce. a Paris 1775. 8.

Forskoel, Descriptiones animalium. Hafniæ 1775. 4.

Ejusdem Icones rerum naturalium. Hafniæ 1776. 4.

Fortis Ab. Alberto, Viaggio in Dalmazia. in Venezia 1733. 4.

Geofroy, Traité sommaire de coquilles terrestres & fluviatiles. Paris 1767. 8.

Geve Nik. Georg. **monathliche Belustigung** im Reiche der Natur an Conchylien und Seegewächsen, mit illuminirten Kupfern. Hamburg gr. 4. 1755.

Ginanni del Comte Giuseppe, opere postume, con figure Tom. II. in Venezia 1757. fol.

Gronov Laur. Theod. Index rerum naturalium tam mammalium, quam aquatilium, ut et Plantarum &c. quorum omnium publica fiet auctio &c. Lugduni Batavorum. 1778. 8.

Ejusdem C. Plinii secundi Historiæ naturalis liber nonus, de aquatilium natura. Lugduni Batavorum 1778. 8.

Gualtieri Nicol. Index testarum conchyliorum, cum tabulis æneis. Florentiæ. 1742. fol.

Harderus Jac. Examen cochleæ terrestris. Basiliæ 1674.

Hasselquist D. Friederich, Reise nach Palästina. Rostock 1762. 8.

Heyde Antonii Mytulorum anatome. 1683. 8.

Hill John, History of animals illustrated, with figures. London 1751. fol.

Klein Jac. Theod. Tentamen methodi ostracologicæ, cum figuris. Lugd. Batav. 1753. 4.

Knorr, Deliciæ naturæ mit deutschen und französischen Text und ausgemahlten Kupfertafeln. Nürnberg 1766. gr. fol.

Ejusdem Vergnügen der Augen und des Gemüthes in Vorstellung einer Sammlung von Schnecken und Muscheln mit ausgemahlten Kupfertafeln. I - VI. Theil. Nürnberg. 1757 - 1772. 4.

Koelreuter J. T. Descriptio tubiporæ maris albi indigenæ, cum tabulis æneis, in novis commentariis academiæ scientiarum petropolitanæ. Tom. VII. Petropoli 1761. 4.

Leers Arnaud, Catalogue systematique d'un magnifique Cabinet de tres belles coquillages. Amstelodami. 1767. 8.

a Linné Caroli, Fauna Suecica. Holmiæ. 1761. 8.

Ejusdem Musæum reginæ Ulricæ. Holmiæ. 1764. 8.

Ejusdem Systema naturæ, editio duodecima. Holmiæ 1766. Tom. I. m. 8.

Ebendesselben Reisen durch einige schwedische Provinzen II. Theil, welcher die Reise durch Westgothland enthält, mit Kupfern. Halle. 1765. gr. 8.

Lister Martinus, Exercitatio anatomica de cochleis terrestribus et limacibus. Londini 1694. 4.

Ejusdem Historiæ animalium angliæ tres tractatus, unus de araneis, alter de cochleis tum terrestribus, tum fluviatilibus, tertius de cochleis marinis cum figuris. Londini 1678. 4.

Ejusdem Historia sive Synopsis methodica conchyliorum, et tabularum anatomicarum. Editio altera. Recensuit et indicibus auxit Gulielmus Huddesford S. T. B. Coll. SS. Trinitatis socius, et Musei ashmoleani custos. Oxonii. 1770. fol.

Martini Fried. Heinr. Wilh. Allgemeine **Geschichte der Natur.** Berlin und Stettin 1774. 8.

Eben-

Ebendesselben Neues systematisches Konchylienkabinet. I - IV. Band, mit illuminirten Kupfertafeln. 1769 - 1778. 4.

Müller Oth. Frid. Vermium terrestrium, et fluviatilium succincta historia. Vol. II. Havniæ 1774. 4.

Ejusdem Zoologiæ danicæ icones fasciculus I. Havniæ 1777. fol.

Ejusdem Zoologiæ danicæ Prodromus. Havniæ 1776.

Müller Statius, von Linne vollständiges Natursystem, aus dem Lateinischen, mit Kupfern. VI. Theil. I. Band. Nürnberg 1775. gr. 8.

Murray Adolph. Fundamenta testaceologiæ. Upsaliæ 1771. 4.

Museum Adami Olearii *Gottorpiense* cum fig. Schlesw. 1674. 4.

Museum Tessinianum, opera Comitis Car. Gust. Tessin, latine et suecice, cum tabulis æneis. Havniæ. 1753. fol.

Museum Wormianum, seu historia rerum tam naturalium, quam artificialium &c. adornata ab Olao Worm cum iconibus. Lugd. Batav. 1655.

Olaffens und Povelsens, Reise durch Island. Leipzig 1774. und 1775. 4.

Osbeck Hr. Peter, Reise nach Ostindien und China. Rostock 1765.

Oudaan, Catalogue systematique d'une superbe et nombreuse Collection de coquillages &c. Rotterdam. 1766. 8.

Pallas P. S. Elenchus Zoophytorum. Hagæ Comitum. 1766. 8.

Ejusdem Miscellanea Zoologica &c. Vol. I. Hagæ Comitum 1766.

Pennant Thom. Brittish Zoology. Warrington 1776. 8.

Petiver James, opera ad historiam naturalem spectantia, containing Gazophylacium naturæ, et artis &c. with figures Volume I. London 1712 - 1767. fol.

Ejusdem aquatilium animalium amboinæ &c. icones, et nomina with their latin, english, and native names, and figures. London 1713. fol.

Plancus, Janus de conchis minus notis. Venetiis 1739. 4.

Poupart, Progression du Limacon aquatique, dont la coquille est tournée en Spirale conique. Journal des Scavans 1694. pag. 263.

Reamur, De differentes manieres, dont plusieurs especes d'animaux de mer s'attachent au sable, aux pierres, et les uns aux autres — Decouverte d'une nouvelle teinture de Pourpre &c. avec des figures par le meme, dans l'histoire de l'academie royale de sciences de l'année 1711- a Amsterdam. 1715. 12.

Regenfuß Fr. Mich. Sammlung von Muscheln, Schnecken, und andern Schalthieren auf Befehl seiner königl. Majestät von Dännemark &c. mit deutschen und französischen Text und illuminirten Kupfertafeln. Recueil de coquillages, de limaçons, et de crustacés par Ordre de sa Majesté le Roi de Dannemark gravés en taille douce et illuminés

de couleurs naturelles avec le text françois et allemand. Coppenhague 1758. fol. roial.

Rondelet Guil. universæ aquatilium historiæ pars altera, cum fig. Lugd. 1555. fol.

Rumph Georg Eberh. Amboinische Raritätenkammer von den steinschalichten Thieren, mit Kupfertafeln aus dem holländischen übersezet von Ph. Lud. Statius Müller und mit Zusätzen vermehret von Joh. Hieron. Chemnitz. Wien 1766. fol.

Schlotterbeckius Phil. Jac. Observatio physica de cochleis quibusdam, nec non de turbinibus nonnullis &c. cum figuris æneis, in actis helveticis physico medicis. Vol. V. Basil. 1762. 4.

Schröter Joh. Sam. Versuch einer systematischen Abhandlung über die Konchylien um Thangelstadt, mit Kupfern. Berlin. 1771. 8.

Seba Alb. Locupletissimi rerum naturalium thesauri descriptio (idiomate latino, et belgico) cum icon. Tom. III. Amstelod. 1757, fol. regal.

Sloane, Iter Jamaicense, or Voyage to the Islands Madera, Barbados &c. London, II. Vol. 1707. fol.

Spengler, Beschreibung einer besonders schönen Korallenmuschel mit einer ausgemahlten Abbildung, im II. Bande der Beschäftigungen der Gesellschaft naturforschender Freunde zu Berlin. Berlin 1775. 8.

Swammerdam, Bibel der Natur. Leipzig. 1752. fol.

— Biblia naturæ, seu historia insectorum in classes redacta, idiomate latino et belgico, cum tabulis æneis. Lugd. Batav. 1738 - 1758. fol.

Valentyn Fraaz Abhandlung von Schnecken, Muscheln, und Seegewächsen um Amboina, aus dem holländischen übersezt von Phil. Lud. Statius Müller, mit Kupfern. Wien 1773. fol.

Vallisnieri, Opere fisico - mediche stampate e mauuscritte, raccolte da Antonlo suo figliuolo, in Veneziä 1733. fol.

Walch Beschreibung einiger Konchylien mit ausgemahlten Figuren, im achten Bande des Naturforscher. Halle 1776. 8.

EXPLICATIO TABULARUM.

TAB. I.

Fig. 1. 2. Chiton ſquamoſus.
3. Chiton cinereus, inſidens fragmento Oſtreæ edulis.
4. Lepas Balanus, inſidens Murici deſpecto.
5. 6. Lepas Diadema.
7. Pholas dactylus.
8. Mya Glycimeris.

TAB. II.

Fig. 1. 2. Solen legumen.
3. 4. Tellina rugoſa.
5. Tellina angulata.
6. 7. Tellina Gari.
8. Tellina punicea.
9. Tellina planata.
10. Tellina roſtrata.
11. Tellina incarnata.
12. Tellina Remies.
13. Tellina carnaria.
14. Tellina balthica.
15. 16. Cardium Cardiſſa var. α.
17. 18. Cardium Cardiſſa var. β.

TAB. III.

Fig. 1. 2. Cardium retuſum.
3. 4. Cardium imbricatum.
5. Cardium magnum.
6. Cardium leucoſtomum.
7. Cardium flavum.
8. Cardium latum.
9. Cardium pectiniforme.
10. 11. Mactra glauca.

TAB. IV.

Fig. 1. Donax Scortum.
2. Donax pubeſcens.
3. 4. Donax trunculus.
5. 6. Venus marica.
7. Venus verrucoſa.
8. Venus circinata.

9. Venus cancellata.
10. Venus flexuoſa.
11. Venus Buccardium.
12. Venus paradoxa.

TAB. V.

Fig. 1. Venus callipyga.
2. 3. Venus deflorata.
4. Venus fimbriata.
5. Venus concentrica.
6. Venus proſtrata.
7. Venus rivularis.
8. Venus penſylvanica.
9. Venus exoleta.
10. 11. Chama caliculata.
12. 13. 14. Chama Lazarus.

TAB. VI.

Fig. 1. Arca ſcripta.
3. Oſtrea ſulcata.
4. Oſtrea ſolaris.
5. 6. Oſtrea pyxidata.
7. Oſtrea faſciata.
8. Oſtrea bullata.
2. Oſtrea elongata.
9. 10. Oſtrea denticulata.
11. 12. Oſtrea cucullata.
13. Anomia truncata.
14. Anomia Caput Serpentis.

TAB. VII.

Fig. 1. Oſtrea miniata.
2. Oſtrea nucleus.
3. Oſtrea criſtata.
4. Mytilus lithophagus.
5. Mytilus exuſtus.
6. Mytilus pictus. α.
7. Mytilus pictus. β.
8. Pinna Vexillum.
9. Conus candidus.
10. Conus Centurio.
11. Conus Ammiralis.
12. Conus Stercus muſcarum.
13. Conus Planorbis.
14. Conus pennaceus.

TAB.

TAB. VIII.

Fig. 1. Cypræa ſtercoraria.
2. Cypræa Carneola.
3. Cypræa Zebra.
4. 5. Cypræa lota.
6. Cypræa fragilis.
7. Cypræa Tigris. var. β.
8. 9. Cypræa Lynx.
10. Cypræa cylindrica.
11. Cypræa Hirundo.
12. Cypræa Dracæna.
13. Cypræa eroſa.
14. Cypræa ſpurca.
15. Cypræa ſtolida.
16. Cypræa poraria.
17. Cypræa ſtaphylæa.
18. Cypræa Nucleus.
19. Cypræa Cicercula.
20. Cypræa Globulus.

TAB. IX.

Fig. 1. Bulla Ampluſtre.
2. Bulla Cypræa.
3. 4. Voluta Auris Sileni.
5. 6. Voluta marginata.
7. 8. Voluta cancellata.
9. 10. Voluta filoſa.
11. 12. Voluta pertuſa.
13. Buccinum mutabile.
14. 15. Buccinum undatum. β.
16. Buccinum reticulatum.
17. 18. Buccinum clathratum.
19. 20. Murex Mancinella.

TAB. X.

Fig. 1. Bulla achatina. β.
2. Bulla achatina. γ.
3. 4. Buccinum neriteum.
4. 6. Buccinum ſulcatum.
7. Buccinum ferrugineum.
8. Buccinum candidum.
9. Buccinum ſubulatum.
10. Buccinum ſtrigilatum.
11. 12. Buccinum cinereum.

Fig. 13. Buccinum pertuſum.
14. 15. Strombus accinctus.
16. 17. Strombus tuberculatus.
18. 19. Murex tripterus.

TAB. XI.

Fig. 1. 2. Murex triqueter.
3. 4. Murex erinaceus.
5. Murex reticularis.
6. 7. Murex rugoſus.
8. 9. Murex perverſus.
10. 11. Murex vulpinus.
12. 13. Murex gibboſus.
14. 15. Murex literatus.
16. Murex Radula.
17. 18. Murex atratus.
19. 20. Trochus cinerarius.

TAB. XII.

Fig. 1. 2. Trochus umbilicaris.
3. 4. Trochus faſciatus.
5. 6. Trochus teſſulatus.
7. 8. Tròchus Labio.
9. 10. Trochus granulatus.
11. 12. Trochus crocatus.
13. 14. Turbo littoreus.
15. 16. Turbo muricatus
17. 18. Turbo pullus.
19. 20. Turbo Tectum perſicum.
21. 22. Trochus conchyliophorus.
23. 24. Turbo helicinus.
25. 26. Turbo cinereus.

TAB. XIII.

Fig. 1. 2. Turbo noduloſus.
3. 4. Turbo carinatus.
5. 6. Turbo Lincina.
7. Turbo exoletus.
8. Turbo torcularis.
9. Turbo quinquedentatus.
10. 11. Cornu Copiæ.
12. 13. Helix obverſa.
14. 15. Helix citrina.

He-

16. 17. Helix paradoxa.
18. 19. Helix ſolida.
20. 21. Nerita glaucina, nigra.

TAB. XIV.

Fig. 1. 2. Helix Lapicida.
3. 4. Helix algira.
5. 6. Helix planorbis.
7. 8. Helix marginata.
8. 10. Helix tornata.
11. 12. Helix ringens.
13. 14. Helix ſinuata.
15. 16. Helix maculoſa.
17. 18. Helix punctata.
19. 20. Helix polygyrata.
21. 22. Helix pomaria.
23. 24. Helix volvulus.

TAB. XV.

Fig. 1. 2. 3. 4. }
5. 6. } Helicis citrinæ varietates.
7. 8. }
9. 10. }
11. 12. Helix ungulina.
13. 14. Helix mammillaris.
15. 16. Helix vitrea.
17. 18. Helix picta.
19. 20. Helix aperta.
21. 22. Helix oblonga.

TAB. XVI.

Fig. 1. 2. Helix cretacea.
3. 4. Helix nemoralis. η.
5. 6. Helix nemoralis. ζ.
7. 8. Helix nemoralis. ε.
9. 10. Helix verſicolor.
11. 12. Helix Pileus.
13. Helix calcaria.
14. Helix plicaria.
15. Helix maculata.
16. Helix ſtagnalis.
17. Helix fuſcata.
18. 19. Helix hortenſis.

********* 20. He-

20. Helix auricularia.
21. Helix amarula.

TAB. XVII.


Fig. 1. 2. Nerita Canræna.
3. 4. Nerita rufa.
5. 6. Nerita ſulcata.
7. 8. Nerita Radula.
9. 10. Nerita pulligera.
11. 12. Nerita pennata.
13. 14. Nerita polita. η.
15. 16. Nerita polita. α.
17. 18. Nerita plicata.
19. 20. Nerita groſſa.

TAB. XVIII.

Fig. 1. Patella plicata.
2. Patella cærulea.
3. Patella cochlear.
4. 5. Patella pentagona.
6. Patella tricarinata.
7. Patella pectinata.
8. Patella lutea.
9. Patella pellucida.
10. Patella radicata.
11. Patella ruſtica.
12. Patella Fiſſura.
13. Dentalium dentalis.
14. Serpula triquetra.
15. Serpula anguina.
16. Serpula muricata.

ICO-

ICONES MINORES.


lat
long
lat
long
lat
long
1.
2.
3.
4.
5.
6.
C. Conti



C. Schutz inv. et fecit 1779.

TESTACEA

Linnæi Syſtema Naturæ. Cl. VI. III.

Germ. Schalthiere. *Belg.* Schulpdeeren. *Gall.* Coquilles. *Angl.* Shells. *Dan.* Skaldyrshusen.

Animalia molluſca, aquatilia & terreſtria, teſtis calcariis propriis affixa.

Sunt hæ teſtæ calcariæ vel ſimplices, vel e valvis duabus aut pluribus compoſitæ; hinc omnis Teſtaceorum Claſſis diſtribuitur in ordines tres, ſeu in Teſtacea

I. Multivalvia.
II. Bivalvia.
III. Univalvia.



C. Schutz

ORDO PRIMUS.

TESTACEA MVLTIVALVIA.

Germ. Vielklappige Schalthiere. *Belg.* Veelſchalige Schelpen. *Gall.* Coquilles multivalves. *Angl.* Multivalve Shells. *Dan.* Mangeskallede.

Teſtæ pluribus quam duabus valvis inſtructæ.

Adnumerantur huic ordini genera tria,

I. CHITON.

Valvæ plures, longitudinaliter digeſtæ, dorſo incumbentes.

II. LEPAS.

Valvæ plures, inæquales, per paria oppoſita baſi affixæ.

III. PHOLAS.

Teſta bivalvis, lata, utrinque divaricata, valvulis acceſſoriis prope cardinem, cujus margo replicatus ligamento intermedio nectitur.

CHITON

Linn. Syst. Nat. Gen. 300.

Germ. Die Käfermuschel. *Belg.* Schilddraager *Gronov.* *Angl. & Gall.* Oscabrion *Petiver, Davila.* *Dan.* Schlange Kronen *Brunnich.*


Testas ovato-oblongas, compositas valvis sex septem aut octo, sibi invicem imbricatim adpositis, hoc genere comprehendit Cl. Linnæus, & nomine, ob similitudinem quandam cum Lorica, a græco verbo χιτων mutuato, Testaceorum Classi primus adnumeravit. Valvulæ, quarum extimæ rotundatæ, interiores latæ, in medio vero obtuse carinatæ sunt, superficie gaudent lævi aut striata, striis rectis, vel arcuatis, colore albo, cinerascente, virescente, aut ex fusco rubescente. Limbus testæ cingitur membrana coriacea, sæpius squamulosa, animalis, cujus dorso valvulæ longitudinaliter affiguntur.

Animal, testa hac loricatum, Linnæo Doris est, & ex autoptorum clarissimorum Argenvillii (a) Adansoniique (b) definitionibus novimus: Molluscum esse tentaculis destitutum, Patellæ instar repens, oris apertura antica, postica anali, pede oblongo, reptante, ultra basin non extenso; Pallium expansum, extus ciliatum, intus valvis adhæret, & limbum non vero membranam testæ superat. E cute papillosa succum gelatinosum exsudat, quo rupibus firmiter adglutinatur, indeque sæpius avulsum, deficiente hoc glutine, sese denuo per tempus aliquot affigere non potest.

Oculi & tentacula hactenus nondum observata. Vidit vero Argenvillius (c) e capitis lunati foramine ovali prodire tubulum binis hemisphæris terminatum, & respirationis inspirationisque vicibus retractilem. Sedulus naturæ scrutator Albertus Fortis, (d) cui varias Chitonis species in suo per Dalmatiam itinere observare licuit, hujus tubuli non meminit. Vivum animal, ut Oniscus solet, in formam globulosam sese contrahit.

Habitat Chiton in littoribus deſertis, aliquot infra mare pedum profunditate. Species nonnullæ variis teſtaceis inſident. Cum diverſis Oniſci ſpeciebus in hunc uſque diem confunditur, (e) & Cl. Spenglerus (f) nuper demonſtravit: Argenvillium quoque, qui Chitonem Cetis inſidere eorumque carne victitare narrat, in hunc errorem incidiſſe, cum hæc Oniſci Pſoræ indoles ſit.

(a) Argenville Zoomorph. tab. 7.
(b) Adanſon Hiſt. natur. du Senegal. pag. 42.
(c) Argenville loc. cit. tab. 64.
(d) Viaggio in Dalmatia del Abbate Fortis II. pag. 20.
(e) Favart Diction. des Coquillages Tom. III. pag. 59.
(f) Spengler in den Beſchäft. der berlin. Geſelſch. naturf. Freunde. I. B. S. 324.



CHITON SQUAMOSUS.

Linn. S. N. Sp. 5. Muſ. L. U. pag. 465. Tab. I. f. 1. 2.

Germ. Die, ſchuppige Käfermuſchel. *Belg.* Geſchubde Schilddraager *Gronov.* *Gall.* La Chaloupe *Davila.* *Angl.* Sea louſe *Petiver.*

Teſta octovalvi carinata, valvulis oblique angulatis, ſtriatis, corio ſquamoſo.

TAB. I. f. 1. 2.

Petiver Gazoph. I. tab. 1. f. 3.
Berlin. Beſchäft. I. tab. 7. f. L.

Teſta ovato-oblonga, conſtans valvis octo transverſis, quarum extimæ rotundatæ punctis elevatis oblongis obſitæ, mediæ vero dorſatæ ſunt. Dorſum læve. Latera utrinque antice transverſim ſtriata, poſtice punctis elevatis, erectis, oblongis, intra aream triangularem poſitis, ſcabra; Corium, tres lineas ultra limbum porrectum, veſtitur ſquamulis imbricatim locatis. Color teſtæ atro vireſcens, cavitatis viridi cæruleus, ſquamularum albus & niger.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 11. lin.

Pro Chitone aculeato Linnæi minus recte habetur a Cl. Spenglero. (a)

Habitat in Indiis, *Linnæus;* in America, *Spengler;* in Carolina, *Petiver.*

(a) Spengler loc. cit.

CHITON CINEREUS.

Linn. S. N. Sp. 8. Tab. I. f. 3.

German. Die kleine Käfermuſchel.

Teſta octovalvi, obtuſe carinata, planiuſcula.

TAB. I. f. 3.

Adanson Seneg. tab. 2. f. 11.

Teſta minuta, ovato-oblonga, ad extremitatem poſticam paulo latior; Valvæ octo, in medio dorſi carinatæ, granuloſæ, Color fuſco cinereus.

Long. $2\frac{1}{2}$. lin. lat. 1. lin.

Insidet specimen nostrum Ostreæ eduli.

Nescio quo errore inductus Cl. Adanson [(a)] figuram Valisnerii, [(b)] quæ Coccus Hesperidum L. est, in hunc locum attulerit.

Habitat ad littora Norvegiæ & Daniæ, *Linnæus, Otto Müller;* in rupibus marinis partis meridionalis Insulæ Goreæ. *Adanson.*

(a) Adanson Hist. natur. du Senegal pag. 42.
(b) Valisnerii Opere Tom. I. tab. 45. f. 1—4.

LEPAS.

Linn. Syst. Nat. Gen. 301.

Germ. Die Meereichel. *Belg.* Zee Pok *Gronov. Gall.* Glands de mer, & Conques anatiferes *Davila. Angl.* Acorn *Pennant. Dan.* Soeruret *Brunnich.*


Genus Vermium testaceorum, cui Ill. Linnæus Lepadis nomen indidit, complectitur testas omnes valvis pluribus inæqualibus, per paria sibi invicem oppositis, constantes, quarum aliæ sessiles e basi latiori versus verticem patentem in conum truncatum adscendunt, & proprie Balani audiunt, ob figuram glandis, quæ græcis βαλανος dicitur, aliæ pedunculo intestiniformi insidentes, supra bifidæ, extus valvis dispersis testaceis tectæ, anatiferæ aut policipedes appellari consueverunt.

Balani & his adfines aperturam verticalem angustatam aut diductam habent, operculo, e valvulis triangulis conniventibus, tectam, sub quo degit animal, singulis hujus generis speciebus proprium, Triton Linnæo dictum.

Leeuenhoeckii, [(a)] Listeri, [(b)] Ellisii, [(c)] Argenvillii, [(d)] Osbeckii, [(e)] & Basteri [(f)] observationes combinando, eruimus: Animalculum in his testis hospitans molluscum esse tentaculis pluribus bipartitis, ciliatis, articulatisque instructum, quorum anteriora incurva alimenti capiendi causa modo exserit retrahitque pro lubitu, modo in linea spirali intra testam reponit, postica vero breviora & rectiora nunquam emittit; Media inter hæc proboscis est, quæ una cum tentaculis corpori, seu intestino vacuo insidet, ad cujus utrumque latus corpuscula duo ovata

ovata alba adnectuntur, quæ testiculorum vice fungi suspicatur Basterus (g) replente cavitatem reliquam ovario, innummeris ovulis oblongis composito. Inhærent Lepades aggregatim conchis omnigenis, lapidibus, lignis, variisque quisquiliis marino-terrestribus, nec locum mutant; hinc pro hermaphroditis passim habentur.

(a) Leeuenhoeck Arcana naturæ.
(b) Listeri tab. anatom. tab. 20.
(c) Ellis, in transact. Angl. ad annum 1758.
(d) Argenville Zoomorph. tab. 7.
(e) Osbecks Reise, S. 82. und 83.
(f) Baster Opusc. Subsec. T. I. tab. 12. pag. 172.
(g) Loc. cit.



LEPAS BALANUS.

Tab. I. f. 4.

Linn. S. N. Sp. 10. Muf. L. U. p. 466.

Germ. Die groſſe Meereichel. *Belg.* Zeepok *Gronov.* *Angl.* The common engliſch Barnacle *Ellis.* *Gall.* Gland de Mer Tulipe *Davila.*

Teſta conica truncata, valvis longitudinaliter ſulcatis, areis interjectis transverſe ſtriatis.

TAB. I. fig. 4.

Lister Hiſt. Conch. tab. 443. f. 286.
Ellis Transact. angl. ad ann. 1758. tab. 34. f. 17.
Baster Subſec. I. tab. 12. f. 7. 8.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 37. f. 4.

Componitur teſta conica valvis pluribus ſurſum conniventibus & longitudinaliter ſulcatis, quibus interjectæ ſunt areæ deorſum acuminatæ, planæ, & transverſim ſtriatæ; Exſerit vertex operculum quadrivalve, valvis convergentibus triangularibus, quarum binæ anticæ unguiculatæ & altiores, binæ poſticæ vero transverſim ſulcatæ & depreſſiores. Color albus.

Alt. 1. poll. lat. ad baſin 1. poll. 4. lin. long. aperturæ 8. lin.

Specimen noſtrum Murici deſpecto L. affixum.

Hujus ſpeciei animal, teſtæque incrementum fuſius explicat Baſterus. (a) Figura P. Gualtierii tab. CVI. Lepas eſt teſtudinaria, id quod ex operculorum ſtructura, & ſimili huic Bonannii Rumphiique figura, a Gualtierio citata, patet. Icon Kleinii Meth. Oſtrac. tab. 12. fig. 94. & 95. ad Balanoidem pertinet. Utramque erronee ad Lepadem Balanum retulit Linnæus.

Habitat ad littora Oceani Europæi, *Linnæus;* Belgii, *Baſterus;* Angliæ, *Ellis; Pennant.*

(a) Baſterus Opuſc. Subſec. T. I. pag. 127.

LEPAS BALANOIDES.

Linn. S. N. Sp. 11.

Germ. Die Seepoke. *Belg.* Myteragtige Zee-Pok *Gronov.* *Angl.* Small ſtriated Acorn Shell *Huddesford.* *Gall.* Glands de mer rayés *Davila.*

Teſta conica, truncata, valvis glabris, operculis obtuſis.

Lister.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 444. f. 287.
LEEUENHOEK arcan. tab. 465. f. 1 E, & 7.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 12. f. 94. & 95.
ARGENVILLE Conch. tab. 26. f. C.
HILL Hiſt. of anim. tab. 11.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 37. f. 5.
DA COSTA Elem. tab. 1. f. 12.

Valvæ plures, læves, ſurſum acuminatæ, quibus areæ inverſæ pariterque læviuſculæ interjectæ ſunt, teſtam conicam conſtituunt, cujus vertex obtuſus operculis quoque obtuſis tegitur. Opercula hæc in ſpecimine noſtro, catervatim culmo arundinaceo affixo, non conſpicua ſunt. Color pallide luteſcens.

Long. baſeos. 5. lin. alt. 3. lin.

Animalis anatomen vide apud Leeuenhoekium. (a)

Habitat in oceano ſeptentrionali, non ſupra refluxum altius, dehiſcens ſub fluxu, clauſa ſub æſtu, *Linnæus*; ad Angliæ littora, *Pennant.*

(a) Leeuenhoek arcan. epiſt. 82. pag. 472.

LEPAS TINTINNABULUM.

Linn. S. N. Sp. 12. Muſ. L. U. pag. 466.

Germ. Die Meertulpe. *Belg.* Zeetulp *Gronov.* *Angl.* Bell-Acorn *Pennant.* *Gall.* Gland de mer Turban *Davila.*

Teſta conica, gibba, areis transverſe ſtriatis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 443. f. 285.
RUMPH Amb. tab. 41. f. A.
GUALTIERI Teſt. tab. 106. f. H.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 12. f. 97.
ARGENVILLE Conch. tab. 26. f. A.
ELLIS Transact. angl. ad ann. 1758 tab. 34. f. 8.
HILL Hiſt. of anim. tab. 11.
KNORR Vergn. V. tab. 30. f. 1.

Valvæ plures obtuſe ſulcatæ & areis transverſim ſtriatis diſtinctæ teſtam elongato-conicam gibbam formant, vertice obtuſo. Color roſeus, aut e roſeo violaceus.

Alt. 1. poll. 8. lin. lat. ad baſin 1. poll.

Habitat in oceano europæo, *Linnæus*; in Indiis, *Davila*; in Amboina, *Rumph*; in Jamaica, *Liſter.* Navibus ex Indiis ni Angliam redeuntibus adhæret, *Pennant.*

LEPAS DIADEMA.

TAB. I. f. 5. 6. Linn. S. N. Sp. 13. Mantiff. II. p. 544.

Germ. Die Wallfischpoke. *Belg.* Zee fchelling *Rumph.* *Angl.* The whale Acorn Shell *Huddesford* *Gall.* Pou de baleine *Davila.*

Tefta fubcylindrica, valvis longitudinaliter fulcatis, coftis decuffatim, areis transverfe ftriatis.

TAB. I. f. 5. 6.

LISTER Hift. Conch. tab. 445. f. 288.
RUMPH amb. Rar. Kam. tab. 14. f. H.
GUALTIERI Teft. tab. 106. f. Q.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 12. f. 98.
SEBA Thef. III. tab. 94. f. 4.
Naturforfch. VIII. St. tab. 4. f. A. B. C.

Tefta fubcylindrica; Valvæ erectæ, acuminatæ, & e coftis quinque transverfim ftriatis compofitæ; Areæ interjectæ læves, depreffæ, fupra latiores; Vertex patulus; Cavitas fuperior, fubtus perforata, communicat cum inferiore, quæ diffepimentis fexies tribus diftinquitur, in quibus animal nidulatur. Color albidus.

Alt. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Pro fpecie nova, quam Balanum polythalamium dicit, prædicat Ern. Emmanuel Walch [a].

Habitat in mari mediterraneo & indico, *Linnæus*; in balænis oceani feptentrionalis, *Lifterus*.

(a) Der Naturforfcher VIII. Stück pag. 146.

LEPAS TESTUDINARIA.

Linn. S. N. Sp. 14. Muf. L. U. pag. 467.

Germ. Die Schildkrötenpoke. *Belg.* Schilpad-Pok *Gronov.* *Angl.* The tortoife wart Barnacle *Ellis.*

Tefta fuborbiculari, plano-convexa, lævi; areis excavatis, transverfim fulcatis, lamellis internis ferrulatis.

ALDRO-

ALDROVANDUS Teft. pag. 546. f. 8.
BONANNI Muf. Kirch. f. 36.
PETIVER Gazoph. I. tab. 9. f. 9.
RUMPH Amb. tab. 40. f. K.
PLANCUS Conch. tab. 5. f. 2. 3.
GUALTIERI Teft. tab. 106. f. M. N. O. P.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 12. f. 99.
ELLIS Trans. angl. ad ann. 1758 tab. 34. f. 12, 13.
GINANNI adriat. II. tab. 30. f. 175.
KNORR Vergn. III. tab. 30. f. 3, 4.

Tefta plano-convexa; Valvæ læves arcis fex intermediis deorfum acuminatis, excavatis, & transverfim fulcatis diftinqvuntur. Vertex ovalis clauditur valvulis fex, obtufis, conniventibus, rima fupera longitudinali. Teftæ ftructura interior lamellofa, laminulis ferrulatis, inæqualibus; Ad bafin teftæ, quæ fundo caret, locatum eft animal, teftudinum cortici affixum. Color niveus.

Alt. 5. lin. lat. ad bafin 1. poll. 11. lin. diamet. apert. 9. lin.

Adhærefcit plerumque folitarie teftudinibus marinis & cancris brachyuris. Balanus, quem Ern. Emanuel Walch in Naturforfcher Tom. X. tab. 1. f. 12. exhibet, ad hanc fpeciem pertinere videtur.

Habitat in mari adriatico, *Linnæus*, *Ginanni*; in infula Afcenfionis, *Petiver*; ad infulas meridionales Amboinæ, teftudinibus feraces, *Rumph*.

LEPAS ANATIFERA.

Linn. S. N. Sp. 18. Muf. L. U. p. 468.

Germ. Die Aentenbrut. *Belg.* Eenden-hals *Gronov.* *Angl.* Goofe Shell *Hill.* *Gall.* Conque anatifere *Davila.*

Tefta compreffa quinquevalvi lævi, affixa inteftino membranaceo.

ALDROVANDUS Teft. pag. 544.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 2.
MUS. WORM. pag. 256.
LISTER Hift. Conch. tab. 439. f. 282.
PLANCUS Conch. tab. V. f. 4.
GUALTIERI Teft. tab. 106. f. A. D.
SEBA Thef. III. tab. 16. f. 1. a. b.
ARGENVILLE Conch. tab. 26. f. E.
HILL Hift. of anim. tab. 11.

GINANNI adr. II. tab. 30. f. 182.
KNORR Vergn. II. tab. 30. f. 4, 5.
MÜLLER Linn. Nat. Syſt. VI. B. I. tab. 10. f. 8.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 38. f. 9.
DA COSTA Elem. tab. 1. f. 11.

Teſta compreſſa, lævis, compoſita e valvis quinque, quarum duæ infimæ majores triangulares, & binæ ſupremæ obliquæ, verſus apicem oblongæ, ſibi opponuntur; Harum margini incumbit valvula quinta lanceolata, cymbiformis; Pedunculus, cui teſta adnaſcitur, cylindricus, membranaceus, inteſtiniformis. Color margaritaceus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 9. lin. long. inteſtin. 6. poll.

Exactius animal deſcribit Osbek (a), idque conferva rivulari victitare putat.

Trita ſatis a Conchyliophilis prioris ſeculi fabella de metamorphoſi hujusmodi teſtarum in Anates & Anſeres iisdem nomen conchæ anatiferæ dedit.

Habitat in oceano ſeptentrionali, *Linnæus*; in mari adriatico, *Plancus, Ginanni*; ad littora Belgii, *Seba*; Daniæ, *Otto Müller*; Angliæ, *Pennant*; in Indiis, *Seba*, *Davila*, *Osbek*.

(a) Osbeks Reiſe nach Oſtindien und China S. 106.

PHOLAS.

Linn. Syſt. Natur. Gen. 302.

Germ. Die Steindattel. *Belg.* Steenboorder *Gronov.* *Gall.* Pholade *Davila.* *Angl.* Pierceſtone *Huddesford.* *Dan.* Mandelskinellet *Brunnich.*

Sub Pholadum nomine veniunt Cl. Linnæo teſtæ obovatæ, umbonatæ, inæquilateræ, extremitatibus hiantibus, quarum anterior anguſtata eſt; ſuperficie vel coſtata, vel muricata, vel ſtriata, ſtriis jam incurvatis, jam decuſſatis. Ob valvas minores, acceſſorias, quibus hujus generis teſtacea inſtructa ſunt, Pholades Claſſi Multivalvium adcenſentur.

Animal cum Aſcidiis convenit; Eſt nimirum molluſcum elongatum, cylindricum, orificio duplici ciliato, quorum alterum, ad ſummitatem locatum, anguſtius eſt. Ampliorem animalis anatomen Liſterus (a), figuram vero Reaumurius (b), Argenvillius (c) & Adanſonius (d) dederunt. Recens natum & magnitudine ſemen

men ſinapis nondum æquans calcarias rupes perforat, inque iis valvularum ope, quæ ex quinque conſtant teſſulis dentatis, quas mobiles eſſe obſervavit Janus Plancus (e), ſaxeum carcerem, commodum tamen, ſibi parat.

Latitant Pholades intra rupes marinas marmoreas, unde & hujus generis teſtæ nomen a græco φωλεω hauſerunt. Habitacula hæc validis Lapidariorum ferramentis diffringuntur, & vivæ epulæ avelluntur a piſcatoribus; Lucere in tenebris Pholades, lumenque ſuum cum aliis etiam corporibus communicare, jam Plinio notum fuit.

(a) Liſteri tab. anatom. t. 19.

(b) Reaumur Memoires de l'Acad. Royale, année 1712 pag. 163. tab. 7. f. 1.

(c) Argenville Zoomorph. tab. 7.

(d) Pholades ſemper lapides calcarios inhabitare, nunquam quarzoſos aut ſaxa, animadvertit Baſter Subſec. T. II. p. 68. Confirmatur id quoque per obſervationem Adanſonii in Hiſt. du Senegal. p. 263.

(e) Janus Plancus de Conch. pag. 33. Num. III.

(f) Plinius Hiſt. nat. lib. 9. c. 6.



PHOLAS DACTYLUS.

TAB. I. f. 7.

Linn. S. N. Sp. 20.

Germ. Der Steinbohrer. *Belg.* Gewoone langwerpige Steenboorder *Gronov.* *Angl.* Long Pierceftone *Petiver.* *Gall.* Dail *Reaumur.*

Tefta lata, ventricofa, plicis transverfis ftriisque longitudinalibus decuffata, poftice reticulata.

TAB. I. fig. 7.

ALDROVANDUS Teft. lib. 3. pag. 455.
RONDELET Teft. pag. 23. f. 2.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 25, 26.
LISTER Hift. Conch. tab. 433. f. 276.
REAUMUR Act. Paris. ad annum 1712 tab. 7. f. 1.
PETIVER Gaz. I. tab. 79. f. 10.
GUALTIERI Teft. tab. 105. f. A. B. C. D.
SEBA Thef. III. tab. 16. f. 6.
HILL Hift. of anim. tab. 11.
GINANNI adriat. II. tab. 31. f. 184.
MURRAY Fund. Teft. t. 2. f. 3.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 39. f. 10.

Tefta ovata, transverfim elongata, extremitate utraque hiante, valvis poftice reticulatim decuffatis, & muricatis, antice læviufculis. Cardinis lacinia prope quemvis apicem duplex, reflexa, inferiore adnata, fuperiore erecta, intermediis laminis quafi cellulas inter utramque laciniam formantibus. Cavitas intra utrumque apicem apophyfin ftiliformem antice explanatam gerit. Color albus.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 4½. poll.

Hujus fpeciei hiftoriam indefeffus Reaumurius in Actis Parifinis ad annum fupra citatum accuratius elaboravit.

Habitat ad littora marina Pictaviæ in Gallia, *Reaumur*; in littore narbonenfi & portu anconitano, *Bonnani* & *Ginanni*; in fcopulis maris norvegici, *Faun. Suec.* in Dania, *Otto Müller;* in mari belgico, *Bafterus;* ubi major, fordidior, magisque villofus, nitidior vero in India orientali, *Seba.*

PHOLAS

PHOLAS COSTATUS.

Linn. S. N. Sp. 21.

Germ. Der geribbte Steinbohrer. *Belg.* Verbreede Steenboorder *Gronov.* *Angl.* Large american Pholas *Huddesford.* *Gall.* La grande Pholade de l'Amerique *Davila.*

Teſta lata, ventricoſa, transverſe ſtriata, coſtis longitudinalibus, extimis acutis remotioribus.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 434. f. 277.
GUALTIERI Teſt. tab. 105. f. G.
KNORR Vergn. II. tab. 25. f. 4.

Teſta ovata, transverſim elongata, extremitate utraque hiante; Valvæ longitudinaliter coſtatæ, coſtis poſticis remotioribus magisque acutis, omnibus vero ſquamulis arcuatis transverſim decuſſatis; Apices involuti teguntur exterius utrinque lacinia expanſa, reflexa, duplici. Cavitas intra quemvis apicem apophyſin habet ſtiliformem, antice explanatam, concavam, ſeu cochleiformem. Color teſtæ totius niveus.

Long. $1\frac{1}{2}$. poll. lat. 5. poll.

Adfertur ex Europa auſtrali, *Linnæus;* e Virginia, *Liſterus;* ex America, *Davila;* Pulcherrima ſpecimina ex India occidentali, *Knorr.*





ORDO SECUNDUS.

TESTACEA BIVALVIA.

Germ. Zweyklappige Konchylien, oder Muscheln. *Belg.* Tweeschaalige Schelpen. *Angl.* Bivalve Shells. *Gall.* Coquilles bivalves. *Dan.* Toskallende *Brunnich.*

Hujus ordinis teſtæ binis tantum valvis componuntur, & vulgo Conchæ audiunt. Cardinis fabrica, dentiumque diſpoſitio generum characterem efficit. Huc pertinet:

I. MYA.

Teſta bivalvis, altera extremitate hiante, cardinis dente primario craſſo.

II. SOLEN.

Teſta bivalvis, æquivalvis, latiſſima, utrinque hians, cardinis dente uno reflexo aut duplici, non inſerto teſtæ oppoſitæ.

III. TELLINA.

Teſta bivalvis antice hinc inflexa, dentibus lateralibus alterius teſtæ planis.

IV. CARDIUM.

Teſta bivalvis, æquivalvis, dentibus cardinis mediis binis, alternatis, lateralibus remotis inſertis.

V. MACTRA.

Teſta bivalvis, æquivalvis, cardinis dente medio complicato, cum adjecta ſoveola, dentibus lateralibus remotis, inſertis.

VI. DONAX.

Teſta bivalvis, margine antico obtuſiſſimo, dentibus inſertis, marginali poſtico ſolitario, ſubremoto.

VII. VENUS.

Teſta bivalvis, æquivalvis, ſinu longitudinali, areola veſtigiata, cardinis dentibus tribus approximatis, lateralibus divergentibus.

VIII. SPONDYLUS.

Teſta inæquivalvis, cardinis dentibus duobus craſſis, cum ſcrobiculo intermedio.

IX. CHAMA.

Teſta bivalvis, absque labris, cardinis dente calloſo, gibbo, inſerto foſſulæ obliquæ.

X. ARCA.

Teſta bivalvis, cardine articulato, dentibus numeroſis, alternatim inſertis.

XI. OSTREA.

Teſta bivalvis ſubaurita, cardine edentulo, foſſula media excavata ovali, ſtriis lateralibus transverſis.

XII. ANOMIA.

Teſta inæquivalvis, valva altera planiuſcula, cardinis cicatricula lineari.

XIII. MYTILUS.

Teſta bivalvis, cardinis linea excavata, longitudinali, edentula.

XIV. PINNA.

Teſta bivalvis, valvis coalitis, cardine edentulo.



M Y A.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 303.

Germ. Die Klafmuſchel. *Belg.* Gaaper. *Gall.* Telline beante. *Angl.* Gaper *Pennant.* *Dan.* Sandmigen *Brunnich.*

Mya eſt teſta bivalvis, extremitate altera hians; cardinis dente primario ſolido, craſſo, nec inſerto teſtæ oppoſitæ; ſuperficie læviuſcula, raro ſtriata, rariſſime ſubaculeata.

Habitantur hujus generis conchæ, ab Aſcidiæ ſpecie; Illud Myæ arenariæ molluſcum, de quo Baſterus [a] fuſius agit, corpus habet membrana tenuiſſima ſubflava, quam pallium dicunt, undique circumdatum, oblongum, planum, inter branchias duas poſitum, & ſuperne labiis quatuor oblongis & pendentibus, inſtructum; Antice exſerit proboſcidem retractilem, cujus extremitas aperturis binis tentaculatis terminatur, e quarum majore aquam nonnunquam veluti per ſiphonem ejaculatur, ad ſex etiam pedum ſpatium. Structura hujus proboſcidis anatomice explorata e duobus cohærentibus & intergerio tantum diremtis tubulis conſtat, qui in aperturas illas binas conſpicuas deſinunt. Pes corpori ſubtus affixus, albus, planior, orbicularis, in varium uſum ſervit animali, hujus enim ope ſeſe aut protrahit, aut arenæ immergit.

Degunt Myæ ſub arena aut limo fluentorum, locumque, ubi latent, produnt foraminula, e quibus proboſcidem ſurſum exſerere conſueverunt; Effodiuntur inde a piſcatoribus, qui aut carnem aut margaritas, quibus ſpecies nonnullæ prægnant, appetunt.

(a) Baſter opuſc. Subſec. II. p. 69. tab. 7. f. A.



Tab. I. f. 8.

MYA GLYCYMERIS.

Germ. Die bauchige Klafmuschel.

Testa umbonata, extremitatibus oblique truncatis, dente antico crassissimo, longitudine ligamenti.

TAB. I. f. 8.

ALDROVANDUS Test. pag. 473, 474.
LISTER Hist. Conch. tab. 414. f. 258.
GUALTIERI Test. tab. 90. f. A.

Testæ subovatæ, umbonatæ lævis pone apices utrinque coarctatæ, extremitates oblique truncatæ hiant. Dens anticus crassissimus fere longitudinem ligamenti æquat, posticus minor subjacet apicibus incurvatis, retro quos series crenularum extenditur. Color pallide griseus.

Long. 4. poll. 8. lin. lat. 9. poll.

Ob extremitatem utramque hiantem Solenibus affinis, a quibus dente exserto crassissimo differt. Myam hanc eandem esse Chamam glycymeridem, quæ in lautioribus Romanorum & Græcorum cænis apposita fuit, Aldrovandus (a) suspicatur.

Habitat in oceano europæo, *Davila*; in mari hispanico, *Lister*.

(a) Aldrovandus de animalibus exsanguibus pag. 472.

MYA PICTORUM.

Linn. S. N. Sp. 28.

Germ. Die Mahlermuschel. *Belg.* Verfhouder *Gronov.* *Angl.* The fresch water Pearl Muscle *Huddesford.* *Gall.* Moule des Peintres *Davila.*

Testa lata, convexa, cardinis dente primario crenulato, laterali elongato, quovis in altera testa duplicato.

BONANNI

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 20.
Lister Hiſt. Conch. tab. 146, 147. f. 2, 3.
— — angl. tab. 2. f. 30.
Swammerdam Bibl. nat. tab. 10. f. 6, 7.
Berlin. Magaz. IV. tab. 12. f. 66, 67.
Ginanni adriat. II. tab. 4. f. 17.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 43. f. 17.

Teſta ovata, transverſim elongata, tenuis; Valvæ umbonatæ læves; Apices recurvi; Cardinis margo extus longitudinaliter ſinuatus; Dens primarius crenulatus, laterales elongati, tenues, quorum quivis in altera teſta duplicatus eſt. Epidermis fulva aut porracea; Cavitas margaritacea.

Long. 11. lin. lat. 2. poll. 2. lin.

Animalis hiſtoriam vide in Berliner Magazin (a). Teſtam, ſed non molluſcum deſcripſit Cl. Otto Müller (b). Animal nonnunquam uniones fert; Nomen ab uſu pictorum ſumſit, qui colores & auri argentique pigmenta in conchas has reponunt.

Habitat ad ripas Nili, *Forskæl*; in Sueciæ fluviis, *Linnæus*; in Dania, *Otto Müller*; in Italia, *Bonanni*; in Anglia, *Pennant*; & paſſim in Germania.

(a) Berliner Magazin IV. Seite 468.
(b) Hiſtoria Vermium T. II. pag. 213.

MYA MARGARITIFERA.

Linn. S. N. Sp. 29.

Germ. Die Flußperlmuſchel. *Belg.* Pearl Moſſel der Rivieren *Gronov.* *Angl.* Pearl gaper *Pennant.* *Gall.* Telline fluviatile *Davila.*

Teſta lata, ovata, planiuſcula, infra coarctata, dente primario craſſo, lateralibus elongatis.

Lister Hiſt. Conch. tab. 149. f. 4.
Klein Meth. oſtrac. tab. 10. f. 47.
Berlin. Magaz. IV. tab. 12. f. 65.
Knorr Vergn. IV. tab. 25. f. 2.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 43. f. 18.

Teſta ovata, transverſim elongata, craſſa, margine ſinuato; Valvæ transverſim ſtriatæ, prope cardinem complanatæ, ſubtus utrinque

coarctatæ; Dens cardinis craſſus crenatus; Apices lacunoſi & quaſi vermibus eroſi; Color fuſco-niger; Cavitas margaritacea, nonnunquam unionibus fœta.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 3. poll. 4. lin.

Cardinis dens primarius in ſpecimine noſtro crenatus eſt, & hinc a charactere Linnæi, qui dentem conicum & obtuſum in hac Mya conſtituit, differt. Innuit vero vir ſummus in Fauna ſuecica dentem hunc quoque in minoribus teſtis crenulatum eſſe.

Animalis hiſtoriam, vivendi rationem, genium, proceſſum, & propagationem fuſius pertractavit D. Fiſcherſtein [a].

Habitat in totius orbis arctici cataractis; in Lapponiæ & Sueciæ fluviis, *Linnæus;* in Norvegia, *Otto Müller;* in Electoratu brandeburgico, *Berliner Magazin;* in Saxonia, *Knorr;* in Anglia, *Pennant;* in Belgio, *Fiſcherſtein;* nec non in ſabuloſis Bohemiæ fluviis, & in diſtrictu Paſſavienſi, Salisburgenſi, &c. Germaniæ.

(a) Abhandlungen der königl. schwedischen Akademie der Wissenschaften XXIX. Band, S. 136.

MYA VULSELLA.

Linn. S. N. Sp. 31. Muſ. L. U. pag. 471.

Germ. Der Bartkneifer. *Belg.* Baardnyper.

Teſta elongata, linguiformi, cardine terminali concavo, rotundato.

Rumph amboin. tab. 46. f. A.
Gualtieri Teſt. tab. 90. f. H.
Muſ. Teſſin. tab. 6. f. 3.
Knorr Vergn. V. tab. 2. f. 1—3.

Teſta elongata, linguiformis; Valvæ planiuſculæ, extremitatibus obtuſis, prope quarum alteram locata eſt cardinis foſſula oblonga, velut in oſtreis, cujus generis ſpecies legitima eſſe videtur; Superficies ſtriata, ſtriis longitudinalibus tenuibus undatis; Color extus pallide griſeus, cavitatis margaritaceus.

Long. 2. poll. lat. 8. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

SOLEN.

SOLEN.

Linn. Syst. Nat. Gen. 303.

Germ. Die Messerscheide. *Belg.* Scheede. *Angl.* Razor Shell *Lister.* *Gall.* Manches de Couteau *Davila.* *Dan.* Longskiælet *Brunnich.*

Solenes dicuntur testæ bivalves transversim elongatæ, quarum utraque extremitas hiat. Valvæ convexæ, rarius umbonatæ; Cardinis ligamentum prope extremitatem alteram, aut prope lateris medium locatum; Apices fere nulli aut obsoleti, aut breves incurvati; Dens subulatus sæpe duplex, testæ oppositæ non insertus.

Animal ex genere Ascidiæ molluscum est teretiusculum, orificio duplici crenulato, altero humiliore instructum; Partem hanc superiorem seu caput intra testam pro lubitu retrahit, aut extra illam porrigit; Pars inferior corporis, e fibris annularibus & longitudinalibus compacta, quam in omnigenas, figuras & varios usus vertit, pedis vice fungitur; Hæc enim jam rigida instar cuspidis attenuatur, jam in cuneum amplificatur, jam in hamum aduncum vel latam palam mutatur, pro vario scilicet usu ad arenam, quam inhabitat, perforandam, excavandam, & rejiciendam, id quod fuse omniumque accuratissime apud Reaumurium legere est [a]. Piscatores animalia hæcce sabulo, cui inhærent, proliciunt, dum aperturis testarum ex arena prominentibus salem injiciunt; Jucundum hoc, ut Ahenæus ait, carne conchylium phosphorescit in nonnullis speciebus. Icones & observationes, hoc testaceorum genus illustrantes, vide apud Reaumurium [b], Argenvillium [c] & Adansonium [d].

(a) Memoires de l'Academie Royale des Sciences, année 1712 pag. 150.
(b) Memoires de l'Academie Royale l. c. (c) Argenville *Zoomorph.* tab. 6. p. 59.
(d) Adanson Histoire naturelle du Senegal, pag. 256.



SOLEN VAGINA.

Germ. Die Rinne. *Belg.* Orgelpypen *Rumph.* *Gall.* Manche de Couteau *Davila.* *Angl.* Sheath Razor *Pennant.*

Teſta lineari, recta, cardine prope extremitatem alteram unidentato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 410. f. 256.
RUMPH amboin. tab. 45. f. M.
GUALTIERI Teſt. tab. 95. f. E.
Memoir. de l'Acad. de Paris. ann. 1712 tab. 6.
ARGENVILLE Conch. tab. 24. f. K.
HILL Hiſt. of anim. tab. 10.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 11. f. 65.
GINANNI adriat. II. tab. 27. f. 170.
KNORR Vergn. I. tab. 28. f. 3.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 46. f. 21.
DA COSTA Elem. tab. 7. f. 8.

Teſta linearis, transverſim elongata, convexa, glabra, tegitur epidermide decidua; Extremitatum poſtica rotundata, antica vero dente unico, erecto, compreſſo, inſtructa, truncata eſt. Cardo connectitur ligamento pollicem unum elongato. Color teſtæ pallide fuſcus, virgis albis notatus epidermide fuſca.

Lat. 5. poll. long. 8. lin.

Solen Siliqua, quam huic affinem eſſe fatetur Linnæus, nonniſi varietas Vaginæ videtur.

Habitat in mari europæo & indico, *Linnæus*; in mari mediterraneo, *Ginanni*; ad Angliæ littora, *Pennant*; in Gallia, *Reaumur.* Varietas roſea in Indiis, *Gronov*, *Rumph*, *Argenville.*

SOLEN ENSIS.

Linn. S. N. Sp. 35. Muſ. L. U. pag. 473.

Germ. Die Erbſenſchotte. *Belg.* Suiker-Peultje *Gronov.* *Angl.* Seymeter razor *Pennant.* *Gall.* Manche de Couteau courbée.

Teſta

Teſta lineari ſubarcuata, extremitate utraque rotundata, cardine pone-alteram bidendato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 411. f. 257.
ARGENVILLE Conch. tab. 24. f. L.
HILL Hiſt. of anim. tab. 10.
KNORR Vergn. VI. tab. 7. f. 1.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 45. f. 22.

Teſta linearis, transverſim elongata, convexa, parumper curvata, in medio transverſim, ad latera vero longitudinaliter ſtriata, tecta epidermide decidua; Cardo ad angulum poſticum ligamento unum pollicem longo connectitur; Dens in valva altera unicus compreſſus, quem dentes duo, paralleli, approximati, valvæ alterius recipiunt. Color lividus, epidermidis fuceſcens.

Lat. 7. poll. long. 9. lin.

Habitat in mari mediterraneo, anglico, *Linnæus*, *Pennant*; in America, *Davila*.

SOLEN LEGUMEN.

Linn. S. N. Sp. 36. Tab. II. f. 1. 2.

Germ. Die Saubohne. *Belg.* Boereboon. *Angl.* Suboval Razor *Pennant*.

Teſta lineari recta, cardine verſus medium teſtæ, coſta cavitatis calloſa.

TAB. II. f. 1. 2.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 420. f. 264.
PLANCUS Conch. tab. 3. f. 5.
GUALTIERI Teſt. tab. 91. f. A.
ADANSON Seneg. tab. 19. f. 3.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 46. f. 24.

Teſta linearis recta, extremitate utraque rotundata, poſtica craſſiore; Apex obſoletus; Cardinis ligamentum lineas quatuor longum prope medietatem fere lateris terminatum; Dentes in una valvarum bini erecti, tenues, acuti, approximati, in altera bini quoque, ſed latiores & divergentes, quibus ſubjacet callus linearis, in mediam fere cavitatem uſque extenſus. Margo acutus, ſcindens; Color corneus, epidermidis deciduæ pallide luteus.

Lat. 2. poll. 4. lin. long. 7. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*, *Plancus*; ad Daniæ littora, *Otto Müller*; Angliæ, *Pennant*; Senegalliæ, *Adanſon*.

SOLEN RADIATUS.

Linn. S. N. Sp. 38. Muſ. L. U. pag. 474.

Germ. Die blaue Strahlſcheide. *Belg.* Blaauwe Zonneſtraal *Gronov.* *Angl.* Violet coloured - radiated Solen Shell *Huddesford.* *Gall.* Le Soleil levant *Davila.*

Teſta lineari, recta, ſubdiaphana, lævi, coſta cardinis obliqua, depreſſa.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 422. f. 266.
RUMPH ambøin. tab. 45. f. E.
PETIVER amboïn. tab. 21. f. 16.
GUALTIERI Teſt. tab. 91. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 22. f. P.
KNORR Delic. I. tab. B. III. f. 9.
— — Vergn. I. tab. 6. f. 5.

Teſta linearis in transverſum extenſa, extremitatibus rotundato-truncatis; Valvæ ſubdiaphanæ læves, ſubtiliſſime transverſim ſtriatæ; Cardinis dens alterius valvæ unicus, acutus, qui a dente duplici valvæ oppoſitæ recipitur; A dentibus tam antrorſum, quam retrorſum ad ſuturam internam extenditur margo elevatus; Percurrit quoque cavitatem internam a cardine ſecundum longitudinem diſci coſta obliqua ſolitaria, initio elevata, verſus marginem complanata. Color violaceus, radiis quatuor albis.

Lat. poll. 3. lin. 3. long. poll. 1. lin. 1.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph.*

SOLEN STRIGILATUS.

Linn. S. N. Sp. 39. Muſ. L. U. pag. 475.

Germ. Die roſenrothe Strahlſcheide. *Belg.* Roodachtige bruine Zonneſtraal *Gronov.* *Angl.* Blak Razor *Liſter.* *Gall.* Lanterne rouge, rayonnée de blanc.

Teſta

Testa lineari, recta, crassa, convexa, lineis oblique insulptis.

RONDELET Test. pag. 14.
ALDROVANDUS Test. pag. 471.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 77.
LISTER Hist. Conch. tab. 416. f. 260.
GUALTIERI Test. tab. 91. f. C.
ADANSON Seneg. tab. 19. f. 2.
KNORR Vergn. VI. tab. 5. f. 4.

Testa transversim elongata convexa, extremitatibus rotundatis hiantibus, superficie lineis obliquis undulatis incisa; Cardo dentem unicum in valva altera, duos vero in opposita habet, margine prope ligamentum prominente; Costa in cavitate nulla; Color extus roseus, radiis duobus latis a cardine ad marginem exteriorem.

Lat. 3. poll. long. 1. poll. 4. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*, *Knorr*, *Davila*; ad littora Siciliæ, *Bonanni*; ad Senegalliam, *Adanson*.

TELLINA.

Linn. Syst. Nat. Gen. 305.

Germ. Die Tellmuschel. *Belg.* Dun Schaalen *Oudaan*. *Gall.* Telline *Davila*. *Angl.* Tellens *Da Costa*. *Dan.* Tellinen *Brunnich*.

Prisci Conchyliographi eas testas Tellinæ nomine insigniebant, quæ, ut græcum fert etymon, cito adolescebant. Usitatum hoc apud Græcos Latinosque vocabulum, nullis certis limitibus definitum, summus scientiæ naturalis restitutor Linnæus Testaceis bivalvibus tribuit, quorum valvæ versus regionem anticam aut ad latus alterum inflexæ aut compressæ sunt. Accedunt ad characterem hunc: Cardinis dentes in valva altera primarii, alterni, in opposita vero laterales plani, aut nulli; Area lanceolata; Ligamentum sæpius labia tegens prominula; Apices brevissimi; Superficies glabra, vel squamosa, vel varium in modum sulcata aut striata, striis transversis, obliquisve. Figura testæ variat, hinc Linnæo duce, Tellinas omnes in

I. Ovatas, crassiusculas,
II. Ovatas, compressas,
III. Suborbiculatas,


seu totidem familias distribuimus.

Animal Tellinæ Linnæo Tethys videtur, cui corpus carnosum, oblongum, & os terminatum proboſcide cylindrica ſub labio explicato, nec non ad latus ſiniſtrum foramina duo ſunt. Diſtinctum autem in his teſtis molluſcum hoſpitari obſervavit Argenvillius [(a)] & Baſterus [(b)]. Ille enim antice ſiphones duos extremitate ſua fimbriatos vidit; hic duas in Tellinæ quadam ſpecie tracheas depinxit, quæ ſine ulla proboſcide ex annulis pluribus muſculoſis conſtant, quorum ope illas facili admodum negotio extendere, iterumque, cognito periculo, propediem intra valvas retrahere valet.

Idem confirmat ſagaciſſimus harum rerum ſcrutator Otto Müller [(c)], e cujus deſcriptione Tellinæ rivalis modum, quo molluſcum hoc incedit, huc adferre lubet. „*Organum*, ait Vir clariſſimus, *quo progreditur vermis, juſto nomen pedis mereatur, cum uſu & figura pes ſit; affigitur ultra ſuum medium alio corpuſculo; quod tibiam mentitur, utrumque & tibiam & pedem animal, quoties incedit, extra teſtam porrigit. Pes primum parum protenditur, dein loca vicina circumcirca tentat, tum ultra duplicem teſtæ latitudinem extenditur, denique corpus & teſta ope tibiæ ad medium pedis uſque attrahitur, & ſic unus paſſus perficitur; Pes rurſus extenditur, & ita pergendo, greſſu ſat celeri movetur.*

Tellinæ intra ſabulum ſepultæ ad littora maris deliteſcunt [(d)], aperturasque duas in arena effodiunt, quarum indicio ad refluxum maris facillime deteguntur. Species nonnullæ in amnibus aut foſſis ſilveſtribus, aqua repletis, victitant. Caro edulis eſt, omniumque maxime palato orientalis Indiæ gentium arridet Garum (Baccaſſan) amboinenſe, quod e Tellinæ Gari carne paratur.

(a) Argenville Zoomorph. tab. 5. f. M.
(b) Baſter Opuſc. Subſec. II. pag. 75. tab. 8. f. 6, 8.
(c) Otto Müller Vermium hiſtoria II. pag. 203.
(d) Reaumur Memoires de l'Acad. de Paris, année 1710 pag. 599. tab. 9. f. 11, 12, 13.



I. OVATÆ, CRASSIUSCULÆ.

TELLINA LINGUA FELIS.

Linn. S. N. Sp. 45. Muſ. L. U. pag. 476.

Germ. Die Kazenzunge. *Belg.* Katte-tong *Gronov.* *Gall.* Le Chagrin *Davila.*

Teſta lata ſubovata, ſquamis fornicatis quincuncialibus ſcabra.

Rumphii amboin. tab. 45. f. G.
Gualtieri Teſt. tab. 76. f. B.
Klein Meth. oſtrac. tab. 11. f. 62.
Knorr Vergn. II. tab. 2. f. 1.

Teſta ſubovata, extus ſquamis erectis fornicatis, acutis, in quincuncem ſparſis ſcabra, antice inflexa, & angulum formans; Cardinis dens medius bifidus, lateralis utrinque acutus, inſertus margini oppoſito; Color albus, apicibus radiisque divergentibus roſeis.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat ad littora arenoſa maris adriatici, *Linnæus;* in Indiis, *Davila;* ad Amboinam, *Rumph.*

TELLINA RUGOSA.

Tab. II. f. 3, 4.

Germ. Die runzelichte Tellmuſchel.

Teſta ſubovata, lata, rugis membranaceis transverſis, rima hiante.

TAB. II. f. 3. 4.

Teſta lata ſubovata, membranis elevatis rugoſis transverſis ſcabra; Labra prominula; Apices acuti contigui, antrorſum recurvi; Ligamentum inveſtiens labra, alterumque retro apices tenuius; Color totius teſtæ albus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 7. lin.

A Tellina rugoſa Pennanti Cl. V. tab. 57. f. 34. omnino diſtincta.

Patria ignota.

TELLINA VIRGATA.

Linn. S. N. Sp. 46. Muſ. L. U. pag. 477.

Germ. Der geſtreifte Sonnenſtrahl. *Belg.* Roode Zooneſtraal *Gronov.* *Angl.* Rayed Tellin *Petiver.* *Gall.* Telline radiée *Davila.*

Teſta lata, ſubovata, antice angulata, lineis elevatis transverſis, radiis rubentibus.

RUMPH amboin. tab. 45. f. H.
PETIVER amboin. tab. 17. f. 19.
ARGENVILLE Conch. tab. 22. f. A.
KNORR Vergn. II. tab. 21. f. 4.
— — — IV. tab. 25. f. 1.

Teſta obovata, transverſe ſtriata, ſtriis confertis ſubimbricatis æqualibus; Rimæ labia craſſa ligamento tecta; Areola poſtica longitudinalis anguſta; Cardo dentibus tribus, quorum duo primores, propiores, transverſi, cum cavitate dentes oppoſitos recipiente, tertius, in margine utriusqne ſuturæ, remotus a dentibus primariis; Color pallide luteus radiis a cardine ad peripheriam ductis, extrorſum latioribus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 2. poll. 9. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus*, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Ceylon, *Statius Müller*.

TELLINA ANGULATA.

TAB. II. f. 5. Linn. S. N. Sp. 47?

Germ. Die eckige Tellmuſchel.

Teſta lata ſubovata, ſtriis transverſis recurvatis, antice oblique angulata, labris prominulis, dentibus lateralibus nullis.

TAB. II. f. 5.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 394. f. 241.

Teſta lata, transverſim ſtriata, ſtriis antice ad angulum acutum deflexis; Extremitas antica oblique truncata; Labra intra ligamentum prominentia;

nentia; Dens alterius testæ unus, bifidus, laterales nulli; Color extus pallide rubescens, fasciis radiantibus roseis.

Long. 8. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in Java, *Linnæus.*

TELLINA GARI.

Linn. S. N. Sp. 48. Mus. L. U. pag. 478. Tab. II. f. 6. 7.

Germ. Die Bakaßanmuschel. *Belg.* Bacassan doublet *Rumph.* *Gall.* Telline bariolée de violet & de blanc *Argenville.*

Testa lata subæquilatera, striis transversis deflexis, labris prominentibus, dentibus lateralibus nullis.

TAB. II. fig. 6. 7.

Lister Hist. Conch. tab. 417. f. 261.
Rumph amboin. tab. 45. f. D.
Argenville Conch. tab. 21. f. I.

Testa lata convexiuscula lævis, transversim arcte & tenuiter striata; Extremitates rotundatæ, obtusæ; Labia prominentia; Dentes externi nulli; Color lividus, radiis apicibus & cavitate violaceis.

Long. 11. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

E conchæ hujus carne, aceto & aromatibus condita, esca conficitur, Garo veterum (a) similis & orientalis Indiæ gentibus, quibus Bacassan audit, gratissima (b).

Habitat ad littora limosa oceani indici, *Linnæus;* Americæ, *Davila;* Amboinæ, *Rumph.*

(a) Plinius Hist. nat. Lib. 31. cap. 7. & 8.
(b) Rumph amboinische Raritätenkammer S. 146.

TELLINA ANOMALA.

Germ. Die unächte Tellmuschel. *Belg.* Gestraalde Baceassan.

Testa subovata, lata, ventricosa, longitudinaliter rugosa, striis transversis utrinque scabra, limbo antico intus violaceo.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 425. f. 273.
KNORR Vergn. II. tab. 20. f. 5.
— — — V. tab. 11. f. 2.

Teſta ſubovata, lata, ventricoſa, antice utrinque obſolete carinata; Sulci longitudinales undulati, ſtriis transverſis prope extremitates exaſperati; Apices umbonati, incurvati; Ligamentum craſſius ante apices, & retro hos tenuius alterum; Dentes primarii duo, alter bifidus, laterales nulli; Limbus internus, præſertim anticus, violaceus. Variat: teſta

α) Pallide luteſcente, intus lutea,

β) Alba, apicibus violaceis, intus violacea,

γ) Violacea, albo-radiata, intus violacea, albaque,

δ) Alba, cavitate & apicibus miniatis.

Long. 1. poll. lat. 2. poll.

Habitat in inſula Mauritii & ad Barbados, *Liſter.*

II. OVATÆ, COMPRESSÆ.

TELLINA ALBIDA.

Linn. S. N. Sp. 50. Muſ. L. U. pag. 479?

Germ. Die blaßrothe Tellmuſchel.

Teſta lata, ovali, lævi, ſubtus transverſim inæqualiter ſulcata, labiis prominentibus, dentibus lateralibus obſoletis.

KNORR Vergn. IV. tab. 3. f. 4.
— — — V. tab. 9. f. 3.

Teſta ovato-lata, lævis, ſubtus ſulcis diſtantibus inæqualibus transverſim exarata; Dentes laterales nulli, vel obſoleti; Labia prominula; Color teſtæ pallide rubeſcens, cavitatis roſeus, apicum miniaceus.

Long. 11. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in oceano europæo, *Linnæus.*

TEL-

TELLINA PUNICEA.

Germ. Die dunkelrothe Tellmuschel. TAB. II. f. 8.

Testa lata, ovali, subæquilatera, glabra, striis transversis approximatis.

TAB. II. fig. 8.

Testa ovalis, lata, complanata, glabra, transversim striata, lateribus utrinque subæqualibus; Apices breves, tenues; Dentes externi manifesti, exserti, & valvæ oppositæ applicati; Color pallide incarnatus, prope apices & in cavitate puniceus.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 8. lin.

Patria ignota.

TELLINA PLANATA.

Linn. S. N. Sp. 52. Mus. L. U. pag. 480. TAB. II. f. 9.

Germ. Die scharfrandige Tellmuschel.

Testa lata, ovata, compressa, transversim substriata, marginibus acutis.

TAB. II. fig. 9.

LISTER Hist. Conch. tab. 386. f. 233.
GUALTIERI Test. tab. 89. f. G.

Testa lata, obovata, complanata, obsolete striata, margine acuto; Rima hians, subtomentosa; Labia tecta; Dens medius singulæ valvæ duplex, altero bifido, lateralis nullus. Margines extus tecti epidermide decidua; Color pallide incarnatus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Tellina planata Pennanti Cl. V. tab. 48. f. 29. penitus a nostra differt. Regensusii figura, a Linnæo citata, magis Tellinæ radiatæ convenit.

Habitat in oceano europæo, mediterraneo, *Linnæus;* ad Madagascar, *Lister.*

TELLINA RADIATA.

Linn. S. N. Sp. 54. Muf. L. U. pag. 481.

Germ. Der glatte Sonnenstrahl. *Belg.* Roode gladde Zooneſtraal *Gronov.* *Angl.* Tulip Wedge *Huddesford.* *Gall.* Telline rayée couleur de chair.

Teſta lata, ſubſtriata, glabra, labris hiantibus, areola lanceolata.

Lister Hiſt. Conch. tab. 393. f. 240.
Gualtieri Teſt. tab. 89. f. I.
Regenfus Samml. I. tab. 3. f. 28. tab. 8. f. 22.
Knorr Delic. nat. I. tab. B. III. f. 8.
— — Vergn. I. tab. 19. f. 1.
— — — IV. tab. 2. f. 4.
Da Costa Elem. tab. 6. f. 11.

Teſta transverſim ovato-oblonga, longitudinaliter tenuiſſime vixque conſpicue ſtriata, antice parum inflexa; Labia hiantia nec prominentia; Cardinis dentes primores duo, altero anguſtiore bifido, altero latiore ſimplici, dentes marginales utrinque ſolitarii, remoti, diſtincti foſſula marginali; Color cavitatis citrinus, apicum & faſciarum teſtæ, ſæpe radiantium, roſeus.

Long. 3. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat ad littora Sueciæ, *Linnæus*; Angliæ, *Pennant*; Daniæ, *Otto Müller*; Jamaicæ, *Liſter*.

TELLINA ROSTRATA.

Tab. II. f. 10. Linn. S. N. Sp. 55. Muf. L. U. pag. 481.

Germ. Das Schinkchen. *Belg.* Banket Hametje *Gronov.* *Angl.* Wedge Muſcle *Petiver.* *Gall.* Pince de Chirurgien *Davila.*

Teſta ovata, antice angulato-roſtrata, transverſim ſubtiliſſime ſtriata;

a) Teſta convexiuſcula gibba, pallide ſulphurea.

TAB.

TAB. II. fig. 10.

β) Teſta planiuſcula, roſtro longiore, incarnata.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 382. f. 225.
PETIVER amboin. tab. 17. f. 20.
GUALTIERI Teſt. tab. 88. f. T.
ARGENVILLE Conch. tab. 22. f. O.
KNORR Vergn. IV. tab. 2. f. 3, 5.

Teſta oblonga, transverſim tenuiſſime ſtriata, antice attenuata, & elongata quaſi in roſtrum obliquum emarginatum; Labia retracta, obſolete dentata, tecta; Dentes primores parvi, altero bifido, laterales parvi, oblongi, remoti, foſſula diſtincti.

α) Long. 1. poll. lat. 2. poll.
β) Long. 8. lin. lat. 2. poll.

Habitat in oceano indico, *Davila;* ad Javam, *Linnæus;* ad Amboinam, *Petiver.*

TELLINA INÆQUIVALVIS.

Linn. S. N. Sp. 56.

Germ. Die Baſtardtelline. *Belg.* Platzydige Telline.

Teſta lata, ovata, roſtrata, valva altera plana, dentibus lateralibus nullis.

SPENGLER Berlin. Beſchäft. III. tab. 7. f. 25—28.

Teſta inæquivalvis, ſubpellucida, transverſim elongata; Valva altera plana, antice longitudinaliter introrſum flexa, altera convexa; Apices acuti breves; Dens prope apicem valvæ planæ ſimplex, acutus, antice gerens ligamentum valvæ oppoſitæ inſertum; Color lacteus.

Long. 6. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Fuſius deſcripta in berlin. Beſchæft. T. III. pag. 313. & 315.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus, Spengler.*

TELLINA INCARNATA.

Tab. II. f. 11.

Linn. S. N. Sp. 58.

Germ. Der kleine Sonnenstrahl. *Belg.* Rood Juffertje. *Angl.* Carnation tellina *Pennant.*

Testa lata, ovata, rostrata, complanata, pallide radiata, apicibus acutis.

TAB. II. fig. 11.

Lister angl. app. tab. 1. f. 8.
Gualtieri Test. tab. 88. f. M.

Testa lata, subpellucida, planiuscula; Labia crassiuscula, tecta; Apices acuti; Dentes laterales manifesti; Color pallide ruber, radiis fasciculatis rubris.

Long. 5. lin. lat. 11. lin.

Tellina incarnata Cl. Penanti tab. 47. f. 31. fors Tellina Gari est?

Habitat in mari mediterraneo, & suecico, *Linnæus.*

III. SUBORBICULATÆ.

Tab. II. f. 12.

TELLINA REMIES.

Linn. S. N. Sp. 62. Mus. L. U. pag. 482.

Germ. Die Sandtelline. *Belg.* Gewoornde Remies *Gronov.*

Testa subrotunda crassa, transversim tenuissime striata, rima patula.

TAB. II. fig. 12.

Lister Hist. Conch. tab. 266. f. 102.
Rumph amboin. tab. 43. f. I.

Testa suborbiculata, crassa, transversim tenuissime striata, antice parumper inflexa; Rima obtusa, hians; Areola sinuata sensim quoque inflexa;

flexa; Cardinis dentes primores duo, remoti, altero bifido, laterales manifesti, quorum anticus remotus, posticus vero primariis approximatus est. Color albus; Caro edulis.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 3. poll. 8. lin.

Habitat ad littora arenosa oceani europaei & indici, *Linnæus*; Amboinæ, *Rumph*; Jamaicæ, *Davila*, *Lister*.

TELLINA SCOBINATA.

Linn. S. N. Sp. 64. Mus. L. U. pag. 482.

Germ. Die schuppige Tellmuschel. *Belg.* Robbe-tong *Gronov.* *Gall.* La Guillochée *Davila.*

Testa orbiculari, scabra, squamis lunatis, in quincuncem digestis.

Lister Hist. Conch. tab. 302. f. 143.
Gualtieri Test. tab. 76. f. E.
Knorr Vergn. VI. tab. 37. f. 3.

Testa crassa orbiculata, extus tecta squamis fornicatis, erectis, obtusis, reticulatim intertextis, & in quincuncem quasi dispositis; Rima excisa; Ligamentum labiis brevius; Areola canaliculata excisa; Cardinis dentes primarii duo, uno integro parvo, altero bifido, laterali utrinque ad marginem valido, remoto; Color albidus.

Long. 3. poll. 9. lin. lat. 3. poll. 10. lin.

Habitat in oceano asiatico, *Linnæus*; in indico, *Davila.*

TELLINA CARNARIA.

Linn. S. N. Sp. 66. Tab. II. f. 13.

Germ. Die Fleischlinse. *Belg.* Roonde vleeschkleurige Straal *Gronov.* *Angl.* Fleschcolored Telline *Pennant.*

Testa orbiculata, striis obliquis deorsum reflexis, undulatis.

TAB. II. f. 13.

Lister Hist. Conch. tab. 339. f. 176.
Gualtieri Test. tab. 77. f. I.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 49. f. 32.

Teſta orbiculata ſolida; Valvæ convexæ ſtriatæ, ſtriis obliquis retrorſum reflexis; Margo anticus haud inflexus; Area areolaque lanceolata; Apices breves, inflexi, ſubcontigui; Dentes congenerum, cum laterali utrinque; Color pallido-ruber, faſciis transverſis apicibusque roſeis.

Long. 9. lin. lat. 10. lin.

Habitat ad Angliæ littora, *Pennant*; ad Jamaicam & Barbados, *Liſter*.

TELLINA BALTHICA.

TAB. II. f. 14.

Linn. S. N. Sp. 68.

Germ. Die dreyeckige Tellmuſchel.

Teſta triangulo-rotundata, lævi, transverſim ſubtiliſſime ſtriata, incarnata.

TAB. II. fig. 14.

Teſta ſubpellucida triangula, ſubtus rotundata, utrinque rectilinea; Valvæ complanatæ; Margo anticus haud inflexus, ſed acutus; Apices acuti; Cardo & dentes præcedentis; Color cavitatis & diſci externi roſeus, laterum niveus.

Long. 7. lin. lat. 10. lin.

Habitat in mari balthico, *Linnæus*; ad Daniæ littora, *Otto Müller*.

CARDIUM.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 306.

Germ. Die Herzmuſchel. *Belg.* Hart-doublet. *Angl.* Heartshell *Huddesford*. *Gall.* Cœur *Davila*. *Dan.* Hiertåskiället *Brunnich*.


Conchyliophili hodiedum conchas omnes cordiformes Cardia ſalutant, relegatis ad hoc Teſtaceorum genus, invita etiam natura, variis Chamæ, Arcæ, Veneris &c. ſpeciebus. Methodus linnæana indefinitum Cardii nomen ad ea tantum Bivalvia reducit, quorum cardo dentibus mediis binis alternatis, mutua inſertione ſeſe excipientibus, & dentibus lateralibus remotis inſtructus eſt. Teſtæ hæ æquivalves, umbonatæ, apicibus incurvatis figuram cordis, fere omnes, mentiuntur & inde nomen traxerunt; Differunt inter ſe: Ambitu ovato, aut rotundato, aut lato; Superficie vel echinata, vel glabra, plerumque longitudinaliter ſulcata; Dorſo compreſſo, vel convexo, in aliis carinato, in aliis angulato.

Eſt

Eſt animal Cardii molluſcum tracheis binis, brevibus, inæqualibus, nequaquam cohærentibus, præditum, quarum inferior, alimentis capiendis deſtinata, cirrhis ſeu tentaculis plurimis, oculo tantum armato conſpiciendis, ad orificii marginem obſita major & longior, ſuperior vero, quæ ejiciendis excrementis ſervit, minor & pari modi cirrhata eſt, ut ex Argenvillii [a] & Ottonis Mülleri [b] iconibus conjicimus; Tentaculorum ſtructuram conicam, annulatam & nodulo, cui fibræ tenuiſſimæ inſiſtunt, terminatam, omnium exactiſſime ſcrutatus eſt Baſterus, in examine Cardii edulis [c]. Pedem falciformem inter characteres hujus molluſci recepit Otto Müller [d] & Liſteri anatome [e] confirmat.

Rumphio [f], Baſtero & Reaumurio [g] teſte cardia infra arenæ littoralis ſuperficiem morantur, nec profundius, cum ſiphones ſuos breves ad aquam marinam, quam continuo abſorbent, expuuntque, attrahendam, longe exſerere nequeant.

(a) Argenville Zoomorph. pag. 57. tab. 2. f. 6. D.
(b) Otto Müller Zoolog. Dan. Faſc. I. tab. 13.
(c) Baſteri Opuſc. Subſec. II. pag. 72. tab. 8.
(d) Otto Müller Prodr. Zool. Dan.
(e) Liſteri tab. anatom. tab. 13. f. 2.
(f) Rumph amboiniſche Raritätenkammer S. 132.
(g) Memoires de l'Acad. de Paris, année 1710 pag. 595. tab. 9. f. 8, 9, 10.



CARDIUM COSTATUM.

Linn. S. N. Sp. 73. Muf. L. U. pag. 483.

Germ. Die geribbte Herzmuschel. *Belg.* Geribde Venus *Gronov.* *Angl.* White fluted Heart *Huddesford.* *Gall.* Conque exotique *Davila.*

Tefta lata, ventricofa, coftis longitudinalibus carinatis, inanibus.

COLUMNA purpur. cap. 17.
LISTER Hift. Conch. tab. 327. f. 164.
RUMPH amboin. tab. 48. f. 6.
GUALTIERI Teft. tab. 72. f. D.
ARGENVILLE Conch. tab. 23. f. A.
ADANSON Seneg. tab. 18. f. 2.
HILL Hift. of anim. tab. 10.
KNORR Vergn. I. tab. 28. f. 2.

Tefta ventricofa lata, coftis duodecim elevatis, carinatis, intus cavis, inter quarum fingulas fulci duo longitudinales; Coftæ hæ productæ marginem dentatum, feu muricatum efficiunt; Apices incurvati; Cardinis dentes primores in valva altera duo recti, acuti, in oppofita unicus; lateralis utrinque folitarius, compreffus, acutiufculus, foffula diftinctus, pofticus duplex; Cavitas fulcis latis exarata; Color albus.

Long. 3. poll. 5. lin. lat. 5. poll. 2. lin.

Cum vivum animal femper infra mare habitet, nonnifi folitarias valvas hinc inde in littore difperfas vidit Adanfonius (a).

Habitat in mari africano, *Linnæus*; ad Senegalliam, *Adanfon*, *Davila*.

(a) Adanfon Hift. nat. du Senegal pag. 243.

CARDIUM CARDISSA.

TAB. II. f. 15, 16, 17, 18.

Linn. S. N. Sp. 74. Muf. L. U. pag. 484.

Germ. Das Menfchenherz. *Belg.* Venushart *Gronov.* *Angl.* The Venus heart *Huddesford.* *Gall.* Cœur de Venus *Davila.*

TAB. II. fig. 15—18.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 49.
LISTER Hift. Conch. tab. 318. f. 155.

RUMPH

RUMPH amboin. tab. 42. f. E.
GUALTIERI Teſt. tab. 84. f. B. C. D.
ARGENVILLE Conch. tab. 23. f. I.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 10. f. 39.
HILL Hiſt. of anim. tab. 10.
KNORR Vergn. I. tab. 18. f. 3.
— — — — VI. tab. 11. f. 1.

Teſta cordiformis, complanata; Valvæ naviculares, longitudinaliter ſulcatæ, ſulcis diſtantibus, ſuperioribus ſcabris, latere altero plano convexo, altero concavo, diſco elevato; Margo carinato-compreſſus; Apices compreſſo-inflexi, contigui, uno alterum ſuperante; Areola impreſſa ſub umbonibus; Cardinis dentes primores duo, ſubcontigui, lateralis utrinque unicus validus, compreſſus, remotus, foſſula diſtinctus; Color totus niveus aut albus, maculis diſperſis roſeis; Variat

α) Carina valvularum integra,

β) Carina valvularum crenata.

Long. 2. poll. lat. 1. poll. 10. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; in Indiis, *Davila, Liſter*; ad Amboinam, *Rumph.*

CARDIUM RETUSUM.

Linn. S. N. Sp. 75. TAB. III. f. 1. 2.

Germ. Das Nabelherz.

Teſta cordata, oblique carinata, ſinu poſtico lunari intruſo.

TAB. III. fig. 1. 2.

Teſta cordata; Valvæ obliquæ, carinatæ, longitudinaliter ſulcatæ, ſulcis excavato-punctatis, cum coſtis intermediis transverſim crenulatis; Sinus poſticus profunde excavatus, intruſus, lunaris; Apices acute carinati, incurvato-recurvi; Color niveus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Valva ſolitaria.

Habitat in Indiis, *Linnæus.*

CARDIUM IMBRICATUM.

Tab. III. f. 3. 4.

Germ. Das schuppige Herz. *Angl.* The Strawbery heart *Huddesford.*

Testa cordato-trilatera, inter sulcos longitudinales tenues transversim & dense squamulosa.

TAB. III. fig. 3. 4.

Lister Hist. Conch. tab. 315. f. 152.
Gualtieri Test. tab. 83. f. E.

Testa cordato-trilateralis; Valvæ utrinque angulatæ, longitudinaliter sulcatæ, sulcis tenuibus; Costæ intermediæ complanatæ, tectæ squamulis arcuatis, dense imbricatis; Margo crenatus, anticus serratus; Color testæ niveus, squamularum citrinus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Patria ignota.

CARDIUM HEMICARDIUM.

Linn. S. N. Sp. 76. Mus. L. U. pag. 484.

Germ. Das dreyseitige Herz. *Belg.* Dryezydig Hart *Gronov.* *Angl.* Venus heart with a smooth edge *Huddesford.* *Gall.* Cœur triangulaire *Davila.*

Testa cordata, subtrilatera, valvis angulatis, sulcis tenuibus excavato punctatis, utrinque transverse tuberculatis.

Lister Hist. Conch. tab. 319. f. 156.
Rumph amboin. tab. 44. f. H.
Petiver amboin. tab. 17. f. 4.
Gualtieri Test. tab. 83. f. C.
Knorr Vergn. VI. tab. 3. f. 2.

Testa cordata, subtrilatera; Valvæ carinatæ, trilateræ, longitudinaliter sulcatæ, sulcis excavato-punctatis, cum costis intermediis, quæ squamis crassis

craſſis transverſis imbricantur; Apices incurvati, remoti; Labia prominula; Areola cordata, plana; Color niveus.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus;* indico, *Davila, Liſter;* ad Amboinam, *Rumph.*

CARDIUM MEDIUM.

Linn. S. N. Sp. 77. Muſ. L. U. pag. 485.

Germ. Das Mittelherz. *Belg.* Bruine Aardbey. *Gall.* La fraiſe brune.

Teſta ſubcordata, valvis longitudinaliter ſulcatis, angulatis, lævibus.

KNORR Vergn. V. tab. 20. f. 5.

Teſta ſubcordata antice retuſa; Valvæ obtuſe carinatæ, longitudinaliter ſulcatæ; Apices incurvati, ſubcontigui; Color albus, maculis rubris.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus.*

CARDIUM ACULEATUM.

Linn. S. N. Sp. 78. Muſ. L. U. pag. 485. (a)

Germ. Das Nagelherz. *Belg.* Gedornte Nagel *Gronov.* *Angl.* Aculeated Cokle *Pennant.* *Gall.* Cœur de bœuf epineux *Davila.*

Teſta ſubcordata, coſtis ſpinoſo-ciliatis.

ALDROVANDUS Teſt. pag. 452.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 96, 97.
GUALTIERI Teſt. tab. 72. f. A.
ARGENVILLE Conch. tab. 23. f. B.
HILL Hiſt. of anim. tab. 10.
KNORR Vergn. VI. tab. 3. f. 1.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 50. f. 37.

 Teſta

Testa cordata, umbonata; Valvæ convexæ, longitudinaliter costatæ, sulcis transversim striatis exaratæ; Costæ intermediæ obtusangulæ, undique obsitæ serie longitudinali spinarum concavarum, quarum anticæ, & in dorso testæ umbonato locatæ, tenues, acutæ, extimæ inflexæ, posticæ vero incrassatæ aut difformes sunt; Margo cardinalis ante ligamentum extrorsum productus, retrorsum plicatus; Apices incurvato-recurvi; Dentes congenerum; Color pallido-griseus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 2. poll. 8. lin.

Variat α) spinis fornicatis compressis, quæ acutæ, elongatæ, & inflexæ, tenues semper sunt; an testa junior?

β) Spinis crassis, fornicatis, inflexis.

Habitat in oceano Europæ australis, *Linnæus;* in mari mediterraneo, *Davila;* in adriatico, *Bonnani;* ad Angliam, *Pennant.*

(a) Cardium muricatum olim Linnæo.

CARDIUM TUBERCULATUM.

Linn. S. N. Sp. 81. Mus. L. U. pag. 486.

Germ. Das knotige Herz. *Belg.* Bruin gebande Feitama *Gronov.* *Angl.* Grain Cokle *Petiver.*

Testa subcordata, sulcata, costis obtusis, transverse striatis, extus nodosis.

RUMPH amboin. tab. 48. f. 11.
PETIVER amboin. tab. 17. f. 7.
KNORR Vergn. V. tab. 30. f. 2.

Testa subcordata; Valvæ longitudinaliter sulcatæ, sulcis latis transverse striatis; Costæ extus & præcipue postice obsitæ nodis obtusis; Cardo & apices a congeneribus non differunt. Color albus, fasciis transversis latis, fuscis.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 11. lin.

Patria ignota.

CAR-

CARDIUM ISOCARDIA.

Linn. S. N. Sp. 82. Muſ. L. U. pag. 487.

Germ. Das Ziegelherz. *Belg.* Kruytnagel *Gronov.* *Angl.* The Raſp heart ſhell *Huddesford.* *Gall.* Cœur de bœuf tuilé *Argenville.*

Teſta ſubcordata, ſulcata, ſquamis fornicatis erectis.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 95.
Lister Hiſt. Conch. tab. 323. f. 160.
Rumph amboin. tab. 48. f. 9.
Petiver Gazoph. I. tab. 152. f. 7.
Argenville Conch. tab. 23. f. M.
Hill Hiſt. of anim. tab. 10.
Regenfus Samml. I. tab. 5. f. 56.

Teſta cordato-oblonga; Valvæ umbonatæ, obovatæ, ſulcatæ, ſulcis 34 profundis, ſquamis ſuper coſtas intermedias ovatis, imbricatis, fornicatis; Margo ſerratus; Dentes primores in altera valva duo, in altera unus, laterales utrinque ſolitarii, latiores, foſſula diſtincti; Color extus albidus, maculis diſperſis incarnatis, intus roſeus.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 2. poll.

Habitat ad Nuſſatello & Hitoe Indiæ orientalis, *Regenfus;* ad Jamaicam, *Liſter*, *Petiver*, *Davila;* in ſinu perſico, *Bonanni.*

CARDIUM UNEDO.

Linn. S. N. Sp. 84. Muſ. L. U. pag. 488.

Germ. Die rothe Erdbeer. *Belg.* Engelshe Aardbey *Gronov.* *Angl.* The white ſtrawberry heart *Huddesford.* *Gall.* La Fraiſe rouge *Argenville.*

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 375.
Lister Hiſt. Conch. tab. 315. f. 151.
Rumph amboin. tab. 44. f. F.
Gualtieri Teſt. tab. 83. f. E.
Regenfus Samml. I. tab. 3. f. 25.
Knorr Vergn. IV. tab. 14. f. 3.
— — — VI. tab. 3. f. 4.
Da Costa Elem. tab. 6. f. 8.

Teſta ſubcordata; Valvæ longitudinaliter ſubangulatæ; Coſtæ intermediæ triginta, planiuſculæ, tectæ ſquamis diſperſis rubris; Margo cardinis anticus antrorſum excurrens; Cardo & dentes, ut in congeneribus; Color albus, rubro maculatus.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in India orientali, *Liſter*; in arena ad littora Amboinæ, *Rumph*; ad Jamaicam, *Davila*.

CARDIUM MAGNUM.

TAB. III. f. 5.

Linn. S. N. Sp. 86. Muſ. L. U. pag. 489.

Germ. Die groſſe Herzmuſchel. *Angl.* The Oxheart *Huddesford*.

Teſta ſubcordata, ventricoſa, ſulcata, coſtis angulatis, poſtice transverſim ſulcatis.

TAB. III. fig. 5.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 321. f. 158.

Teſta cordata; Valvæ longitudinaliter ſulcatæ, coſtis 35. obtuſis, poſticis retrorſum crenatis; Margo dentatus, anticus crenatus; Cardo idem cum congeneribus; Cavitas ſulcata; Color extus ruſus.

Long. 3. poll. 9. lin. lat. 3. poll. 5. lin.

Habitat ad Jamaicam, *Linnæus*.

CARDIUM LEUCOSTOMUM.

TAB. III. f. 6. *Germ.* Das gelbmündige Herz.

Teſta ſubovata, ſulcata, coſtis anticis muricatis, poſticis transverſim crenatis; areola lanceolata.

TAB. III. fig. 6.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 331. f. 168.

Teſta

Teſta ſubovata, craſſa, ſulcis 33 longitudinalibus exarata; Coſtæ compreſſæ angulatæ, quarum anticæ muricatæ, poſticæ vero ſquamulis denſe imbricatæ ſunt, ſulcis intermediis transverſim ſtriatis; Margo crenatus, antice ſerratus; Areola plana lanceolata, qua ab adfinibus differt; Color teſtæ flaveſcens, limbi aurantius

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 11. lin.

Habitat ad Jamaicam, *Liſter.*

CARDIUM FLAVUM.

Linn. S. N. Sp. 87. Muſ. L. U. pag. 490. Tab. III. f. 7.

Germ. Das gelbe Herz.

Teſta ſubovata, longitudinaliter obſolete ſulcata, margine crenato.

TAB. III. f. 7.

Teſta cordata; Valvæ ovato-oblongæ, ventricoſæ, longitudinaliter obtuſe ſulcatæ, antice læves; Apices incurvati ſubcontigui; Margo crenatus; Cardo ab adfinibus non differt; Color e rubro luteus.

Long. 2. poll. 7. lin. lat. 2. poll. 1. lin.

Patria ignota.

CARDIUM LÆVIGATUM.

Linn. S. N. Sp. 88. Muſ. L. U. pag. 490.

Germ. Das glatte Herz. *Belg.* Oranjekleurig Hart. *Angl.* Smooth Cockle *Pennant. Gall.* Cœur couleur d' orange.

Teſta ſubovata glabra, ſtriis longitudinalibus obſoletis.

Gualtieri Teſt. tab. 82. f. A.
Knorr Vergn. II. tab. 20. f. 4.
— — — V. tab. 10. f. 7.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 51. f. 40.

Testa cordata; Valvæ ovato-oblongæ, antice glabræ, postice longitudinaliter obsolete stratæ; Margo posticus crenulatus, anticus integer; Cardo, ut in congeneribus; Color pallide incarnatus, antice roseus, limbo antico flavo.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 7. lin.

Habitat ad littora Angliæ, *Pennant.*

CARDIUM ÆOLICUM.

Germ. Die Ost- und Westmuschel. *Belg.* Ost en West Doublet.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 91.
KNORR Vergn. V. tab. 26. f. 2.
— — — — tab. 27. f. 3.

Testa subovata, umbonata, glabra, longitudinaliter sulcata, postice plicis transversis, complanatis, sursum imbricatis; Margo anticus circa ligamentum lævis; Dentes congenerum; Labia retro apices crassa prominentia; Color albo roseoque varius.

Long. 2. poll. lat. 1. poll. 10. lin.

Habitat in mari indico, *Bonanni*; ad littora Sinensia, *Knorr.*

CARDIUM LATUM.

TAB. III. f. 8. *Germ.* Die breite Herzmuschel. *Belg.* Blaasagtig Hart. *Gall.* Cœur enflé.

Testa lata ovali, longitudinaliter sulcato-striata, utrinque scabra, margine antico serrato.

TAB. III. fig. 8.

KNORR Vergn. VI. tab. 7. f. 6.

Testa lata ovalis, longitudinaliter sulcato-striata; Costæ anticæ posticæque acutæ, muricatæ, mediæ obtusæ læves, interstitiis duplicato-striatis; Umbones tenuissime striati, antrorsum subcarinati; Apices incurvi læves; Dentes characterem generis exhibent; Limbus striatus; Margo anticus acute serratus; Color variat:

α) Testa alba, luteo-maculata,
β) Testa alba, rubro-maculata.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 10. lin.

Patria ignota.

CAR-

CARDIUM PECTINIFORME.

Cardium pectinatum. *Ind. Muſ. Cæſ. Vindob. p.* 37. *G.* 17. Tab. III. f. 9.

Germ. Die kamähnliche Herzmuſchel.

Teſta rotundata complanata, coſtis triangulis, lateralibus muricatis.

TAB. III. fig. 9.

Teſta ſuborbiculata, profunde ſulcata; Coſtæ triangulæ, transverſim crenatæ, quarum extimæ ſquamulis fornicatis ſcabræ ſunt; Margo crenatus, anticus ſerratus; Superficies externa albida, maculis diſperſis fuſcis; Cavitas alba, longitudinaliter ſulcata.

Long. 1. poll. lat. 9. lin.

A Cardio pectinato Linnæi penitus diſtincta.

Patria ignota.

CARDIUM RUSTICUM.

Linn. S. N. Sp. 91.

Germ. Das Hahnenherz. *Belg.* Boerſche Aardbey *Gronov.* *Gall.* Le Coq bigarré.

Teſta ſubcordata, umbonata, antiquata, ſulcis remotis longitudinalibus, transverſim rugoſis.

RONDELET Teſt. pag. 21. cap. 19.
ALDROVANDUS Teſt. pag. 449.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 329. f. 166.
RUMPH amboin. tab. 44. f. K.
GUALTIERI Teſt. tab. 71. f. M.
REGENFUS Samml. I. tab. 8. f. 24.
— — — — tab. 12. f. 77, 78.
KNORR Vergn. VI. tab. 8. f. 3.

Teſta cordata, ventricoſa; Valvæ antiquatæ longitudinaliter ſulcatæ, ſulcis transverſe ſtriatis, coſtis 22. craſſis æqualibus; Margo obtuſe dentatus; Cardo congenerum; Color

α) Albus, faſciis ferrugineis,

β) Niveus.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 2. poll. 3. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus, Davila, Liſter*; in indico, *Rumph.*

MACTRA.


Linn. Syſt. Nat. Gen. 307.

Germ. Die Korbmuſchel. *Belg.* Korfdoublet *Statius Müller.* *Angl.* Mactra *Pennant.* *Dan* Trugſkiället *Brunnich.*

Bivalvia, ad quorum cardinem dens medius complicatus eſt, cum adjecta faveola, laterales vero dentes remoti & inſerti, e reliquis Teſtaceorum generibus avellere oportet, ſi dentium ſtructuram in ordinandis concharum generibus conſulimus. Hinc Linnæus ejusmodi teſtas diſtinxit, & ſub Mactræ nomine inter genera Syſtematis ſui conchyliologici recepit. Sunt hæ conchæ polymorphæ, ſubtriangulæ, inæquilateræ, læves, &, ut vel e nomine patet [(a)], latiores, quam longæ.

De mollusco Mactras inhabitante altum apud Authores ſilentium, cum facilius vacuas teſtas inanis curioſitas legat, quam incolarum examini incumbat. Perſpicuum inde: impoſſibilem eſſe hactenus Teſtaceorum ab inquilinis deſumtam diſtributionem. Innuit Linnæus animal Tethydibus adnumerandum eſſe, quod ex obſcura quamvis Rumphii [(b)] deſcriptione Myæ lutrariæ ſuſpicari videtur, qui & teſtas has in arena latere, eamque aquæ hauriendæ cauſſa perforare narrat.

(a) Mactram idem exprimere ac καρδοπον, id eſt: arcam panariam, teſtis eſt Aulus Gellius Noct. attic. cap. 13. l. 14.
(b) Rumph amboiniſche Raritätenkammer S. 143.



MA-

MACTRA SPRENGLERI.

Linn. S. N. Sp. 94.

Germ. Die Sprenglerische Korbmuschel. *Gall.* Came coupée *Davila.*

Testa cordato-triangulari, lævi, area complanata, utrinque carinata.

GUALTIERI Test. tab. 85. f. F.
KNORR Vergn. VI. tab. 34. f. 1.

Testa subtriangula, subpellucida, lævis, antice complanata, latere utroque & limbo postico acute carinatis; Apices recurvi; Cardinis dens medius complicatus cum adjecta foveola, lateralis utrinque elongatus, complanatus, insertus valvæ oppositæ; Color niveus.

Long. 4. poll. lat. 2. poll. 8. lin.

Figura & descriptio Gualtierii iconem supra citatam Donacem scortum non esse abunde probant, quo tamen eandem retulit Cl. Linnæus.

Habitat in mari indico, *Davila*; ad caput bonæ Spei, *Linnæus*.

MACTRA GLAUCA.

TAB. III. f. 10, 11.

Germ. Die fahle Korbmuschel.

Testa subovata, umbonata, apicibus lævissimis, lateribus undique striatis.

TAB. III. f. 10, 11.

Testa subovata, tenuis, convexa; Apices glabri; Area areolaque indistincta, tenuiter striata; Dens valvæ solitariæ primarius complicatus, laterales elongati; Color sordide albidus.

Long. 3. poll. lat. 4. poll. 4. lin.

Valva solitaria.

Patria ignota.

DONAX.

Linn. Syst. Nat. Gen. 308.

Germ. Die Stumpfmuschel. *Belg.* Driehoek-doublet *Statius Müller.* *Angl.* Wedge Shell *Huddesford.* *Gall.* Came tronquée *Davila.* *Dan.* Kileskiællet *Brunnich.*


Recensitum jam a Plinio [(a)] inter aquatilia Donacis nomen Linnæus Testaceorum generi reddidit, ad cujus cardinem locati sunt dentes duo inserti, cum dente ad marginem posticum solitario, subremoto. Præter diagnosim hanc testæ hæ fere omnes triangulares, inæquilateræ, complanatæ, antice truncatæ, cunei formam æmulantur, superficie aut muricata, scabra, rugosa, aut striata vel lævi, colore vario.

Adansonii [(b)] solertiæ historiam incolæ hujus conchæ debemus, indeque novimus eundem penitus esse, quem Cardiorum testas inhabitare suo loco diximus: Molluscum tracheis duabus, brevibus, inæqualibus, distinctis, pedeque falciformi instructum. Mirum profecto, idem aut simillimum animal domunculas facie, fabrica, colore adeo diversas struere; Ænigma Oedipo dignum! ad quod extricandum Observatorum oculatissimos provocamus.

Nidulantur Donaces paullo infra arenam littoris marini, unde, recedente maris æstu, a piscatoribus, qui carnem appetunt, extrahuntur; Tunc mollusca hæc elastico pedis motu ex arena prosilire, & salutem pro viribus in fuga quærere vidit Adansonius.

(a) Plinii Hist. nat. lib. 32. cap. ult.

(b) Adans. Hist. natur. du Seneg. pag. 235. tab. 18. f. 1.



DO-

DONAX SCORTUM.

Linn. S. N. Sp. 101. Muf. L. U. pag. 493. TAB. IV. f. 1.

Germ. Das Dreyeck. *Gall.* Came coupée en bec de flute *Davila.* *Angl.* The violet and white Chama *Hill.*

Tefta cordato-triangulari, area explanata lævi, utrinque carinata, ftriis transverfis alternatim excurrentibus.

TAB. IV. fig. 1.

LISTER Hift. Conch. tab. 377. f. 220.
PETIVER Gazoph. I. tab. 19. f. 11.
ARGENVILLE Conch. tab. 21. f. L.
HILL Hift. of anim. tab. 9.
MÜLLER Linn. Naturfyft. VI. 1. B. tab. 11. f. 5.

Tefta cordato-triangula, antice plana, poftice rotundata; Valvæ transverfim ftriatæ lineis elevatis, quarum altera aut tertia poftice in membranam explanatam, elevatam, crenulatam excurrit, ftriis longitudinalibus tenuiffimis transverfas has lineas decuffantibus; Latus anticum planum, læve, diftinctum angulo recto, extrorfum fquamofo, pofticum ellipticum, læve; Apices incurvi læves; Ligamentum breve; Cardinis dentes primores duo, foffula diftincti, laterales remoti, foffula pariter interjecta; Color extus albus, apicibus nec non fundo cavitatis violaceis.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 2. poll. 8. lin.

Habitat in America, *Linnæus*; in India orientali, *Davila.*

DONAX PUBESCENS.

Linn. S. N. Sp. 103. Muf. L. U. pag. 493. TAB. IV. f. 2.

Germ. Die ftachlichte Stumpfmufchel.

Tefta cordato-triangulari, decuffatim ftriata, area explanata utrinque carinata, fpinis canaliculatis armata.

TAB. IV. fig. 2.

Teſta cordato-triangula, antice plana; Valvæ decuſſatim ſtriatæ, ſtriis longitudinalibus tenuibus, transverſis vero poſtice elevatis, explanatis, crenulatis, antice ad angulum rectum membranaceis, concavis, ſpiniformibus; Latus anticum planum, decuſſatim ſtriatum, poſticum læve glabrum; Apices incurvi; Cardo & dentes, ut in præcedenti; Color extus niveus, cavitatis rubellus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 2. poll.

Habitat in oceano indico, *Linnæus.*

DONAX TRUNCULUS.

Tab. IV. f. 3, 4.

Linn. S. N. Sp. 105. Muſ. L. U. pag. 454.

Germ. Das Stümpfchen. *Belg.* Stomp Zaagertje *Gronov.* *Angl.* Yelow Donax *Pennant.* *Gall.* Came tronquée radiée.

Teſta cuneiformi, antice oblique truncata, lævi, limbo crenato.

TAB. IV. f. 3, 4.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 47.
Lister Hiſt. Conch. tab. 376. f. 217.
— — angl. tab. 5. f. 37.
Gualtieri Teſt. tab. 88. f. O.
Argenville Conch. tab. 22. f. L.
Adanson Seneg. tab. 18. f. 1.
Klein Meth. oſtrac. tab. 11. f. 61.
Knorr Vergn. I. tab. 7. f. 7.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 22. f. L.

Teſta complanata, transverſim elongata, antice oblique obtuſa; Valvæ triangulæ inæquilaterales, longitudinaliter tenuiſſime ſtriatæ; Margines acute crenati; Latus anticum læve, poſticum prope ſuturam canaliculatum;

Apices

Apices breves incurvi; Cardinis dens in altera valva ſimplex apice bifido, in altera duplex, acutus, laterales nulli; Color extus pallide griſeus, intus violaceus.

Long. 7. lin. lat. 1. poll.

Incolæ hujus teſtæ ampliorem hiſtoriam vide apud Adanſonium (a).

Habitat in oceano europæo, *Linnæus*; in littore Antii, *Bonanni*; in mari ſuecico, *Linnæus*; anglico, *Liſter*, *Pennant*; danico, *Otto Müller*; in Indiis, *Davila*; ad Senegalliam, *Adanſon*.

(a) Adanſon Hiſt. naturel. du Senegal pag. 241.

DONAX DENTICULATA.

Linn. S. N. Sp. 107.

Germ. Die Säge. *Belg.* Zaagertje. *Gall.* La Scie *Davila*. *Angl.* Purple Donax *Pennant*.

Teſta cuneiformi, ſtriata, antice obtuſiſſima, transverſe rugoſa, limbo denticulato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 3. f. 219.
PETIVER Gazoph. I. tab. 18. f. 4.
SEBA Theſ. III. tab. 86. f. 10.
KNORR Vergn. II. tab. 23. f. 4.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 55. f. 46.

Teſta transverſim elongata, antice truncata; Valvæ triangulæ, inæquilateræ, longitudinaliter ſtriatæ; Latus anticum complanatum, prope ſuturam transverſim ſtriatum, diſtinctum angulo ſeu carina externa; Margines acute crenulati; Dens cardinis duplex, lateralis utrinque elongatus, foſſula diſtinctus; Color albus, radiis latis violaceis.

Long. 7. lin. lat. 11. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; anglico, *Pennant*; in India occidentali, *Knorr*.

DONAX CUNEATA.

Linn. S. N. Sp. 108. Muſ. L. U. pag. 495.

Germ. Der Keil.

Teſta cuneiformi, compreſſa, lævi, antice rugoſa, margine integerrimo.

KNORR Vergn. VI. tab. 7. f. 3.

Teſta transverſim elongata, complanata; Valvæ triangulæ læves, latere antico truncato, obtuſo, transverſim ruguloſo; Margo integerrimus; Dens primarius valvæ alterius ſimplex obtuſus, alterius duplex, laterales obſoleti; Color teſtæ griſeus, radiis obſoletis e nigro violaceis, cavitatis albidus, radiis latis violaceis.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 7. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*.

VENUS.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 309.

Germ. Die Venusmuſchel. *Belg.* Kousdoublet *Statius Müller.* *Angl.* Venus Shell *Pennant.* *Gall.* Conque de Venus *Davila.* *Dan.* Venusſkiället *Brunnich.*

Veneri aphroditi, quam e ſpuma maris natam finxerunt mythologi, Teſtaceum quoddam nuncupare, nullus omnium Naturæ ſcrutatorum, qui de marinis egerunt, neglexit. Officii ſui conſcius Linnæus Veneri eas conchas dicavit, quarum cardinem dentes tres approximati, mutuo ſeſe in quavis valva excipientes, & laterales, apice divergentes, conſtituunt; Ad cardinis ſub apicibus valvarum, ligamento nexarum, latentis anticum latus area, ad poſticum areola, varium in modum formata, nonnunquam nulla, conſpicitur. Habitus teſtæ diverſum in modum variat. Huic diſcrimini figuræ inſiſtentes totum Veneris genus in quatuor familias diſpeſcimus. Sunt hæ:

I. Sub-


I. Subcordatæ, antice muricatæ,
II. Subcordatæ, antice inermes.
III. Orbiculatæ,
IV. Latæ, antice angulatæ.

Superficies lævis, in plerisque transverſim ſtriata, aut ſulcata, variis coloribus pingitur, quos in ſingulis ſpeciebus indicamus.

Animal definit Cl. Otto Müller [a] molluſcum eſſe: ſiphone duplici cirrhato, pedeque laminæformi, cujus iconem exhibet in zoologia Daniæ [b]. Nec in contrarium quid adfert Adanſonius [c], qui inquilinam hujusmodi teſtarum, pallio membranaceo bilobo tectum, tracheas duas carnoſas, cylindricas, verſus medium membrana criſtata conjunctas, ad extremitatem cirrhatas, exſerere, & ab eo, qui Cardia & Donaces incolit, nonniſi pede, quem lunatum dicit, differre narrat.

Latitant Veneres in arena, tracheis verſus aquam, quam alternatim attrahunt & rejiciunt, porrectis.

(a) Müller Prodr. Zool. Dan. prœm. pag. 30.
(b) Zool. Dan. Faſc. I. tab. 28.
(c) Adanſon Hiſt. nat. du Senegal pag. 220.



I. SUBCORDATÆ, ANTICE MURICATÆ.

VENUS DIONE.

Linn. S. N. Sp. 112. Muf. L. U. pag. 497.

Germ. Die ächte Venusmuschel. *Belg.* Venus-kous *Gronov.* *Angl.* Prickly mouthed true Venus *Huddesford.* *Gall.* Conque de Venus à pointes *Davila.*

Teſta ſubcordata, cingulis elevatis membranaceis, area utrinque ſpinoſa.

Bonanni Muſ. Kirch. Cl. 2. f. 121.
Lister Hiſt. Conch. tab. 307. f. 140.
Rumph amboin. tab. 48. f. 4.
Petiver Gazoph. I. tab. 31. f. 9.
Gualtieri Teſt. tab. 76. f. D.
Argenville Conch. tab. 21. f. I.
Hill Hiſt. of anim. tab. 9.
Knorr Vergn. I. tab. 4. f. 3, 4.
— — Delic. nat. I. tab. B. V. f. 9.
Murray Fund. Teſt. tab. 2. f. 16, 17.
Müller Linn. Naturſyſt. VI. I. B. tab. 11. f. 6.

Teſta cordata; Valvæ umbonatæ, cingulis elevatis, transverſis, membranaceis circumdatæ; Latus anticum convexum, oblique ſtriatum, utrinque armatum ſpinis elongatis canaliculatis, ex altero quovis cingulo transverſo prodeuntibus; Labrum extra ligamentum utrinque elevatum, altero minore; Inter hoc labrum & ſpinas elongatas, linea longitudinalis alba eſt, ſuperius armata ſpinulis quinque acutis brevibus remotis; Ligamentum tegens labia interna linearia; Area lanceolata hians; Areola in latere poſtico retro apices recurvos ovata, lævis; Dentes cardinis valvæ alterius tres, medio compreſſo, oppoſitæ duo approximati compreſſi, inter foſſulas duas laterales obtuſi; Color extus incarnatus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in oceano Americæ, *Linnæus, Davila.*

VENUS PAPHIA.

Linn. S. N. Sp. 113.

Germ. Das alte Weib. *Belg.* Gerimpelde oude Wyfsſchulp *Rumph.* *Angl.* The old Woman *Huddesford.* *Gall.* La vielle ridée *Argenville.*

Teſta

Testa subcordata, cingulis crassis, antice attenuatis.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 75.
LISTER Hist. Conch. tab. 279. f. 116.
RUMPH amboin. tab. 48. f. 5.
GUALTIERI Test. tab. 85. f. A.
ARGENVILLE Conch. tab. 21. f. B.
REGENFUS Samml. I. tab. 7. f. 11.
HILL Hist. of anim. tab. 9.
KNORR Vergn. II. tab. 28. f. 2.
— — — VI. tab. 6. f. 2.

Testa cordata crassa; Valvæ cingulis transversis crassis, antice attenuatis, circumdatæ; Area introrsum declivis; Areola ovato-vestigiata; Dentes cardinis tres, conniventes, medio crassiore; Color albus, maculis dispersis fuscis.

Long. 11. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in mari lusitanico, *Linnæus*, *Bonanni*; in oceano Americæ, *Davila*; ad littora Guineæ, *Regenfus*.

VENUS MARICA.

Linn. S. N. Sp. 115. Mus. L. U. pag. 498. TAB. IV. f. 5, 6.

Germ. Die Bastard Venus. *Belg.* De gestreepte Kous-doublet.

Testa rotundata, decussata striis elevatis lamellosis, areola carinata, circumscripta.

TAB. IV. fig. 5, 6.

Testa rotundato-orbiculata, valvis longitudinaliter sulcatis, transversim decussatis; Area lanceolata; Areola ovata, carinata, obsolete vestigiata; Apices læves; Limbus tenuissime crenulatus; Dentes, ut in congeneribus; Color albus, maculis angulatis nigrescentibus, cavitatis antice & prope cardinem violaceus.

Long. 10. lin. lat. 9. lin.

Habitat in oceano americano, *Linnæus*.

VENUS DYSERA.

Linn. S. N. Sp. 115. Muſ. L. U. pag. 498.

Germ. Die Dünnribbe. *Belg.* Geplooide oude Wyf *Gronov.* *Gall.* La Levantine *Davila.*

Teſta ſubcordata, cingulis remotis membranaceis, limbo crenulato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 278. f. 115.
PETIVER Gazoph. I. tab. 24. f. 5.
ARGENVILLE Conch. tab. 25. f. K.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 10. f. 48, 49.
KNORR Vergn. II. tab. 28. f. 3.

Teſta cordata; Valvæ longitudinaliter anguſte ſtriatæ, cingulis tredecim transverſis, elevatis, remotis, crenulatis; Area introrſum declivis; Areola cordata, carinata, obſolete veſtigiata; Limbus crenulatus; Cardo præcedentium; Color griſeus, maculis diſperſis fuſcis.

Long. 11. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in oceano Americæ, *Petiver*; Aſiæ, *Linnæus.*

II. SUBCORDATÆ, ANTICE INERMES.

VENUS VERRUCOSA.

Tab. IV. f. 7. Linn. S. N. Sp. 116.

Germ. Die warzige Venusmuſchel. *Belg.* Wratige oude Wyf *Gronov.* *Gall.* La Cloniſſe *Davila.*

Teſta ſubcordata, umbonata, cingulis arctis membranaceis verrucoſis, limbo crenulato.

TAB. IV. fig. 7.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 284. f. 122.
GUALTIERI Teſt. tab. 75. f. H.

Teſta cordata, ſolida; Valvæ umbonatæ, cingulis elevatis, imbricatis, ternis quaternisve approximatis, extrorſum nodulofis; Area ſinuata; Areo-

Areola impreſſa cordata; Cardo ſimilis congeneribus; Limbus crenulatus; Color griſeus, aut albidus.

Long. 2. poll. lat. 2. poll. 6. lin.

Adanſonii tab. 16. f. 1. male exprimit Venerem verrucoſam, deſcriptio [a] autem, quæ fuſius de animali agit, omnino convenit.

Habitat in oceano Europæ auſtralis, *Linnæus*; in mari mediterraneo, *Davila*; ad Senegalliam, *Adanſon*.

(a) Adanſon l. c. pag. 218.

VENUS CIRCINATA.

Tab. IV. f. 8.

Germ. Die gereifte Venus.

Teſta ſubcordata, membranis transverſis arctis, areola impreſſa ovata, limbo integro.

TAB. IV. fig. 8.

Teſta habitu Veneris Dionis, ſubcordata, umbonata, membranis transverſis elevatis imbricatis arctis cincta; Sinus utrinque labiatus, labiis inæqualibus; Areola cordata impreſſa; Limbus integerrimus; Color pallide roſeus, radiis obſoletis albis.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Patria ignota.

VENUS CANCELLATA.

Linn. S. N. Sp. 118.

Tab. IV. f. 9.

Germ. Die breitblätterige Venusmuſchel.

Teſta ſubcordata, complanata, cingulis erectis, membranaceis, remotis, antice elongatis, patentibus, limbo crenulato.

TAB. IV. fig. 9.

GUALTIERI Teſt. tab. 88. f. D.

Testa cordata; Valvæ complanatæ, cingulis elevatis, membranaceis remotis, quæ antice in spinas obtusas elongatas & canaliculatas abeunt; Area sinuata lævis; Areola cordata impressa; Limbus tenuiter crenulatus; Color extus roseus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus;* americano, *Davila.*

VENUS SINUATA.

Germ. Die ausgekehlte Venusmuschel.

Testa subcordata, transversim inæqualiter sulcata, sinu antico lato, declivi, limbo crenulato.

LISTER Hist. Conch. tab. 295. f. 131.
KNORR Vergn. V. tab. 14. f. 2, 5.

Testa subcordata complanata glabra, sulcis transversis inæqualibus; Area lata introrsum declivis; Areola impressa cordata; Limbus crenulatus; Color griseus, punctis maculisque rubicundis, macula cavitatis antice cærulea.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 2. lin.

Distinquenda a Venere sinuosa Pennanti, Brit. Zool. Cl. V. tab. 55. f. 51.

Planta marina fasciculatim adnata est testæ, velut in specimine a Knorrio l. c. depicto.

Habitat in mari adriatico, *Knorr.*

VENUS FLEXUOSA.

TAB. IV. f. 10. Linn. S. N. Sp. 121.

Germ. Die schiefe Venusmuschel.

Testa cordato-triangula, transversim sulcata, area sinuosa, utrinque carinata, areola plana.

TAB. IV. fig. 10.

RUMPH amboin. tab. 43. f. O.

Testa

Teſta cordato-triangula; Valvæ transverſim ſulcatæ, ſulcis longitudinaliter ſtriatis; Area ſinuoſa oblique ſulcata, utrinque obtuſe carinata; Margo exterior crenatus; Color teſtæ albus, apicum luteus, areæ areolæque fuſcus.

Long. 11. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

VENUS BUCARDIUM.

Germ. Das unächte Ochſenherz. Tab. IV. f. 11.

Teſta cordata, ſolida, lævi, areolæ crenulatæ veſtigio indiſtincto, limbo integro.

TAB. IV. fig. 11.

Teſta cordata ſolida, antice convexa, ſupra verſus apices obſolete carinata, retro concava; Valvæ umbonatæ, transverſim obſolete ſtriatæ; Apices recurvati contigui; Areolæ veſtigio nec intruſo nec circumſcripto; Dentes congeneribus ſimiles, craſſi; Color pallide rubens.

Long. 3. poll. 2. lin. lat. 3. poll. 8. lin.

Patria ignota.

VENUS CHIONE.

Linn. S. N. Sp. 125. Muſ. L. U. pag. 500.

Germ. Die Spielmuſchel. *Belg.* Bruine Zonneſtraal *Gronov.* *Gall.* Câme marquée de Verges.

Teſta cordata glabra, transverſim obſolete ſulcata, pallide radiata, areola plana.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 65.
RUMPH amboin. tab. 42. f. G.
GUALTIERI Teſt. tab. 86. f. A.
REGENFUS Samml. I. tab. 8. f. 17.
KNORR Vergn. VI. tab. 4. f. 1.

Testa cordato-ovata, planiuscula, antice convexa; Valvæ umbonatæ, transversim obsolete striatæ, læves; Areola ovato-oblonga, impressa; Dentes duo medii approximati, laterales duo divaricati; Margo glaber; Color e fusco ruber, radiis pallidis.

Long. 2. poll. 9. lin. lat. 3. poll. 4. lin.

Argenvillii fig. C. tab. 21. dubia.

Testas singulas ad littora amboinensia Astaco minuto custodiri, testis est Rumphius [a].

Habitat in oceano asiatico, *Linnæus*; in India orientali, *Regensus*; ad Amboinam, *Rumph*; in mari mediterraneo, *Davila*, *Bomani*.

(a) Rumph amboinische Raritätenkammer S. 126.

VENUS MACULATA.

Linn. S. N. Sp. 126. Muf. L. U. pag. 500.

Germ. Die Achatmuschel. *Belg.* Gestraalde Tyger *Gronov.* *Angl.* The Agate Chama *Hill.* *Gall.* Came truitée, *Davila.*

Testa cordata, glabra, maculis dispersis inæqualibus, areola carinata, circumscripta.

LISTER Hist. Conch. tab. 570. f. 106.
GUALTIERI Test. tab. 86. f. I.
ARGENVILLE Conch. tab. 21. f. H.
ADANSON Seneg. tab. 17. f. 15.
REGENFUS Samml. I. tab. 8. f. 16.
HILL Hist. of anim. tab. 9.
KNORR Vergn. II. tab. 28. f. 5.
— — — V. tab. 20. f. 4.

Testa cordato-ovata, antice convexa; Valvæ umbonatæ læves; Areola circumscripta, prope suturam carinata; Apices recurvi transversim striati; Dentes similes præcedenti; Color pallide luteus, aut albidus, maculis dispersis luteo rubicundis.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 2. poll. 6. lin.

Habitat in oceano americano & africano, *Linnæus*; ad Jamaicam, *Lister*; ad Brasiliam, *Davila*; ad Senegalliam, *Adanson*; ad littora Guineæ, *Regensus*.

VE-

VENUS MERETRIX.

Linn. S. N. Sp. 127. Muſ. L. U. pag. 501.

Germ. Die Braunlippe. *Belg.* Bruin - lip *Gronov.* *Angl.* The ſmooth egd truncated Chama *Hill.* *Gall.* La Gourgandine *Argenville.*

Teſta cordata lævi, antice complanata, fuſca, labris hiantibus.

Argenville Conch. tab. 21. f. F.
Hill Hiſt. of anim. tab. 9.
Knorr Vergn. VI. tab. 6. f. 3.

Teſta cordato - triangula, glabra, antice planiuſcula, poſtice ſubcarinata, veſtigio nullo; Valvæ umbonatæ, glaberrimæ; Rima hians extra ligamentum; Dentes congenerum; Color teſtæ albus, maculis griſeis, lateris antici griſeo - plumbeus.

Habitat in mari indico, *Linnæus*, *Davila*, *Knorr.*

VENUS MACTROIDES.

Germ. Die Korbvenus. *Belg.* Geſtraalde Kwaker. *Gall.* Quacre rayoné.

Teſta triangula, umbonata, lævi, utrinque complanata, cardinis dente laterali remoto.

Lister Hiſt. Conch. tab. 251. f. 85.
Knorr Vergn. V. tab. 15. f. 2.
— — — VI. tab. 10. f. 5.

Teſta ſimilis Mactræ ſtultorum, triangula, ſubæquilatera, lævis, transverſim tenuiſſime ſtriata, utrinque prope apices complanata; Apices incurvi; Dentes primores tres, ſtructura congenerum, quibus accedit poſtice lateralis remotus; Color teſtæ fulvus radiis albis, apicum violaceus.

Long. 11. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Patria ignota.

VENUS PARADOXA.

Tab. IV. f. 12, 13. *Germ.* Die blaustreifige Aftervenus.

Testa triangula, solida, utrinque complanata, labris prominentibus.

TAB. IV. fig. 12, 13.

Testa ponderosa, triangula, lævis, utrinque complanata; Labra porrecta crassa; Dentes cardinis primarii duo, lateralis utrinque unus, brevis, solidus; Color testæ albus, lateribus, radiisque latis, violaceis.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 3. poll. 4. lin.

Valva solitaria.

Patria ignota.

VENUS CASTRENSIS.

Linn. S. N. Sp. 129. Muf. L. U. pag. 501.

Germ. Die Lagermuschel. *Belg.* De grickische A Doublet *Rumph.* *Angl.* The zizag Chama *Hill.* *Gall.* L'ecriture grecque.

Testa triangulo-rotundata, umbonata, glabra, characteribus angulatis picta, areola circumscripta.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 376.
Lister Hist. Conch. tab. 287. f. 123.
Rumph amboin. tab. 42. f. K.
Gualtieri Test. tab. 82. f. H.
Regenfus Samml. I. tab. 1. f. 3. tab. 4. f. 41.
Hill Hist. of anim. tab. 9.
Knorr Vergn. I. tab. 21. f. 5.
— — — II. tab. 20. f. 2.
— — — VI. tab. .6 f. 5, 6.

Testa triangulo-rotundata, crassa; Valvæ umbonatæ, transversim tenuiter striatæ; Area sinuata; Areola circumscripta elliptica; Dentes congenerum; Color albus, picturis angulatis deorsum dentatis, purpurascentibus.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus*, *Bonanni*, *Knorr*; ad Amboinam, *Rumph.*

VE-

VENUS MEROE.

Linn. S. N. Sp. 131. Muſ. L. U. pag. 502.

Germ. Die weitlippige Venusmuſchel. *Belg.* Xoulaneeſche Letter-doublet. *Gall.* Le zig-zag *Davila.*

Teſta lata ſubovata compreſſa, transverſim ſtriata, ſinu antico dilatato hiante, limbo crenato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 378. f. 221.
ARGENVILLE Suppl. tab. 3. f. B.
KNORR Vergn. VI. tab. 7. f. 2. 4.

Teſta ovata, transverſim elongata; Valvæ ſulcis parallelis remotis transverſim exaratæ; Area profunde & late ſinuata, rima hiante; Areola longitudinalis lanceolata, canaliculata; Apices breves acuti incurvi; Margo crenatus; Color albus, lineis craſſioribus angulatis purpuraſcentibus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in oceano auſtraliori, *Linnæus*; in India orientali, *Liſter*; ad littora Braſiliæ, *Davila*; in mari mediterraneo, *Knorr*.

VENUS UNDULATA.

Germ. Die wellenförmige Venus.

Teſta ovali lata, ſtriis transverſis undulatis, planis utrinque lanceolatis.

KNORR Vergn. II. tab. 28. f. 4.

Teſta ovalis, lata, glabra, ſtriis transverſis undulatis, ad apices utrinque longitudinaliter complanata; Area & areola lanceolata; Dentes cardinis duo bifidi, tertius indiviſus; Color albus, venis angulatis fuſcis, planorum venis transverſis, undulatis, rubro-purpureis.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 11. lin.

A Venere undata Pennanti Brit. Zool. Cl. V. tab. 55. f. 51. diſtincta.

Patria ignota.

VENUS CALLIPYGA.

Tab. V. f. 1.

Germ. Die weißbackige Venus.

Testa ovata latiuscula, transversim inæqualiter striata, lineis picta angulatis, areola ovali.

TAB. V. f. 1.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 62.

Testa ovata latiuscula, parumper complanata, striis transversis inæqualibus; Areola ovalis, impressa, striata; Color testæ lutescens, pictus characteribus angulatis fuscis, umbonum niveus.

Long. 10. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Ad littus ulyssiponense, *Bonanni.*

VENUS DEFLORATA.

Tab. V. f. 2. 3.

Linn. S. N. Sp. 132.

Germ. Die Blaulippe. *Belg.* Fading Venus *Pennant.*

Testa lata, umbonata, ovali, longitudinaliter rugosa, limbo antico intus violaceo.

TAB. V. fig. 2, 3.

Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 57. f. 54.

Testa ovata, transversim elongata, ventricosa; Valvæ umbonatæ longitudinaliter striatæ, striis undulatis, densis; Area convexa; Areola obsolete vestigiata, elliptica; Dens cujusvis testæ primarius simplex, apice crasso bifido, scrobiculo interjecto, lateralis unus, marginalis elongatus; Color testæ albus aut griseus, maculis undatis fuscis, limbi ad cardinem violaceus.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

Habitat in oceano europæo, *Linnæus;* ad littora Angliæ, *Pennant.*

VE-

VENUS FIMBRIATA.

Linn. S. N. Sp. 133. Muf. L. U. pag. 502. TAB. V. f. 4.

Germ. Die Wafelmuſchel. *Belg.* Wafelyſer *Rumph.* *Angl.* Cancellated Venus *Huddesford.* *Gall.* La Tricotée *Davila.*

Teſta lata, umbonata, ovali, longitudinaliter ſtriata, transverſim ſulcata, margine crenato.

TAB. V. fig. 4.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 335. f. 172.
RUMPH amboin. tab. 43. f. F.
PETIVER amboin. tab. 18. f. 8.
ARGENVILLE Conch. tab. 21. f. G.
GUALTIERI Teſt. tab. 75. f. C.

Teſta ovata, transverſim elongata, craſſa; Valvæ cingulis transverſis elevatis, craſſis, ſurſum imbricatis cinctæ, quæ ſulcis intermediis longitudinaliter ſtriatis decuſſantur; Rima lanceolata hians; Areola ovato-lanceolata, veſtigiata, circumſcripta; Margo undique introrſum denticulatus; Dens primarius ſimplex, cum foſſa ad utrumque latus, lateralis obtuſus, poſticus remotior; Color luteſcens.

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 3. poll. 1. lin.

Habitat in oceano Indiæ orientalis, *Linnæus*, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Bengalam, *Liſter*.

VENUS RETICULATA.

Linn. S. N. Sp. 134. Muf. L. U. pag. 503.

Germ. Die Gittervenus. *Gall.* Le Rezeau blanc *Davila.*

Teſta ſubcordata, umbonata, longitudinaliter ſtriata, cingulis elevatis membranaceis, limbo crenulato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 336. f. 173.
GUALTIERI Teſt. tab. 77. f. A.
ADANSON Seneg. tab. 17. f. 3.

ARGENVILLE Conch. tab. 23. f. F.
KLEIN Meth. ostrac. tab. 10. f. 25.
KNORR Vergn. VI. tab. 10. f. 1.

Testa rotundata crassa, antice extra ligamentum plica longitudinali marginata; Valvæ cingulis elevatis, membranaceis, erectis & remotis circumdatæ, quorum interstitia plana longitudinaliter striata sunt, striis elevatis parallelis æqualibus; Rima hians; Areola elliptica, circumscripta, carinata; Limbus crenulatus; Dentes approximati, posticus complanatus simplex, anticus & medius bifidus; Color fuscus, cavitate prope limbum externum macula violacea notata.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 11. lin.

Kleinii figura citata majori jure huc collocatur, quam ad V. fimbriatam. Bonanni f. 69. Cl. 2., quæ a Linnæo pro Venere reticulata habetur, penitus discrepat.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; in indico, *Knorr*; ad littora Senegalliæ, *Adanson*; ad insulam St. Dominici, *Davila*.

III. ORBICULATÆ, ANTICE INERMES.

VENUS TIGERINA.

Linn. S. N. Sp. 136. & 141. Mus. L. U. pag. 503.

Germ. Die Tiegerzunge. *Belg.* Venus Labaar *Gronov.* *Angl.* Cheker grained Cockle *Petiver.*

Testa orbiculata, decussatim striata, areola impressa, cordata.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 69.
LISTER Hist. Conch. tab. 337. f. 174.
RUMPH amboin. tab. 43. f. H.
PETIVER amboin. tab. 18. f. 9.
KNORR Vergn. IV. tab. 2. f. 1.
— — — VI. tab. 37. f. 2.

Testa orbiculata; Valvæ planiusculæ, longitudinaliter radiatim sulcatæ, superficie e striis transversis reticulata; Area convexa, clausa; Areola cordata, profunde vestigiata; Apices recurvi læves; Dentes convergentes, solidi, simplices; Color testæ albus, cavitatis ad limbum anticum & posticum roseus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 3. poll. 1. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus*; ad Jamaicam, *Lister*; ad Amboinam, *Rumph.*

VE-

VENUS CONCENTRICA.

Germ. Die Gürtelvenus. *Angl.* The girtled Heart Cockle *Petiver.* Tab. V. f. 5.

Testa orbiculata lævi, sulcis transversis concentricis, areola impressa, cordata.

TAB. V. fig. 5.

Lister Hist. Conch. tab. 261. f. 97. tab. 288. f. 124.
Petiver Gazoph. I. tab. 93. f. 15, 18.

Testa orbicularis, solida, lævis, sulcis transversis concentricis; Apices breves, recurvi; Areola cordiformis impressa; Limbus integerrimus; Color totius testæ niveus.

Long. 3. poll. 1. lin. lat. 3. poll. 6. lin.

Habitat ad insulam Mauritii & Jamaicam, *Lister.*

VENUS PROSTRATA.

Linn. S. N. Sp. 137. Mus. L. U. pag. 504. Tab. V. f. 6.

Germ. Die Zirkelscheibe.

Testa orbiculata, transversim striata, antice membranaceo-scabra, areola ovata, impressa.

TAB. V. f. 6.

Testa orbiculata, antice membranis marginalibus scabra; Valvæ planæ, striis transversis parallelis densis cinctæ; Rima hians; Areola ovata, vestigiata; Apices læviusculi; Dentes præcedentis; Color testæ e fusco luteus, apicum albus.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 11. lin.

Habitat ad Tranquebar oceani indici, *Linnæus.*

VENUS RIVULARIS.

Tab. V. f. 7. *Germ.* Die aderige Venus.

Testa orbiculata, transversim striata, valvis complanatis, rugosis, areola plana.

TAB. V. fig. 7.

Testa orbiculata gibba, transversim striata; Valvae complanatae, rugis bifariam divergentibus obsitae; Areola plana, laevis, ovato-lanceolata; Dentes congenerum; Color testae pallide luteus, areolae fuscus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Patria ignota.

VENUS PENSYLVANICA.

Tab. V. f. 8. Linn. S. N. Sp. 138. Mus. L. U. pag. 504.

Germ. Der Abrikosen Stein. *Gall.* La Jamaique *Argenville.*

Testa rotundata umbonata, membranis elevatis, transversis, antice sulco longitudinali arcuato utrinque notata, areola impressa cordata.

TAB. V. fig. 8.

Lister Hist. Conch. tab. 305. f. 138.
Argenville Conch. tab. 21. f. N.

Testa rotundata, umbonata, antice compressa, margine altero replicato; Valvae ventricosae, membranis elevatis transversis parallelis deciduis cinctae, antice utrinque sulco arcuato notatae; Areola magna, cordiformis, vestigiata; Apices recurvati; Dens medius duplex, lateralis crassus, anticus remotus; Color niveus, membranis fucescentibus.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in America, *Davila;* in America septentrionali, *Linnaeus;* ad Jamaicam, *Argenville;* ad Barbados, *Lister.*

VE-

Venus incrustata.

Linn. S. N. Sp. 139. Muf. L. U. pag. 505.

Germ. Die punktirte Lagervenus. *Belg.* De turckifche Leger *Rumph.* *Angl.* The turkifche Camp. *Gall.* Le Campement turque.

Tefta rotundata, fcabra, ftriis convergentibus excavato-punctatis, areola circumfcripta, lævi.

Lister Hift. Conch. tab. 310. f. 146.
Regenfus Samml. I. tab. 1. f. 4.

Tefta rotundata, antice claufa; Valvæ parum umbonatæ, fecundum longitudinem tenuiter ftriatæ, ftriis verfus apices convergentibus, excavato-punctatis; Areola ovato-lanceolata, plana; Cardinis dentes approximati, fimplices; Limbus crenulatus; Color teftæ albus, maculis difperfis fulvis, areolæ fulvus.

Long. 1. poll. 3. Lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus;* in India orientali, *Lifter.*

Venus exoleta.

Linn. S. N. Sp. 142. Muf. L. U. pag. 506. Tab. V. f. 9.

Germ. Die Strahlfcheibe. *Belg.* Slet.

Tefta lentiformi, transverfim ftriata, obfolete radiata, areola cordata.

TAB. V. fig. 9.

Lister Hift. Conch. tab. 292. 293. f. 128. 129.
Gualtieri Teft. tab. 75. f. F.
Adanson Seneg. tab. 16. f. 4.
Pennant Brit. Zool. tab. 54. f. 49. A.
— — — — tab. 56. f. 49.

Tefta orbicularis, antice claufa; Valvæ planiufculæ, transverfim arcte ftriatæ; Areola profunde veftigiata, cordiformis; Margo lævis; Dentes præcedentis; Color teftæ albus, rofeo variegatus, radio uno alterove lato, cavitatis albidus, macula media rofea.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Animal hujus ſpeciei a reliquis differt tracheis binis æqualibus, duplo longioribus quam latis, ſecundum longitudinem arcte ſibi junctis [(a)].

Habitat ad Garnſey, in Norvegia, & ad littora Sueciæ, *Linnæus*; Daniæ, *Otto Müller*; Angliæ, *Pennant*; in fundo arenoſo ad inſulam Goream Africæ, *Adanſon*.

(a) Adanſ. Hiſt. natur. du Seneg. pag. 224.

VENUS PECTINATA.

Linn. S. N. Sp. 144. Muſ. L. U. pag. 507.

Germ. Die Kammvenus. *Belg.* Ryſt-doublet. *Angl.* Croſs Cockle *Petiver*. *Gall.* L'Amande *Davila*.

Teſta rotundata, ſolida, longitudinaliter anticeque obſolete coſtata, coſtis decuſſatis, limbo crenato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 313. f. 149.
RUMPH amboin. tab. 42. f. D.
PETIVER amboin. tab. 18. f. 14.
GUALTIERI Teſt. tab. 72. f. E. F.
ARGENVILLE Conch. tab. 21. f. P.
KNORR Vergn. VI. tab. 3. f. 3.

Teſta ovata, lata, craſſa, ponderoſa, antice clauſa, rima hiante, poſtice complanata; Valvæ parum umbonatæ, ſulcis viginti ſeptem, quorum quindecim antrorſum excurrunt, reliqui vero duodecim longitudinales radiatim diſpoſiti ſunt, quibus interjectæ coſtæ ſtriis transverſis, ſæpe duplicatis, decuſſantur; Areola nulla; Limbus crenatus; Dentes præcedenti ſpeciei ſimiles; Color albidus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus*; ad littora Amboinæ, *Rumph*; Braſiliæ, *Davila*.

IV. *LATÆ, ANTICE SUBANGULATÆ, INERMES.*

VENUS LITERATA.

Linn. S. N. Sp. 147. Muſ. L. U. pag. 508.

Germ. Die ächte Schildmuſchel. *Belg.* Spaanche Mat *Gronov*. *Angl.* Lettered Venus *Pennant*. *Gall.* L'Ecriture arabique *Argenville*.

Teſta

Testa lata, ovata, antice angulata, striis transversis undulatis.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 67.
Rumph amboin. tab. 43. f. B.
Petiver amboin. tab. 18. f. 2.
Valentin Abh. tab. 13. f. 6. tab. 14. f. 10—13.
Gualtieri Test. tab. 86. f. E. F.
Argenville Conch. tab. 21. f. A.
Regenfus Samml. I. tab. 4. f. 39.
Hill Hist. of anim. tab. 9.
Knorr Vergn. I. tab. 6. f. 4.
— — — II. tab. 28. f. 4.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 57. f. 53.

Testa ovata, transversim elongata, margine antico angulato; Valvæ parum umbonatæ planiusculæ, transversim arcte & undulatim striatæ; Area lanceolata lævis, introrsum declivis, labiis tenuissimis extra ligamentum; Areola plana lanceolata, elongata; Dentes tres, quorum medius bifidus; Color griseus, lineis angulatis fuscis.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Striæ undulatæ in speciminibus oceani europæi fere semper obsoletæ, in indicis vero lætiores.

Habitat in oceano europæo, *Linnæus*; in indico, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad littora Angliæ, *Pennant*.

SPONDYLUS.

Linn. Syst. Nat. Gen. 310.

Germ. Die Klappmuschel. *Belg.* Lazarus-klappen. *Gall.* Huitre epineuse *Davila*. *Angl.* Spondyle *Huddesford*. *Dan.* Klapskiället *Brunnich*.

Spondylos ab Ostreis, quibus hodiedum a pluribus conchyliophilis adcensentur, egregie distinguit cardo singularis, e dentibus binis, recurvis & insertis, quos inter fovea media tendine, utramque valvam vinciente, repletur; Valvarum altera planior in apicem longiorem producitur, altera gibba ad cardinem truncata & quasi arte abscissa est, utraque ad basin sæpissime in auriculam, more ostrearum, dilatatur. Superficies rudis aut sulcata, spinis validis, erectiusculis, subulatis, vel planis membrana-

ceis

ceis & aſcendentibus muricata, vel plicata, ſæpe vividiſſimorum colorum varietate ſuperbit.

De animali, quod dicam, non habeo; Ea enim, quæ Rondeletius [a] & Aldrovandus [b] adferunt, indefinita adeo, vaga & incerta ſunt, ut penitus ad rem non faciant. Adanſonius [c] ſe Spondyli incolam nunquam vidiſſe ingenue fatetur. Difficile eſt accolarum maris adriatici & mediterranei incuriam non arguere, qui, dum in voluminoſis oſtracodermatum deſcriptionibus deſudarunt, domeſticum fere Teſtaceum examinare hunc uſque in diem neglexerunt.

Scopulis profundius ſub mari adnatæ conchæ hæ paraſiticæ nonniſi majori vi avelluntur; Carnem duram, ingratam & virus olentem dicit Rondeletius, quamvis Spondylos inter auguralis cœnæ delicias memoret Macrobius [d].

(a) Rondeletii de Teſtac. lib. 1. pag. 41.
(b) Ulyſſis Aldrovandi de Teſtac. lib. 3. pag. 492.
(c) Adanſ. Hiſt. natur. du Seneg. pag. 203.
(d) Macrob. Saturn. lib. 2. cap. 9.



SPON-

SPONDYLUS GÆDEROPUS.

Linn. S. N. Sp. 151. Muſ. L. U. pag. 510.

Germ. Die gezackte Klapp-Muſchel. *Belg.* Getakte Lazarus-Klap *Gronov.* *Angl.* Thorney Oiſter *Huddesford.* *Gall.* Claquet de Lazare.

Teſta ſubaurita ſpinoſa, apicum altero longiore, ſecto.

Rondelet Teſt. pag. 41.
Aldrovandus Teſt. pag. 492.
Lister Hiſt. Conch. tab. 206. f. 40.
Bonanni Recr. Cl. 2. f. 20, 21.
Rumph amboin. tab. 47. f. E. tab. 48. f. 1, 2.
Petiver amboin. tab. 20. f. 6.
Gualtieri Teſt. tab. 100, 101. f. A. B. tab. 99. f. F. G.
Argenville Conch. tab. 19. f. E. H. tab. 20. f. B. E. G.
Klein Meth. oſtrac. tab. 9. f. 37.
Ginanni adriat. II. tab. 17. f. 125.
Adanson Seneg. tab. 14. f. 6.
Hill Hiſt. of anim. tab. 9.
Seba Theſ. III. tab. 88. f. 1—11. tab. 89. f. 1, 2, 3, 4, 7, 8.
Knorr Vergn. V. tab. 9. f. 1. tab. 13. f. 1.
— — — VI. tab. 9. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 1.

Teſta inæquivalvis, craſſa, longitudinaliter rugoſa, obſita ſpinis variis adſcendentibus, acutis, elongatis, aut membranis planis, expanſis, laceris; Baſis prope apices utrinque aurita; Valvæ inæquales, altera gibba, altera planiore; Apex planioris brevis, acutus, convexæ incurvatus, ſubtus planus ac ſi arte abſciſſus fuiſſet; Cardinis dentes duo recurvati, craſſi, adjecto utrinque ſcrobiculo alternatim dentem excipiente, cum faveola intermedia pro tendine; Color purpureus, luteus, aut albus, maculis purpureis, aut roſeis, cujus differentias ſecundum loca natalia exactius ſejunxit St. Müller in editione germanica Syſt. Nat. Linnæi.

Long. 5. poll. 10. lin. lat. 5. poll. 5. lin.

Habitat & rupibus adnaſcitur in mari mediterraneo, *Linnæus*; in adriatico, *Ginanni*; ad Tarentum, *Bonanni*; in Indiis, *Knorr*, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad inſulam Magdalenæ Africæ, *Adanſon*.

Spondylus plicatus?

Linn. S. N. Sp. 153. Muf. L. U. pag. 511.

Germ. Die Faltenklappe.

Teſta ſubſpinoſa, aurita, transverſim plicata, valva altera plana.

Rumph amboin. tab. 47. f. L.
Gualtieri Teſt. tab. 99. f. E.
Knorr Vergn. I. tab. 6. f. 3.
— — — VI. tab. 12. f. 3.

Teſta inæquivalvis longitudinaliter ſtriata, obſita denticulis, ſpinis, aut membranis rarioribus, transverſim rugoſis; Valva altera convexa, altera plana; Cardinis & apicum ſtructura, ut in Spondylo gæderopo, cujus fors varietas? Color aut puniceus, aut luteo croceus.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 2. poll. 8. lin.

Valvæ tantum ſolitariæ in Muſeo extant, easque nonniſi ſolitarias & vagas ad littora Amboinæ reperiri Rumphius [a] obſervavit.

Habitat in Indiis, *Davila*; in India orientali, *Knorr*; ad Javam, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

(a) Rumph amboiniſche Raritätenkammer S. 156.

Chama.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 311.


Germ. Die Gienmuſchel. *Belg.* Kom-doublet *Statius Müller.* *Angl.* Chame *Huddesford.* *Gall.* Came *Davila.* *Dan.* Konſkiället *Brunnich.*

Chamæ, græcis χημαι, inde fors nomen ducunt, quod tam priſcis, quam recentioribus Oſtracologis hoc nomine teſtas omnes, aliqua ſui ambitus parte non clauſiles, inſignire placuerit. Quæ huic generi linnæano nomen dedere paucæ ſpecies hiant, plurimis congeneribus undique clauſis, quas tamen habitus analogia, & cardinis ſtructura communis affinitate manifeſta conjungit.

git. Ita omnes conveniunt apicibus recurvis & labiorum prominentium defectu, cardinisque dente obliquo, crasso, quem Linnæus callum compellare maluit, eoque simplici & crenulato, aut elongato duplici, vel terno, valvæ oppositæ utrinque inserto; Variant vero testæ plerumque ponderosæ figura subglobosa, unguliformi, rhombea, reniformi, cordata, vel superficie rarissime lævi, potissimum longitudinaliter sulcata, plicisque aut striis haud raro transversim exarata.

De Chamæ gryphoidis incola differit Adansonius [(a)]. Molluscum, ligamentis binis testæ valvis affixum, totum involvitur pallio membranaceo, crassiusculo, expanso, quod foraminibus tribus pertusum est, uno postice, unde pes securiformis nonnunquam progreditur, duobus antice, per quæ tracheas duas emmittit; Trachearum inferior elliptica longior aquam & nutrimenta adducit, superior brevior eandem iterum cum excrementis ejicit. Nec discrepat ab hoc Chamæ hospite Rumphii [(b)] ampla quidem sed ambigua Chamæ giganteæ descriptio, ita ut vero sit similius, reliquos Chamarum inquilinas, quod characteres genericos attinet, non insigniter differre. Aliæ rupibus marinis catervatim adnascuntur; aliæ, si Rumphio fides est, sub aqua fere semper hiantes bysso saxis alligantur, quo facilius maris æstuantis fluctibus resistant.

(a) Adanson l. c. pag. 205.
(b) Rumph amboinische Raritätenkammer S. 109.



CHAMA COR.

Linn. S. N. Sp. 154. Muf. L. U. pag. 516.

Germ. Die Narrenkappe. *Belg.* Zotskap *Gronov.* *Angl.* Fools Cap Chama *Huddesford.* *Gall.* Cœur de bœuf *Davila.*

Tefta cordata, fubglobofa, lævi, apicibus recurvatis, rima lanceolata, hiante.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 88.
Lister Hift. Conch. tab. 275. f. 111.
Rumph amboin. tab. 48. f. 10.
Gualtieri Teft. tab. 71. f. E.
Seba Thef. III. tab. 86. f. 1.
Ginanni adriat. II. tab. 19. f. 129.
Knorr Vergn. VI. tab. 8. f. 1.

Tefta rotundata cordiformis lævis; Valvæ umbonatæ, attenuatæ in apices diftantes, oblique inftar cornu arietis recurvatos; Areola retufa, prope nates fulcata; Rima hians; Cardinis dentes utrinque duo obliqui, obtufi, cum margine fere paralleli, tertius lateralis ante rimam fulco diftinctus; Color teftæ ex albo lutefcens, apicum nigrefcens.

Long. 2. poll. 11. lin. lat. 2. poll. 8. lin.

Habitat in profundis maris adriatici verfus Dalmatiam, *Bonanni*, *Linnæus*, *Ginanni*; in mediterraneo, *Lifter*; in finu veneto, *Knorr.*

CHAMA GIGAS.

Linn. S. N. Sp. 155. Muf. L. U. pag. 512.

Germ. Das Waschbecken. *Belg.* Genagelde Fontynbak *Gronov.* *Angl.* Furbelowed Clamps *Huddesford.* *Gall.* La Faitiere *Davila.*

Tefta lata, plicata, fornicato-fquamofa, limbo poftico hiante, crenato.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 83, 84.
Lister Hift. Conch. tab. 351, 354.
Rumph amboin. tab. 42. f. A. B.
Petiver amboin. tab. 5. f. 13.
Gualtieri Teft. tab. 92. f. A—G. tab. 93. f. E.

Argen-

ARGENVILLE Conch. tab. 23. f. E.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 10. f. 53.
REGENFUS Samml. I. tab. 10. f. 48.
KNORR Vergn. I. tab. 19. f. 3.
— — Delic. nat. I. tab. B. III. f. 1.
DA COSTA Elem. tab. 7. f. 4.
MURRAY Fund. Teft. tab. 2. f. 19, 20.

Tefta transverfim elongata, craffa; Valvæ obtufe plicatæ, plicis feptem convexis, longitudinaliter ftriatis, quas tegunt fquamæ fornicatæ, rotundæ, afcendentes; Rima angufta, claufa; Margo pofticus reflexus, hians apertura ovato-lanceolata, ferrata; Margo exterior repandus, obtufe lobatus; Dentes fub ligamento duo, lati, obtufi, quos finus alterni excipiunt, dente exteriore feu duplicato longiore; Color extus flavefcens, intus albus.

Variat magnitudine; Specimen maximum Mufei

Long. 1. ped. 9. poll. lat. 8. poll. 9. lin.

E ligamento cardinis, lapidem, quem pavonium dicunt lithologi, fabricari refert Davila (a). Teftam a cancro pinnothere cuftodiri Rumphius (b) vidit.

Habitat in Indiis, *Davila*; in India orientali, *Lifter*; prope Goam & ad infulas fridericianas, *Regenfus*; ad Amboinam, *Rumph*; in mari afiatico, *Linnæus*; in mari rubro, *Bonnani*.

(a) Davila Cataloque raifoné T. I. pag. 853.
(b) Rumph amboinifche Raritätenkammer S. 111.

CHAMA HIPPOPUS.

Linn. S. N. Sp. 156. Muf. L. U. pag. 513.

Germ. Der Pferdefuß. *Belg.* Paarde-Voet *Gronov.* *Angl.* Cabbage Leaf-Chama *Huddesford.* *Gall.* Feuile de Chou *Davila.*

Tefta plicata, fquamis fpinofis muricata, margine poftico obtufiffimo claufo, dentato.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 81, 82.
LISTER Hift. Conch. tab. 350. f. 188.
RUMPH amboin. tab. 42. f. C.
PETIVER amboin. tab. 18. f. 15.
GUALTIERI Teft. tab. 93. f. A.
ARGENVILLE Conch. tab. 23. f. H.
REGENFUS Samml. I. tab. 10. f. 49.
KNORR Vergn. I. tab. 22. f. 1, 2.
— — — VI. tab. 9. f. 3.
DA COSTA Elem. tab. 7. f. 10.

Testa lata, crassa; Valvae plicatae, plicis extus circiter viginti longitudinaliter sulcatis, quae squamis muricatis exasperantur; Rima angusta, labiis arctis, elongatis, ligamento tectis; Areola retusa, clausa, denticulata; Margo exterior dentatus, dentibus intus sulcatis; Cardinis dentes duo lati, obtusi, in sinus alternos inserti; Color flavescens, maculis purpureis.

Long. 2. poll. 3. lin. lat. 3. poll. 8. lin.

Habitat in mari asiatico, *Linnaeus*; in indico, *Davila*; in India orientali, *Lister*; ad Amboinam, *Rumph.*

CHAMA ANTIQUATA.

Linn. S. N. Sp. 157. Mus. L. U. pag. 514.

Germ. Die Seenuß.

Testa subcordata, sulcis longitudinalibus, striisque transversis.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 98.
GUALTIERI Test. tab. 71. f. L.
ADANSON Seneg. tab. 16. f. 2.
KNORR Vergn. II. tab. 20. f. 3.

Testa subcordata; Valvae longitudinaliter sulcatae, sulcis circiter viginti, costis intermediis transversim striatis; Rima elongata, linearis, clausa; Apices recurvi; Margo exterior obtuse plicatus; Cardinis dens brevis, reflexus, alter sub rima longitudinem ligamenti aequans; Color extus albo fulvoque maculatus.

Long. 11. lin. lat. 10. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnaeus*; ad Senegalliam in fundo sabuloso, *Adanson*; in mari mediterraneo, *Bonanni.*

CHAMA CALYCULATA.

TAB. V. f. 10, 11. Linn. S. N. Sp. 94.

Germ. Die Eichelmuschel. *Gall.* Cœur allongé *Davila.*

Testa lata, gibba, subtus coarctata, sulcis longitudinalibus crenulatis.

TAB.

TAB. V. fig. 10, 11.

LISTER Hist. Conch. tab. 347. f. 184, 185.
GUALTIERI Test. tab. 90. f. F.
ADANSON Seneg. tab. 15. f. 8.

Testa elongata; Valvæ trapeziæ, ventricosæ, longitudinaliter sulcatæ, sulcis circiter septemdecim crenatis, cum costis intermediis, quæ squamis concavis imbricatæ sunt; Dorsum gibbum prope ligamentum, retusum vero prope marginem ligamento oppositum; Areola vestigiata, minima; Apices recurvi prope extremitatem posticam angustiorem locati; Margo præsertim anterior plicatus; Dentes præcedentis; Color albidus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Senegalliam, *Adanson*.

CHAMA PHRENITICA.

Germ. Die nierenförmige Gienmuschel.

Testa reniformi, sulcis longitudinalibus striisque transversis, margine postico serrato, excurrente.

VALENTIN Abhand. tab. 16. f. 27.
KNORR Vergn. II. tab. 23. f. 7.

Testa reniformis, antice lata, rotundata, postice angustata, supra arcuata, infra coarctata; Sulci longitudinales, transversim striis decussati; Areæ areolæque vestigium nullum; Apices subterminales, recurvi; Margo anticus complanatus, inferior introrsum excavatus, retrorsum in formam lobi excurrens, limbo crenato; Dentes duo crassi, postico brevi, antico elongato curvato; Ligamentum validum, crassum, e viridi flavoque resplendens; Color testæ rufus, postice prope apices albus, limbi cavitatis fulvus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 2. poll.

Patria ignota.

CHAMA LAZARUS.

Linn. S. N. Sp. 164. Mus. L. U. pag. 510. TAB. V. f. 12, 13, 14.

Germ. Die Muskatenblüthe. *Belg.* Foelie-blad *Gronov.* *Gall.* Gateau feuilleté *Davila.*

TAB. V. f. 12, 13, 14.

Rumph amboin. tab. 48. f. 3.
Argenville Conch. tab. 20. f. F.
Seba Thes. III. tab. 89. f. 5, 6, 9, 11.
Valentin Abhand. tab. 13. f. 4.
Knorr Vergn. I. tab. 8. f. 1.

Testa rotundata; Valvæ extus lamellis elevatis, patentibus, imbricatis, laceris tectæ, altera planiore; Cavitas glabra, postice fornicata; Apices subspirales subæquales; Cardinis dens obtusus crenatus, insertus fossulæ oppositæ, oblique crenatæ; Color albus aut pallide luteus, maculis rarioribus rubris.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in mari mediterraneo & americano, *Linnæus*; in Indiis, *Davila*.

CHAMA GRYPHOIDES.

Linn. S. N. Sp. 165.

Germ. Die Felsengienmuschel. *Belg.* The okergeele Oester. *Angl.* Furbelowed Chame *Huddesford*. *Gall.* Huitre ecailleux a feuilles couleur de citron *Argenville*.

Testa orbiculari muricata, valva altera planiore, altera productiore subspirali.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 22.
Lister Hist. Conch. tab. 212, 213. 215—217.
Gualtieri Test. tab. 101. f. C—H.
Adanson Seneg. tab. 15. f. 1.
Regenfus Samml. I. tab. 4. f. 44.
Knorr Vergn. I. tab. 21. f. 2.
— — — VI. tab. 16 f. 1.

Testa inæquivalvis; Valvæ tectæ squamis canaliculatis, dense imbricatis, quarum altera planior apice obtuso recurvo, altera convexior apice spirali recurvato gaudet; Cardinis dens obtusus, transversus, crenatus, insertus foveæ obliquæ valvæ oppositæ; Color citrinus aut roseus.

Long. 2. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Animal describit Adanson (a).

Habitat in mari mediterraneo Africam alluente, *Linnæus*; ad Senegalliam, *Adanson*; ad Barbados & Jamaicam, *Lister*; in insulis danicis S. Thomæ, S. Crucis, S. Joannis, Indiæ orientalis, *Regenfus*.

(a) Adanson Hist. naturel. du Senegal pag. 205.

CHA-

CHAMA ARCINELLA.

Linn. S. N. Sp. 167.

Germ. Der dornige Pferdehuf. *Belg.* Gedoornde Paarde-Voet *Gronov.* *Gall.* Marron epineux *Davila.*

Testa spinosa, sulcis longitudinalibus excavato-punctatis, areola papillosa, retusa.

DAVILA Catal. I. tab. 17. f. T.
KNORR Vergn. IV. tab. 14. f. 1.
— — — VI. tab. 36. f. 1, 2.

Testa subcordata; Valvæ excavato-punctatæ, longitudinaliter costatæ, costis obsitis spinis longis, canaliculatis, clausis; Areola papillosa, retusa, cordiformis; Cardinis dens, ut in præcedenti; Color albus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in oceano americano, *Linnæus*, *Davila;* in India orientali, *Knorr.*

A R C A.

Linn. Syst. Nat. Gen. 312.

Germ. Die Arche. *Belg.* Arken. *Gall.* Arche *Davila.* *Angl.* Arkshell *Huddesford.* *Dan.* Arken *Brunnich.*

Ostracodermata, quorum cardinis latus utrumque dentes numerosi alternatim inserti stipant, Arcas appellamus, nec interest, num dentes hi longitudinaliter locati, aut in arcum dispositi sint. Ab apicum situ marginisque structura generis in quatuor familias distributionem desumimus.

I. Margine integro, apicibus recurvis,
II. Margine integro, apicibus inflexis,
III. Margine crenato, apicibus recurvis,
IV. Margine crenato, apicibus inflexis.


Comprehendunt hæ familiæ testas habitu & superficie omnino diversas, parallelipipedas, oblongas, rhombeas, subcordatas, lenticu-

ticulares, ſuborbiculatas, ovatas, ſubauritas, læves, ſtriatas, ſulcatas, barbatas, ſeu pilis veſtitas; Omnes nihilo minus cardinis fabrica affinitate quadam conjungit. In plurimis area ſecundum longitudinem intra apices explanata eſt, aut horizontalis, aut introrſum declivis, potiſſimum rhombea, ligamento tecta.

Animalis figuram ſolus exhibet Aldrovandus [a], ſed hariolabitur, qui rudem & ancipitem figuram explicare tentaverit. Adanſonius Arcæ Noæ, ſenilis, antiquatæ &c., quas barbaris, ut ſolet, nominibus in tab. 18 recenſet, hoſpites examinare ſibi non conceſſum fuiſſe ait [b], quanquam Teſtacea hæc copioſius ad littora Senegalliæ colligantur, & ab ipſo Adanſonio lecta fuerint [c]. Ginannius, qui de Teſtaceis maris adriatici diſſerit, iconem Arcæ, non vero animalis hiſtoriam adfert; Tacet etiam de Arcæ inquilinis, in mari norvegico obviis, zoologiæ danicæ ſedulus obſervator Otto Müller. Id unum e Rumphio [d] colligimus: pedem molluſci Arcæ antiquatæ cuſpidatum eſſe; cui Adanſonius addit, a pede hoc oriri tendinem brevem, e teſtæ hiatu prodeuntem, ſubtus calloſum, quo ſaxis alligatur animal, quod & Bonannius [e] confirmat. Mancam hanc Arcæ hoſpitum hiſtoriam poſteri ſupplebunt.

Arcarum nonnullæ ſcopulis adfixæ profundius ſub mari, aliæ in arena limoſa ad littora inundata degunt.

(a) Ulyſſis Aldrovandi Teſt. lib. III. pag. 513.
(b) Adanſon Hiſt. natur. du Senegal pag. 246.
(c) Adanſon l. c. pag. 232.
(d) Rumph amboiniſche Raritätenkammer S. 133. tab. 44. f. G.
(e) Bonanni Recr. ment. & ocul. pag. 103. n. 32.



I. MARGINE INTEGRO, APICIBUS RECURVIS.

ARCA TORTUOSA.

Linn. S. N. Sp. 168. Muſ. L. U. pag. 517.

Germ. Die gedrehte Arche. *Belg.* Gedraide Oeſter *Rumph.* *Angl.* Diſtorted Arca *Pennant.* *Gall.* La Biſtournée *Davila.*

Teſta inæquivalvi, oblique parallelipipeda, ſtriata, valvula ſiniſtra carinata, apicibus recurvis, margine integerrimo.

Bonanni Muſ. Kirch. f. 122, 123.
Rumph amboin. tab. 47. f. K.
Petiver amboin. tab. 20. f. 9.
Gualtieri Teſt. tab. 95. f. B.
Argenville Conch. tab. 19. f. I.
Klein Meth. oſtrac. tab. 8. f. 16.
Knorr Vergn. I. tab. 23. f. 3.

Teſta parallelipipeda, cardine transverſo lineari recto, extremitate antica latiore truncata, poſtica anguſtiore ſubrotunda; Valvarum altera planior rhomboidalis, longitudinaliter ſtriata, ſtriis transverſis decuſſantibus, tenuiſſimis, altera carinata in angulum obliquum, quo dividitur in areas duas, poſticam ſcilicet triangularem lævem, & anticam latiorem, rhomboideam, flexuoſam, radiis longitudinalibus ſtriisque transverſis decuſſatam; Apices breves recurvi, extremitati anguſtiori propiores; Cardinis dentes infra ligamentum lamellati, medii tenuiſſimi, extimi utrinque obliqui, profundius locati; Margo in teſtis junioribus acute crenulatus; Color totius teſtæ albus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 3. poll. 9. lin.

Figura Martinii [a] aut male exprimit teſtam, aut penitus non convenit.

Habitat in Indiis, *Bonanni*, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; in Norvegia & Dania, *Linnæus*, *Otto Müller*; in Anglia, *Pennant*.

[a] Beſchäftigung. der Geſellſch. naturf. Freunde III. S. 295. 6te Taf. 14. Fig.

II. MARGINE INTEGRO, APICIBUS INFLEXIS.

ARCA NOÆ.

Linn. S. N. Sp. 169. Muſ. L. U. pag. 517.

Germ. Die Noahs Arche. *Belg.* Noachs-Ark *Gronov.* *Angl.* Noahs Ark *Huddesford.* *Gall.* L'Arche de Noe *Davila.*

Teſta transverſa, naviculari, rhombea, ſtriata, antice compreſſa, retuſa, apicibus incurvatis remotiſſimis, margine integro, ſubtus hiante.

Rondelet Teſt. pag. 27.
Aldrovandus Teſt. pag. 513.
Bonanni Recr. Cl. 2. f. 32.
Lister Hiſt. Conch. tab. 368. f. 208.
Petiver amboin. tab. 17. f. 10.
Rumph amboin. tab. 44. f. P.
Argenville Conch. tab. 23. f. G.
Ginanni adriat. II. tab. 23. f. 159.
Adanson Seneg. tab. 18. f. 9.
Knorr Delic. nat. I. tab. B. V. f. 2.
— — Vergn. I. tab. 16. f. 2.
Martini Berl. Beſchæft. III. tab. 6. f. 5.

Teſta navicularis, antice compreſſa retuſa; Valvæ ſolidæ, extus longitudinaliter ſulcatæ & transverſim ſtriatæ; Margo exterior prope medium hians, hiatu barbato; Apices incurvati, remotiſſimi; Area interjecta plana, ovata, ſtriis rhomboidalibus exciſa, extremitatibus attenuatis; Cardo linearis, rectus, dentibus numeroſiſſimis, minutis, æqualibus; Color extus albo fuſcoque maculatus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 3. poll.

Habitat in mari mediterraneo, rubro & indico, *Linnæus*; in mari adriatico, *Ginanni*; ad Barbados, *Liſter*; ad Amboinam, *Rumph*; ad inſulas antillas, *Regenfus.*

ARCA BARBATA.

Linn. S. N. Sp. 170.

Germ. Die Bart-Arche. *Belg.* Arcke Noachs Soort *Muſ. Oudaan.* *Angl.* The fringed Arca *Pennant.* *Gall.* Amande a cils *Davila.*

Teſta

Testa transversa, striis barbatis, apicibus incurvis approximatis, margine integro subtus hiante.

RONDELET Test. pag. 14.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 79.
LISTER Hist. Conch. tab. 231. f. 65.
GUALTIERI Test. tab. 91. f. F.
Mus. Tessin. tab. 6. f. 1.
ARGENVILLE Conch. tab. 22. f. M.
GINANNI adriat. II. tab. 23. f. 160.
ADANSON Seneg. tab. 18. f. 9.
SEBA Thes. III. tab. 18. f. 33.
KNORR Vergn. II. tab. 2. f. 7.
MURRAY Fund. Test. tab. 2. f. 22.
MARTINI Berlin. Beschæft. III. tab. 6. f. 8.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 58. f. 59.

Testa navicularis; Valvæ convexæ extus granulosæ e striis longitudinalibus & transversis sese decussantibus; Margo externus prope medium hians, undique tectus setis hispidis; Apices inflexi, remoti, quibus interposita est area angustissima, lanceolata; Dentes cardinis plurimi infra ligamentum, mediis minimis, externis vero obliquis & lamellatis; Color testæ fuscus, barbæ fusco niger.

Long. 1. poll. lat. 2. poll.

Uberius de animali tractavit Adanson (a).

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad oras siculas, *Bonanni*; ad littora Daniæ, *Otto Müller*; Angliæ; *Pennant*; ad Senegalliam, *Adanson*; Barbados, *Lister*.

(a) Adanson Hist. natur. du Senegal pag. 252.

III. MARGINE CRENATO, APICIBUS RECURVIS.

ARCA ANTIQUATA.

Linn. S. N. Sp. 174. Mus. L. U. pag. 518.

Germ. Die Bastartarche. *Belg.* Basterd-Ark *Gronov.* *Angl.* Virgin Ark *Petiver.* *Gall.* Cœur en Arche de Noe *Favart.*

Testa oblique cordata, sulcato-striata, area cardinis rhomboidali, antrorsum elongata.

α) Coſtis teſtæ transverſim ſtriatis, area cardinis antrorſum excurrente, plana.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 73.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 236. f. 70.
GUALTIERI Teſt. tab. 87. f. B.
ADANSON Seneg. tab. 18. f. 7.
KNORR Vergn. I. tab. 24. f. 3, 4.

β) Coſtis teſtæ decuſſatim ſtriatis, area introrſum declivi, vix excurrente.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 231. f. 65.
RUMPH amboin. tab. 44. f. I.
PETIVER amboin tab. 17. f. 8.
GUALTIERI Teſt. tab. 87. f. A. C.
MURRAY Fund. Teſt. tab. 2. f. 15.
MARTINI Berlin. Beſchæft. III. tab. 6. f. 11.

Teſta oblique cordata, antice compreſſa; Valvæ umbonatæ, longitudinaliter coſtatæ; Apices incurvato-recurvi, interjecta area rhomboidali; Dentes ſecundum longitudinem cardinis digeſti, lamelloſi, extimis majoribus; Margo crenatus; Color albus.

α) Long. 1. poll. 4. lin. lat. 2. poll. 1. lin.
β) Long. 2. poll. lat. 3. poll.

α) Habitat in Indiis, *Bonanni;* in America, *Davila;* ad Senegalliam, *Adanſon;* ad Jamaicam, *Petiver.*

β) Ad Barbados, *Liſter;* ad Amboinam, *Rumph.*

ARCA RHOMBEA.

Germ. Das Rautenkörbchen.

Teſta cordata, multiſulcata, coſtis mediis transverſim ſtriatis, apicibus incurvatis remotis, area cardinis rhombea.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 244. f. 75.
KNORR Vergn. IV. tab. 14. f. 2.

Teſta cordata, longitudinaliter ſulcata, coſtis viginti ſex, intermediis transverſim ſtriatis; Apices incurvato-reflexi, remoti; Area interjecta pla-

plana, vere rhombea, lineis rhombos concentricos referentibus excisa; Ligamentum membranaceum aream tegens; Sutura cardinis, intus armata dentibus minutis, diagonalem areæ majorem constituit; Margo crenatus; Color niveus.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in India orientali, *Lister*.

ARCA DECUSSATA.

Linn. S. N. Sp. 177. Mus. L. U. pag. 519.

Germ. Die gefleckte Küchenmuschel. *Belg.* Geelgevlamde Poffer. *Gall.* Furie flamboyante *Favart.*

Testa orbiculari, convexa, glabra, sulcis longitudinalibus striisque transversis obsoletis, apicibus incurvis, limbo acute crenato.

Lister Hist. Conch. tab. 247. f. 82.
Bonanni Recr. Cl. 2. f. 60.
Knorr Vergn. VI. tab. 14. f. 4.

Testa orbicularis crassa; Valvæ convexæ, longitudinaliter obsolete sulcatæ, transversim substriatæ; Apices incurvi; Area intermedia angustissima; Cardines dentes in arcum digesti, obliqui, extimis majoribus; Limbus denticulatus; Color testæ albus, maculis dispersis confluentibus, difformibus, fulvis, cavitatis albus, macula lata fulva.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Fors varietas Arcæ pilosæ?

Habitat in Indiis, *Linnæus*; in India orientali, *Knorr*; ad Garnsey, *Lister*.

IV. MARGINE CRENATO, APICIBUS INFLEXIS.

ARCA PECTUNCULUS.

Linn. S. N. Sp. 180. Mus. L. U. pag. 520.

Germ. Die gestrahlte Küchenmuschel. *Belg.* Geribde Poffer *Mus. Leers.* *Gall.* Petoncle sans oreilles *Davila.* *Angl.* Spotted Ark *Huddesford.*

Testa orbiculari, complanata, sulcata, radiata, transversim rugosa, apicibus incurvis, area declivi lanceolata, limbo plicato.

Bonanni Mus. Kirch. Cl. 2. f. 129.
Lister Hist. Conch. tab. 239. f. 73.
Gualtieri Test. tab. 72. f. H.
Knorr Vergn. V. tab. 12. f. 4.
Martini Berlin. Beschæft. III. tab. 6. f. 3, 4.

Testa orbicularis, crassa; Valvæ parum convexæ, longitudinaliter sulcatæ, transversim rugosæ, ad apices utrinque subauritæ; Apices obtusi incurvi; Cardinis dentes arcuatim dispositi, lamellosi, obliqui, extimis majoribus; Limbus dentatus; Color testæ albus, maculis dispersis fuscis, cavitatis albus, macula latissima difformi fusca.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in oceano americano, *Linnæus*; ad Bengalam, *Lister*.

ARCA PILOSA.

Linn. S. N. Sp. 182.

Germ. Die Sammetmuschel. *Belg.* See Noot. *Angl.* Cockle with heary Streaks *Petiver*. *Gall.* Noix de mer *Argenville*.

Testa rotunda, umbonata, longitudinaliter tenuissime striata, apicibus incurvis, limbo crenato.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 80.
Petiver Gazoph. I. tab. 95. f. 7.
Gualtieri Test. tab. 73. f. A.
Knorr Vergn. VI. tab. 12. f. 4. tab. 14. f. 3.
Martini Berlin. Beschæft. III. tab. 6. f. 1.

Testa orbiculata, crassa; Valvæ convexæ læves, tectæ in ambitu villis holosericis; Apices incurvi; Area interjecta composita e planis duobus triangularibus, introrsum declivibus, ligamento tectis; Dentes in arcum dispositi, obliqui, extimis majoribus, crassis; Limbus dentatus; Color testæ fuscus aut fulvus, cavitatis albus, macula media magna fusca.

Long. 3. poll. lat. 3. poll. 2. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*, *Davila*; ad Tarentum, *Bonanni*.

ARCA

ARCA SCRIPTA.

Germ. Die gezeichnete Küchenmuschel. Tab. VI. f. 1.

Testa orbiculari convexa lævi, lineis angulatis fulvis picta, apicibus incurvis, limbo crenato.

TAB. VI. fig. 1.

Lister Hist. Conch. tab. 246. f. 80.

Testa convexa lævis, orbicularis, longitudinaliter tenuissime striata, velut arca pillosa; Area declivis angustata; Cardo rectus linearis; Dentes intus viginti in arcum positi, extimis utrinque crassioribus; Limbus crenatus; Color albus, lineis angulatis fulvis.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

Patria ignota.

OSTREA.

Linn. Syst. Nat. Gen. 313.

Germ. Die Auster. *Belg.* Oester *Oudaan.* *Gall.* Huitre *Davila.* *Argl.* Oyster *Pennant.* *Dan.* Østersen *Brunnich.*

Religiose nimium cardinis fabricæ in Testaceorum dispositione inhæsisse videtur Linnæus, qui conchas, & figura multum discrepantes, & a distinctis molluscis habitatas, Pectines scilicet & Ostreas, in unum genus eam solum ob causam retulit, quod utrique cardo edentulus, & dentium loco utrinque pone fossulam mediam excavatam, tendineque, valvas vinciente, repletam, striæ laterales transversim incisæ sint. Abest longe a proposito nostro viri summi methodum ostracologicam reformare; Monemus tantum, si quid novimus rectius, addimus, quæ in incre-

 mentum

mentum rei conchiologicæ facere poterunt, & qui indicem Testaceorum Musei non vero Systema paramus, posteris relinquimus observata recentiorum in unum colligere, deffinire adcuratius genera, & struere demum Systema, naturæ nutui magis accommodatum.

Insistentes ergo methodo linnæanæ genus hoc in Pectines, seu

I. Ostreas pectinatas, auriculis æqualibus,

II. Ostreas pectinatas, auriculis inæqualibus, altera excisa,

III. Ostreas pectinatas, cardine subobliquo, auriculis brevibus; & demum in

IV. Ostreas rudes,

sive Ostreas proprie dictas disjungimus.

Est vero Pecten concha bivalvis vix æquivalvis, orbiculata, versus cardinem linearem, auritum, attenuata. Percurrunt superficiem valvarum potissimum radii elevati, pro diversis speciebus convexi, plani, glabri, striati, sulcati, transversim decussati, nodosi, scabri, & infinita prope colorum varietate picti.

Ostreas rudes distinguit testa inæquivalvis, subaurita, extus aspera, undulata, squamosa, aut plicata, nonnunquam lobata, vel in apicem longum producta, nitore intus semper argenteo aut margaritaceo.

Pectinum animal deffinit Otto Müller [a] molluscum esse, branchiis cirrhatis & pede juxta auriculam instructum. Non meminit quidem pedis Listerus [b] in anatome hujus diconchæ; Argenvillius [c] autem eum sex vel septem lineas longum esse pronuntiat.

Ex utriusque examine anatomico patet: Mollusco Pectinis sub cardine os cucullatum labiis brevibus crispis circumscriptum, & in capite cavitates duas grandes positas esse, quæ oculos mentiuntur; Excipi subinde caput meconio subnigro majusculo,

lo, penes quod cor latitat, per ipſum pericardium conſpicuum, totum demum animal a capite ad ani exitum circumdari pallio fimbriato, mobili, valvas ſuperante, quo introrſum contracto, veluti rete, quidquid complectitur, ſibi applicat, & in victum rapit; Adligari porro corpus valvis muſculo, quem branchiæ quatuor circumambiunt pectinatim ſtriatæ, & ovario conchæ hujus androgynæ incumbentes.

Singularem pectinum proceſſum omnium optime obſervavit Argenvillius. Poſitus in ſicco Pecten pro viribus dehiſcit, iterumque valvas tanta vi claudit, ut per motum hunc vehementiorem, cum valva altera communicatum, elaſticitate ſua ad quatuor vel quinque pollicum ſpatium reſiliat teſta, iteratisque ſaltibus aquam tandem attingat, quam appetit; In ipſo dein mari natans, dum ad ſuperficiem aquæ emergit, valvas nonnihil recludit, iterumque velociter comprimit, & repetitis valvarum plauſibus aquæ motum, quem lubens ſequitur, ſumma dexteritate dirigit, ſeque ipſum carinat, id quod non mediante hoc valvarum plauſu fieri, ſed per pedem calloſum, quem aquæ impingit Pecten, Rumphium teſtem adfert Gronovius [d]. Facili jam negotio illud Ariſtotelis [e] & Plinii [f] aſſertum explicabimus: Pectines, quoties per ſumma humoris nitibundi ferantur, ſtridere, & ſalire, ac volitare.

Palato Romanorum multum adriſiſſe Pectines Plinius [g] narrat; Qui in mediterraneo vivunt, teſtas gerunt tenues & firmas, quos Norvegia, Polus arcticus, & oceanus americanus nutrit, craſſiores. Omnes littora arenoſa habitant, aut ſaxis ſub mari filis e teſta emiſſis ſeſe attexunt [h].

Oſtreæ rudis hiſtoriam penitus exhauſiſſe videtur Williſius [i], Liſterus [k], Adanſonius [l], Argenvillius [m], Baſterus [n], Pennantius [o], & qui obſervata hæc omnia in unum coegit Martinius [p]. Ad hos lectorem, qui amplius de Oſtrearum natura inſtrui deſiderat, relegamus, idque tantum compendii gratia adferimus: molluſcum Oſtrearum, pallio bilobo fimbriato tectum, tria branchiarum paria habere, quorum maximum corrugatum & denticulatum, duo alia includens, cibum capit & retinet; Os præterea eſſe intra branchias poſitum, tracheamque cum ano communicantem, quæ nutrimentum diutius retinet, ut facilius jejunium ferat animal; Pede deſtitutum eſſe ſtatuit Otto Müller, utpote ſuperfluo, cum neque repant Oſtreæ adultæ, nec ad ſuperficiem aſcendant, ſed in fundo quie-

 ſcant,

ſcant, & alimentum, quod dehiſcentes valvas intret, tranquille expectantes, inſidias & pericula ſimplici valvarum contractione arceant.

Valet nihilominus Oſtrea, miro inſtinctu, limo, cui immerſa eſt, ſeſe expedire & e valva planiore in concavam, cui lubentius incumbit, ſe convertere; „ *Aperit enim* — Baſteri verbis utimur — *teſtam, & motu hoc mollem limum in latus propellit, mox iterum teſtam claudit; Aquæ preſſione limus ille in & maxime ſub Oſtreum protruditur, unde aliquantulum emergit, quo vero magis emergit, eo latius teſtas aperit, & eo longius limum propellere valet, qui etiam aqua tunc magis magisque premitur, donec tandem Oſtreum in latus ſupra limum cadere poſſit. Quodſi tunc plana teſta limum tangat, propriis ſe convertere viribus non valeret, ſed ad hoc vim aquæ in auxilium adhibet. Oſtreum ſcilicet planæ incumbens teſtæ, ſeque converſurum, affluente vel refluente aqua, teſtas, quantum poteſt, aperit, & æſtu aquæ affluente, & teſtam apertam impellente Oſtreum convertitur, quod hac ſine ope, vel quamdiu aqua quieſcit, omnino efficere nequit.* „

Fæcunditatem Oſtrearum, quas veros eſſe hermaphroditos vix quisquam dubitat, ultra verum forte exaltavit Leeuenhoekius [q], qui triennes vel quadriennes conchas decies centena millia oſtreolarum progignere narrat. Biennes aut juniores hodiedum in vadis oſtreariis ſpargunt ſive ſerunt Belgæ, indeque iterum adultiores piſcantur, quas in vivariis ſaginant in oſtracophagorum uſum, qui vivas has epulas appetunt & callent primo deprendere morſu

— — — Circeis nata forent, an


Lucrinum ad ſaxum, rutupinove edita fundo

Oſtrea [s] —

Inter Oſtreas edules, quæ ad omnes plagas maritimas aut limo immerſæ aut radicibus arborum, rupibus, lignisve coacervatim

tim affixæ ſeſe offerunt, virides Britanniæ Oſtreæ hodie primas tenere cenſentur.

(a) Otto Müller Prodrom. Zoolog. Dan. prœm. pag. 31.
(b) Liſteri tab. anatom. tab. 17.
(c) Argenville Zoomorph. pag. 56. tab. 6. f. A.
(d) Laurent. Gronov. Caji. Plinii Sec. de aquat. nat. pag. 127.
(e) Ariſtot. Hiſt. animal. lib. 4. cap. 9.
(f) Plinii Hiſt. nat. lib. 9. cap. 33.
(g) Idem lib. 32. cap. 13.
(h) Williſius anatome Oſtreæ in tract. de anima brutorum cap. 3.
(i) Memoires de l'Acad. des Scienc. de Paris, année 1711 pag. 176. tab. 2. f. 12.
(k) Liſterus l. c. tab. 15, 16.
(l) Adanſon Hiſt. natur. du Seneg. pag. 189.
(m) Argenville l. c. pag. 48. tab. 5. f. A.
(n) Baſteri Subſec. Tom. I. pag. 62.
(o) Pennant. Brit. Zool. Cl. V. pag. 102.
(p) Martini algemeine Geſchichte der Natur IVter Band.
(q) Leeuenhoek. Continuat. VI. epiſt. 103. pag. 290.
(r) Juvenalis Satyr. IV. v. 140.



I. PECTINATÆ, AURICULIS ÆQVALIBUS.

OSTREA MAXIMA.

Linn. S. N. Sp. 185. Muf. L. U. pag. 522.

Germ. Die Pilgrimmuſchel. *Belg.* St. Jacobs Schulp *Rumph.* *Angl.* Great Scallop *Pennant.* *Gall.* Conque de St. Jacques bariolée, *Argenville.*

Teſta inæquivalvi, radiis rotundatis, longitudinaliter ſtriatis.

Lister Hiſt. Conch. tab. 163. f. 1.
— — angl. tab. 5. f. 29.
Gualtieri Teſt. tab. 98. f. A. B.
Regenfus Samml. I. tab. 2. f. 19.
Knorr Vergn. I. tab. 24. f. 1, 2.
— — — II. tab. 14. f. 1.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 59. f. 61.

Teſta inæquivalvis, radiatim coſtata, coſtis quindecim rotundatis, longitudinaliter ſtriatis; Auriculæ æquales rectangulæ, ſtriatæ; Operculum inter auriculas impreſſum, excavatum; Cardo transverſus, rectus, ligamento marginali extra faveolam profundam & cardilagine repletam locato; Color albidus, aut albo rubroque nebuloſus.

Long. 5. poll. lat. 5. poll. 9. lin.

Habitat in oceano europaeo, *Linnæus*; in mari mediterraneo & ad Norvegiam, *Regenfus*; in Dania, *Otto Müller*; in Suecia, *Linnæus*; in Anglia, *Pennant*, *Liſter.*

OSTREA JACOBÆA.

Linn. S. N. Sp. 186. Muf. L. U. pag. 522.

Germ. Die Jakobsmuſchel. *Belg.* St. Jacobs Mantel *Gronov.* *Angl.* The mediterranean Scallop *Huddesford.* *Gall.* Coquille de St. Jacques d'Eſpagne.

Teſta inæquivalvi, radiis rectangulis, longitudinaliter ſulcatis.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 3, 4.
Lister Hiſt. Conch. tab. 165. f. 2.
Gualtieri Teſt. tab. 99. f. B.

Ginanni

Ginanni adriat. II. tab. 16. f. 123.
Regenfus Samml. I. tab. 7. f. 3.
Knorr Vergn. VI. tab. 38. f. 1.
Pennant Brit. Zool. tab. 6. f. 62.

Teſta inæquivalvis; Auriculæ æquales rectangulæ; Operculum inter auriculas impreſſo-excavatum, coſtis quindecim radiatis, rotundatis, transverſim denſe ſtriatis; Fornix coſtis octodecim longitudinaliter quinquies aut ſexies ſulcatis; Latera rectangula; Cardo præcedentis; Color fornicis albus, operculi rufus.

Long. 4. poll. 9. lin. lat. 5. poll. 4. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*, *Davila*; in adriatico, *Bonanni*; ad littora Angliæ, *Liſter*, *Pennant*.

OSTREA ZICZAC.

Linn. S. N. Sp. 187. Muſ. L. U. pag. 523.

Germ. Die Neptunsdoſe. *Belg.* Joppe mantel *Gronov.*

Teſta inæquivalvi, radiis octodecim complanatis, plicis intus prope limbum duplicatis.

Regenfus Samml. I. tab. 11. f. 53.
Knorr Vergn. II. tab. 19. f. 3. tab. 20. f. 1.

Teſta inæquivalvis; Auriculæ ſubæquales læves; Operculum planum, radiis triginta quatuor planis; Fornix rotundatus læviuſculus, radiis viginti tribus complanatis; Cardo plicis obliquis utrinque extra foveam mediam deſtitutus; Striæ cavitatis elevatæ, duplo plures quam radii exteriores; Color operculi fuſcus albido maculatus, fornicis luteo-griſeus.

Long. 2. poll. 8. lin. lat. 2. poll. 11. lin.

Habitat in oceano auſtrali, *Linnæus*; ad littora Hiſpaniæ & ad Guineam, *Knorr*.

OSTREA PLEURONECTES.

Linn. S. N. Sp. 190. Muſ. L. U. pag. 103.

Germ. Die Kompasmuſchel. *Belg.* Kompas-Wyzer *Gronov.* *Angl.* The Kompas Scallop *Petiver.* *Gall.* L'Evantail, *Davila.*

Teſta æquivalvi, orbiculata, lævi, radiis viginti quatuor geminatis.

 Bonanni

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 354.
Rumph amboin. tab. 45. f. A, B.
Petiver Gazoph. I. tab. 49. f. 13.
— — amboin. tab. 17. f. 14.
Gualtieri Teſt. tab. 73. f. B.
Argenville Conch. tab. 24. f. G.
Klein Meth. oſtrac. tab. 9. f. 30.
Hill Hiſt. of anim. tab. 9.
Knorr Vergn. I. tab. 20. f. 3, 4.

Teſta æquivalvis orbiculata tenuis; Auriculæ æquales læves; Operculum convexo-planum, glabrum, intus radiis circiter viginti linearibus convexis; Fornix convexo-planus, radiis viginti quatuor convexis; Cardo præcedentis, ad baſin auricularum utrinque tuberculo obtuſo præditus; Limbus luteus; Color operculi pallide ruber, lineis concentricis rufis, radiisque obſoletis pallidis, fornicis albus, cavitatis margaritaceus.

Long. 4. poll. 4. lin. lat. 4. poll. 5. lin.

Animal mira velocitate & dexteritate natat, pro lubitu ex undis emergens, inque profundum deſcendens [a].

Habitat in Indiis, *Linnæus, Davila;* ad Amboinam & Bataviam, *Rumph.*

(a) Rumph amboiniſche Raritätenkammer S. 135.

OSTREA RADULA.

Linn. S. N. Sp. 191. Muſ. L. U. pag. 525.

Germ. Die Jägertaſche. *Belg.* Jaager-Weitaſch *Gronov.* *Angl.* Ducal Mantle *Huddesford.* *Gall.* La Gibeciere *Davila.*

Teſta ſubæquali ovali, radiis duodecim convexis decuſſatim ſtriatis, auriculis æqualibus.

Lister Hiſt. Conch. tab. 175. f. 12.
Rumph amboin. tab. 44. f. A.
Petiver amboin. tab. 17. f. 1.
Argenville Conch. tab. 24. f. D.
Knorr Vergn. V. tab. 9. f. 4.

Teſta ſubæquali complanata, ovata, transverſim tenuiſſime ſtriata, coſtis duodecim elevatis rotundatis, longitudinaliter ſtriatis; Auriculæ ſubæquales, ſulcatæ, ſcabræ; Cardo congenerum; Color operculi albus, fuſco maculatus, fornicis albus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 2. poll. 8. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus, Davila;* ad Amboinam, *Rumph.*

OSTREA PLICA.

Linn. S. N. Sp. 192. Muſ. L. U. pag. 526.

Germ. Der gewölkte Mantel. *Angl.* The little gellow Scallop *Hill.*

Teſta æquivalvi glabra, radiis ſex convexis, glabris, decuſſatim ſtriatis.

Lister Hiſt. Conch. tab. 171. f. 8.
Rumph amboin. tab. 44. f. O.
Argenville Conch. tab. 24. f. C.
Hill Hiſt. of anim. tab. 10.
Knorr Vergn. V. tab. 10. f. 5, 6.

Teſta æquivalvis, ovata, planiuſcula, radiis quinque, vel ſex latitudine plicarum intermediarum; Auriculæ ſubæquales, altera fornicis nonnunquam ad baſin exciſa; Cavitas ſtriis elevatis duplicatis; Cardo congenerum; Color ferugineus, maculis nebuloſis albis.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

II. PECTINATÆ, AURICULIS ÆQUALIBUS, ALTERA EXCISA, SCABRA.

OSTREA PALLIUM.

Linn. S. N. Sp. 193. Muſ. L. U. pag. 526.

Germ. Der Königsmantel. *Belg.* Konings - Mantel *Gronov.* *Angl.* Royal Mantle *Huddesford.* *Gall.* Le Manteau ducal *Davila.*

Teſta æquivalvi rotundata, radiis duodecim obtuſis ſtriata, ſquamisque imbricata.

Lister Hiſt. Conch. tab. 187. f. 25.
Rumph amboin. tab. 44. f. B.
Gualtieri Teſt. tab. 74. f. F.
Argenville Conch. tab. 24. f. I.
Seba Theſ. III. tab. 87. f. 8—12.
Regenfus Samml. I. tab. 6. f. 59.

KNORR Vergn. I. tab. 19. f. 2.
— — — II. tab. 21. f. 1, 2.
— — — V. tab. 27. f. 2.
DA COSTA Elem. tab. 6. f. 1.

Testa subrotunda, æquilatera, scabra; Valvarum costæ quindecim convexæ, longitudinaliter striatæ, squamis transversis imbricatæ; Auriculæ inæquales scabræ, altera in fornice ad basin excisa, latere vicino aculeis brevibus armato; Cardo ut in præcedentibus; Color testæ sanguineus, maculis albis luteisque nebulosus, cavitatis albus limbo croceo.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in oceano australiori & indico, *Linnæus*, *Davila*; in insulis fridericianis, *Regensus*; ad Amboinam, *Rumph.*

OSTREA NODOSA.

Linn. S. N. Sp. 194. Mus. L. U. pag. 527.

Germ. Die Korallenmuschel. *Belg.* Koraal-doublet *Rumph.* *Gall.* La Coralline *Davila.* *Angl.* The Coral Scalop *Hill.*

Testa æquivalvi, radiis convexis, sulcatis, nodoso-articulatis.

BONANNI Recr. Cl. 2. f. 18.
LISTER Hist. Conch. tab. 186. f. 24.
RUMPH amboin. tab. 48. f. 8.
GUALTIERI Test. tab. 91. f. C, D.
ARGENVILLE Conch. tab. 24. f. F.
SEBA Thes. III. tab. 87. f. 1—4.
HILL Hist. of anim. tab. 10.
KNORR Vergn. IV. tab. 13. f. 5.
SPENGLER Berlin. Beschæft. II. tab. 13. f. 1, 2.

Testa rotundata æquivalvi, longitudinaliter sulcata, radiis duodecim convexis obtuse articulatis; Operculum tectum nodis vesicularibus solitariis, longitudinaliter digestis; Fornix vix nodosus; Auriculæ inæquales, altera fornicis ad basin excisa, latere vicino aculeato; Color testæ sanguineus, aut albo rubroque varius.

Long. 4. poll. 7. lin. lat. 5. poll.

Habitat in oceano africano & indico, *Linnæus*; in oceano americano, *Davila*; ad Guineam, *Spengler.*

OSTREA ELONGATA.

Germ. Der lange Mantel. Tab.VI. f. 2.

Testa ovato-elongata, longitudinaliter striata, radiis octo transversim rugosis, auricula altera minima.

TAB. VI. fig. 2.

Testa ovato-elongata, planiuscula, subpellucida, striis elevatis longitudinalibus, costis octo transversim rugosis; Margo repandus plicatus; Auriculæ inæquales, supra muricatæ, altera minima; Cardo, ut in Ostreis reliquis pectinatis; Color albo & incarnato varius.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 10. lin.

Patria ignota.

OSTREA SULCATA.

Germ. Der gefurchte Mantel. Tab.VI. f. 3.

Testa æquivalvi rotundata, longitudinaliter striata, radiis duodecim, auriculis subæqualibus.

TAB. VI. fig. 3.

Testa æquivalvis, subpellucida, rotundata, striis arctis longitudinalibus, & costis duodecim radiatis; Auriculæ fere æquales, latæ; Cardo præcedentium; Color vel totius testæ flavus, vel albo fuscoque maculatus.

Long. 10. lin. lat. 10. lin.

Patria ignota.

OSTREA CINNABARINA.

Germ. Der bandirte Mantel. *Belg.* Gebanderde Mantel.

Testa æquivalvi, radiis numerosis inæqualibus, transversim rugulosis.

Regenfus Samml. I. tab. 3. f. 36. tab. 4. f. 38.
Knorr Vergn. V. tab. 15. f. 1.

Testa rotundata, magna, convexiuscula, æquivalvis, longitudinaliter multisulcata; Radii numerosi inæquales, striis transversis undulatis decussati; Auricula altera latior, antice excisa, margine ciliato; Color testæ cinnabrinus, cingulis aliquot pallidis.

Long. 3. poll. 5. lin. lat. 3. poll. 5. lin.

Patria ignota.

OSTREA MINIATA.

Tab. VII. f. 1. *Germ.* Der menningrothe Mantel.

Testa inæquivalvi multistriata, scabra, auriculis subæqualibus.

TAB. VII. fig. 1.

Testa rotundata, striis longitudinalibus, numerosis, muricatis; Valvæ inæquales, altera plana, altera convexa, excrescentiis transversis lamelloso-laceris; Auriculæ subæquales, altera excisa, margine ciliato; Color albus, maculis confluentibus miniatis.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Patria ignota.

OSTREA VARIA.

Linn. S. N. Sp. 199. Mus. L. U. pag. 529.

Germ. Der bunte Mantel. *Belg.* Gestippelte Mantel. *Angl.* The variegated Scallop *Pennant.* *Gall.* Manteau pointillé.

Testa æquivalvi, radiis triginta scabris, auricula altera minima.

Lister Hist. Conch. tab. 178. f. 15.
Gualtieri Test. tab. 74. f. R.
Knorr Vergn. II. tab. 18. f. 3.
— — — V. tab. 11. f. 3. tab. 13. f. 2.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 6. f. 64.

Testa

Testa ovata æquivalvis; Radii circiter triginta compressi, obsiti spinis squamosis; Auriculæ & cardo idem cum præcedentibus hujus familiæ; Color cinnabarinus maculis albidis violaceisque, vel atro-violaceus, vel albus nebulis violaceis, vel lutescens maculis fuscis.

Long. 1. poll. 9. Lin. lat. 1. poll. 7. lin.

Habitat in oceano australiore, *Linnæus;* in mari mediterraneo, *Davila;* ad Angliam, ubi inter Ostreas rudes nonnunquam hospitatur, *Pennant.*

OSTREA GLABRA.

Linn. S. N. Sp. 201. Mus. L. U. pag. 530.

Germ. Der glatte Mantel. *Angl.* The furrowed Scallop *Pennant.*

Testa inæquivalvi, radiis decem lævibus planiusculis, striis internis elevatis, duplicatis.

Gualtieri Test. tab. 73. f. H.
Regenfus Samml. I. tab. 1. f. 10. tab. 8. f. 15.
Knorr Vergn. I. tab. 8. f. 5.

Testa subrotunda æquivalvis glabra, costis decem obtusis, striis cavitatis elevatis, duplicatis; Auriculæ subæquales, altera fornicis excisa; Color varius, in aliis niger, in aliis flavus, aut albo purpureoque maculatus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 11. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus;* ad littora Angliæ, *Pennant.*

OSTREA MACULATA.

Germ. Der gefleckte Mantel.

Testa æquivalvi, longitudinaliter striata, radiis decem convexis.

Regenfus Samml. I. tab. 3. f. 30, 31.
Knorr Vergn. II. tab. 18. f. 5.

Testa æquivalvis, convexa, glabra, longitudinaliter striata; Radii decem elevati; Auriculæ subæquales; Color ex albo fuscoque nebulosus.

Long. 2. poll. 1. lin. lat. 2. poll.

Habitat in mari adriatico, *Knorr.*

OSTREA COARCTATA.

Germ. Das Schüsselchen.

Testa convexa, glabra, radiis sex convexis, margine coarctato.

KNORR Vergn. II. tab. 21. f. 5.

Testa convexa, tenuis, glabra, longitudinaliter obsolete striata; Radii sex, convexi, crassi; Margo introrsum flexus, undique coarctatus, limbo crenulato; Auriculæ inæquales, quibus ab Ostrea Plica distinguitur; Color in aliis albus, in aliis fulvus.

Long. 11. lin. lat. 1. poll.

Valva solitaria.

Patria ignota.

OSTREA SOLARIS.

TAB. VI. f. 4. *Germ.* Der goldne Mantel.

Testa rotundata, glabra, radiis viginti convexis, sulcis longitudinaliter striatis.

TAB. VI. fig. 4.

Testa complanata, rotundata; Radii viginti convexi læves, sulcis intermediis obsolete striatis; Auriculæ, ut e valva solitaria conjici potest, subæquales; Color aurantius.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Patria ignota.

OSTREA OPERCULARIS.

Linn. S. N. Sp. 202. Mus. L. U. pag. 530.

Germ. Die scharfribbige Kammuschel. *Belg.* Oranje-Mantel. *Gall.* Le Benitier; *Davila.*

Testa rotundata, radiis viginti carinatis, decussatim striato-scabris, operculo convexiore.

KNORR

Knorr Vergn. II. tab. 3. f. 2, 3.
Regenfus Samml. I. tab. 2. f. 17.

Teſta rotunda, radiis fornicis viginti convexis, operculi carinatis; Sulci intermedii ſtriis longitudinalibus & transverſis decuſſati; Fornix planior; Operculum convexius; Auriculæ ſubæquales; Color albo ſanguineoque varius.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 2. poll. 3. lin.

Habitat in oceano meridionali, *Linnæus*; in America, *Davila*; ad Ferroe Islandiæ, *Otto Müller*.

OSTREA NUCLEUS.

Germ. Der Steinkern. Tab. VII. f. 2.

Teſta æquivalvi, radiis viginti convexis glabris, valva utraque convexa.

TAB. VII. fig. 2.

Teſta rotunda æquivalvis, radiis elevatis viginti, ſulcis intermediis transverſim ſulcatis; Auriculæ ſubæquales; Valva utraque umbonata; Color albo fuſcoque maculatus.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Patria ignota.

OSTREA GIBBA.

Linn. S. N. Sp. 203. Muſ. L. U. pag. 531.

Germ. Die gewölbte Doſe. *Belg.* Adama-Mantel *Gronov.*

Teſta æquivalvi, convexa, radiis viginti quatuor ſubangulatis, ſulcis intermediis decuſſatim ſtriatis.

Brown Hiſt. of Jam. tab. 40. f. 10.
Regenfus Samml. I. tab. 2. f. 16.
Knorr Vergn. I. tab. 18. f. 2.
— — — II. tab. 5. f. 4.

Teſta æquivalvis; Valva utraque convexa; Radii viginti convexi ſubangulati, interſtitiis longitudinaliter ſtriatis; Margo dentatus; Auriculæ, ut in præcedenti; Color pallide roſeus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in oceano americano, *Linnæus*; ad Jamaicam, *Brown.*

OSTREA PYXIDATA.

Tab. VI. f. 5, 6. *Germ.* Die gefurchte Dose.

Teſta inæquivalvi, valva altera plana, radiis triginta duobus convexis lævibus.

TAB. VI. fig. 5, 6.

Teſta rotundata, radiis triginta duobus convexis lævibus; Valva una plana, altera convexa, prope auriculam exciſam ciliata; Color operculi extus albo fuſcoque nebuloſus, fornicis albo carneoque varius.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Patria ignota.

OSTREA UNDATA.

Germ. Die wellenförmige Tasche.

Teſta æquivalvi ovata, radiis octodecim convexis, ſulcis transverſim ſtriatis.

Knorr Vergn. II. tab. 4. f. 2, 3.

Valvæ ſolitariæ tantum in Muſeo adſunt; Radii octodecim vel viginti convexi glabri exarati, ſtriis transverſis intercoſtalibus; Color albus, maculis transverſis undatis fuſcis.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Patria ignota.

III. PECTI-

III. *PECTINATÆ, CARDINE SUBOBLIQVO, AURICULIS BREVIBUS ACUTIS.*

OSTREA FASCIATA.

Linn. S. N. Sp. 205. Muſ. L. U. pag. 532.

Germ. Die Eismuſchel. *Belg.* Ys-Schor *Gronov.* Tab. VI. f. 7.

Teſta æquivalvi gibba, radiis viginti tenuibus, ſcabris, cardine obliquo, auriculis acutis.

TAB. VI. fig. 7.

Gualtieri Teſt. tab. 74. f. E.

Teſta æquivalvis ovata; Valvæ convexæ, inæquilateræ, pellucidæ, latere utroque hiante; Radii viginti tenues, ſcabri; Cardo obliquus; Fovea media ligamento repleta; Color niveus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 10. lin.

Oſtrea bullata, cui faſciata hæc multum eſt ſimilis, cardine recto transverſo differt.

Habitat in oceano auſtraliori, *Linnæus.*

OSTREA LIMA.

Linn. S. N. Sp. 206. Muſ. L. U. pag. 532.

Germ. Die Feile. *Belg.* Raſpe *Gronov.* *Angl.* The File *Huddesford.* *Gall.* Le Ratiſſoir *Argenville.*

Teſta æquivalvi, antice complanata, radiis viginti duobus fornicato-ſquamoſis, cardine obliquo, auriculis inæqualibus.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 71.
Lister Hiſt. Conch. tab. 177. f. 14.
Rumph amboin. tab. 44. f. D.
Petiver amboin tab. 8. f. 4.
Argenville Conch. tab. 24. f. E.
Knorr Vergn. VI. tab. 34. f. 3.

Testa æquivalvis ovata, antice complanata; Valvæ planiusculæ, inæquilateræ, latere uno rotundato, altero rectilineo; Costæ viginti duo cylindricæ, squamis fornicatis elevatis exasperatæ; Auriculæ inæquales, parvæ, rectangulæ; Apices acuminati; Cardo obliqvus, introrsum declivis; Cavitas intra apices, extus planos, fornicata; Color niveus.

Long. 1. poll. 11. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in oceano meridionali, *Linnæus;* in littore drepanitano, *Bonanni;* in Indiis, *Lister;* ad Amboinam, *Rumph.*

OSTREA BULLATA.

Tab. VI. f. 8. *Germ.* Die Blasentasche. *Gall.* La Lime douce *Davila.*

Testa ovata æquivalvi umbonata, sulcis longitudinalibus triginta duobus, cardine transverso, auriculis æqualibus.

TAB. VI. fig. 8.

Testa ovata, oblonga, tumida; Valvæ æquales, sulcis triginta duobus longitudinalibus; Umbones attenuati in apices breves incurvos; Cardo transversus, rectus, introrsum declivis, lacuna media lata; Auriculæ acutæ æquales; Color albus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 10. lin.

Habitat ad Barbados Americæ, *Davila.*

OSTREA SCABRA.

Germ. Die rauhe Tasche. *Gall.* La Lime *Davila.*

Testa ovata, complanata, striis longitudinalibus deorsum scabris, auriculis inæqualibus, altera emarginata.

Lister Hist. Conch. tab. 176. f. 13.
Knorr Vergn. VI. tab. 38. f. 5.

Testa

Testa ovata compressa, prope auriculam quamvis hians; Valvae longitudinaliter dense striatae, striis deorsum ad tactum scabris; Cardo subobliquus; Auriculae inaequales, minore emarginata; Color niveus.

Long. 2. poll. 3. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat ad Barbados, *Lister;* ad insulam S. Dominici, *Davila.*

IV. RUDES.

OSTREA MALLEUS.

Linn. S. N. Sp. 207. Mus. L. U. pag. 533.

Germ. Der polnische Hammer. *Belg.* Meshamer *Rumph.* *Angl.* The Hammer-Oister *Hill.* *Gall.* Le Marteau *Davila.*

Testa rudi flexuosa triloba, lobis transversis oppositis.

Bonanni Mus. Kirch. f. 130.
Lister Hist. Conch. tab. 219. f. 54.
Rumph amboin. tab. 47. f. H.
Petiver amboin. tab. 20. f. 10.
Gualtieri Test. tab. 96. f. D, E.
Klein Meth. ostrac. tab. 8. f. 14.
Seba Thes. III. tab. 91. f. 4, 5. tab. 93. f. 1, 2.
Hill Hist. of anim. tab. 9.
Argenville Conch. tab. 19. f. A.
Knorr Vergn. III. tab. 4. f. 1.
Müller Linn. Natursyst. VI. 1. B. tab. 2. f. 2.

Testa plicata flexuosa rudis; Valvae elongatae, basi transversa recta biloba, seu extensa in ramos, quorum alter longior opposito; Cardo utrinque sulco transverso ad marginem insculptus; Cavitas parva, juxta basin ovata, margaritacea, subargentea; Color cavitatis glabrae argentatus, extus fusco niger.

Long. 8. poll. 4. lin. lat. 6. poll. 2. lin.

Habitat in oceano asiatico, *Linnaeus*; in indico, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*, *Bonnani;* ad novae Britanniae insulam, *Bougainville.*

OSTREA FOLIUM.

Linn. S. N. Sp. 209. Muf. L. U. pag. 534.

Germ. Das Lorbeerblatt. *Belg.* Laurier-Blad *Gronov.* *Angl.* The tree Oifter *Hill.* *Gall.* La feuille de Laurier *Davila.*

Tefta ovata, margine obtufe plicato, valvæ planioris rachi fpinofa, amplexicauli.

RUMPH amboin. tab. 47. f. A.
PETIVER amboin. tab. 20. f. 1.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 8. f. 22.
KNORR Vergn. I. tab. 23. f. 2.

Tefta ovato-elongata; Valvarum inæqualium altera convexa, altera plana, adhærens unguibus amplexicaulibus, utraque prope marginem indivifum obtufe plicata; Cardo in extremitate absque dentibus, foveola media conica; Color extus teftaceus.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat ad Jamaicam, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

OSTREA CRISTATA.

TAB. VII. f. 3. *Germ.* Die Kammaufter.

Tefta rotundata, lamellis imbricatis, margine obtufe plicato, dentato, apice altero porrecto.

TAB. VII. fig. 3.

GUALTIERI Teft. tab. 104. f. F.

Tefta inæquivalvis, membranis imbricatis, rugofis; Margo repandus, obtufe plicato-dentatus; Apex valvæ alterius parafiticæ longior prominens; Cardinis tendo medius latus, conicus; Color albus, maculis difperfis nigris.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Patria nobis ignota.

OSTREA EDULIS.

Linn. S. N. Sp. 211. Muſ. L. U. pag. 534.

Germ. Die gemeine Auſter. *Belg.* Gewoone Oyſter *Gronov.* *Angl.* Edible Oiſter *Pennant.* *Gall.* Huitre.

Teſta ſubrotunda complanata, membranis undulatis imbricata, valvula altera plana, integerrima.

RONDELET Teſt. pag. 37.
ALDROVANDUS Teſt. pag. 482.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 193. f. 30.
— — angl. tab. 4. f. 21.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 70.
GUALTIERI Teſt. tab. 102. f. B.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 8. f. 21.
GINANNI adriat. II. tab. 18. f. 127.
BASTER Subſec. I. tab. 8. f. 12.
KNORR Vergn. III. tab. 24. f. 2. tab. 25. f. 2.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 62. f. 70.

Teſta rudis, inæquivalvis, rotundata, transverſim rugoſa, valva altera majore, convexa, longitudinaliter ruguloſa; Margo plicatus; Cardo ad extremitatem acutiorem locatus, excavatus foveola, ut in congeneribus; Color extus albus, aut cinereo-albidus.

Fuſiſſime de Oſtrea eduli tractavit Cl. Martini [(a)].

Long. 3. poll. 3. lin. lat. 3. poll. 10. lin.

Habitat ad littora oceani omnium orbis regionum, & pro diſcrimine loci natalis ſapore gaudet magis aut minus grato.

(a) Martini Geſchichte der Natur IV. Band.

OSTREA DENTICULATA.

Germ. Die gezähnlete Auſter. TAB. VI. f. 9, 10.

Teſta rotundata, foliacea, valva altera plana paraſitica, cardine utrinque denticulato.

TAB. VI. fig. 9, 10.

Testa inæquivalvis foliacea; Valvarum altera convexa, subovata, glabra, altera explanata, rotunda, majore parasitica; Cartilago latissima nitida; Latera postica, utrinque acute denticulata, inserenda foveolis testæ oppositæ; Color albus.

Long. 6. poll. 3. lin. lat. 6. poll.

Patria ignota.

OSTREA CUCULLATA.

Tab.VI. f.11,12. *Germ.* Die Runzelkappe. *Gall.* Corne d'Abondance *Davila.*

Testa inæquivalvi, plicato-rugosa, margine dentato, intus striato, valva majore cucullata.

TAB. VI. f. 11, 12.

Davila Catal. I. tab. 17. f. T.

Testa solida ponderosa, plicis longitudinalibus, rugisque transversis; Valvæ inæquales, altera minore plana, altera cucullata rudi; Apex porrectus, postice longitudinaliter sectus; Margo utrinque obtuse dentatus; Limbus striis distantibus elevatis geminis; Color extus atro-violaceus.

Long. 5. poll. lat. 2. poll. 8. lin.

Habitat in Indiis, *Davila;* ad insulam Ascensionis, *Martini.*

OSTREA EPHIPPIUM.

Linn. S. N. Sp. 215. Muf. L. U. pag. 535.

Germ. Der polnische Sattel. *Belg.* Engelsche Zadel *Rumph.* *Angl.* Saddel Oister *Petiver.* *Gall.* Selle d'Angleterre.

Testa æquivalvi, rotundata, compressa, membranacea, cardine transversim sulcato.

Lister Hist. Conch. tab. 227. f. 62.
Rumph amboin. tab. 47. f. B.
Petiver amboin. tab. 20. f. 3.

Seba Thes. III. tab. 90. f. 10.
Klein Meth. ostrac. tab. 8. f. 18.
Knorr Vergn. VI. tab. 21. f. 1.
Da Costa Elem. tab. 6. f. 6.
Müller Linn. Natursyst. VI. 1. B. tab. 13. f. 1.
Martini Berlin. Beschæft. III. tab. 7. f. 22.

Testa orbiculata, plana, fissilis; Valvæ æquales; Cardo transversus rectus, excavatus sulcis octo, in ligamentum transversum incisis; Cavitas obtusa, minima, rotundata, margaritacea; Color extus ferrugineus.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

Habitat in mari asiatico, *Linnæus*; in India occidentali, *Knorr*; ad Amboinam, *Rumph.*

ANOMIA.

Linn. Syst. Nat. Gen. 314.

Germ. Die Bastardmuschel. *Belg. Gall.* Anomie *Statius Müller, Davila.* *Angl.* Anomia *Huddesford.* *Dan.* Vorskiället *Brunnich.*

In paradoxum Anomiæ genus conchas collocamus, ad quarum cardinem edentulum cicatricula linearis dentes supplet. Paucæ hujus generis species in statu naturali, plurimæ fossiles & in lapidem mutatæ occurrunt. Componuntur fere omnes e valvis duabus inæqualibus, altera planiuscula, altera ad basin gibbosiore. Valvarum alterutra sæpissime versus cardinem perforata, nonnunquam dentibus marginalibus, vel lateralibus, uno aut pluribus instructa, radiis duobus osseis in cavitate notata est, qui basin, cui innititur animal, constituunt. Testæ orbiculatæ aut obovatæ superficiem glabram, nec non striatam, reticulatam, sulcatam, plicatamve habent, rarissime spinosam.

Hospitem Anomiæ deffinivit Linnæus: Corpus e ligula emarginata, ciliata, valvulæ superiori affixum, cujus brachia duo linearia, corpore longiora, conniventia, porrecta, utrinque ciliata, valvulæ utrique adhærent, easque aperiunt, iterumque claudunt, dum sese extendunt, aut contrahunt; Eruditissimus Albertus Fortis [(a)], qui vivum animal ad littora Dalmatiæ examinavit, pedem e foramine testæ pertusæ prodire asserit, quo corporibus alienis insistat & fors progrediatur; Nescio vero an non vir ceterum oculatissimus tendinem, quo Anomias alienis corporibus adligari acutissi-

mus Linnæi discipulus Adolphus Murray [b] docet, pro pede habuerit. Petrus Forskaelius [c] Anomiæ tridentatæ inquilinum, cardini affixum, in cavitate valvæ longioris duas explicare alas narrat, mobiles, compressas, transversas, subrotundas & bilobas, quarum quævis latitudinem testæ æquat; Inter has alas extendi retrorsum carinam subulato-compressam, quæ antice insidet vexillo elato, transverso, mobili, hyalino, utrinque alis alligato; Ambire cardinis apices membranam hyalinam, triangularem, mobilem, quam inter & vexillum ala altera hyalina ad latus testæ decurrit; Remigare demum animal in pelago pacato, movendo celeriter has alas, quas facile retrahit, & totas recondit; Interemptum autem in spiritu vini molluscum figuram mutare [d] & perfectam veneris reconditæ imaginem induere, cujus verecundiæ hac in concha operculis natura consuluisse videtur.

E distinctis his mollusci, Anomias habitantis, descriptionibus suspicari licet, pro diversis testæ speciebus variare multum hospitum figuram.


Natant Anomiæ in pelago, aut fucis, testaceis &c. insidentes in profundo maris latitant.

(a) Viaggio in Dalmatia Tom. I. pag. 157. tab. 7. f. 1, 2, 3, 4.

(b) Fundamenta Testaceologiæ, charact. Anomiæ.

(c) Descriptiones Animalium, quæ observavit Petrus Forskael pag. 124. &c. Icones rerum naturalium &c. tab. 40. f. b. 1. b. 2.

(d) Walchius quoque mortui & exsiccati animalis Anomiæ figuram restituere tentavit in Naturforscher 2ten Stücke, S. 80. 3te Tafel, 3te und 4te Fig.



ANO-

ANOMIA EPHIPIUM.

Linn. S. N. Sp. 218.

Germ. Die Klebauſter. *Belg.* Poolſche Zadel *Gronov.* *Angl.* The larger Anomia *Pennant.* *Gall.* Pelure d' Oignon *Argenville.*

Teſta ſuborbiculata, rugoſo-plicata, valva planiore perforata.

Bonanni Recr. Cl. 2. f. 56.
Lister Hiſt. Conch. tab. 204. f. 38.
Argenville Conch. tab. 19. f. C.
Ginanni adriat. II. tab. 27. f. 172.
Müller Linn. Naturſyſt. VI. 1. B. tab. 12. f. 3.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 62.

Teſta foliacea, inæqualiter plicata; Valva altera planior prope cardinem foramine oblongo excavata; Apex valvæ convexioris obtuſus; Cardo edentulus; Ligamentum in fundo apicis valvæ convexæ connectens marginem valvæ alterius; Color teſtæ violaceus, cavitatis argenteus, nitens.

Long. 2. poll. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in mari americano & mediterraneo, *Linnæus*; in adriatico, *Ginanni*; in littore dalmatico, *Bonanni*; in anglico, *Pennant.*

ANOMIA CEPA.

Linn. S. N. Sp. 219.

Germ. Die Zwibelſchale. *Belg.* Paarſche Bernſteen-Oiſter.

Teſta ſubrotunda amethyſtina, valva ſuperiore convexa, inferiore perforata.

Knorr Vergn. VI. tab. 9. f. 5.

Teſta inæquivalvis rotundata, valva altera convexa, rugoſo-inæquali, amethyſtina, altera planiuſcula, ſubpellucida, nivea, foramine ovali prope cardinem pertuſa.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

ANOMIA ELECTRICA.

Linn. S. N. Sp. 220.

Germ. Die Bernstein-Auster. *Belg.* Bernsteen-Lampje *Gronov.* *Gall.* Huitre d'ambre jaune.

Testa subrotunda, flexuosa, lævi, valva altera convexa gibba.

Knorr Vergn. V. tab. 25. f. 6.

Testa flexuosa lævis; Valva utraque imperforata, altera convexa gibba, apice brevi, submarginali; Cardo præcedentis; Color flavus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

E Rumphii descriptione tab. 47. f. L. patet, iconem hanc suam Spondylum plicatum referre, & dubium Linnæi: an figura hæc Anomiam electricam exprimat, penitus tollitur.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

ANOMIA TRUNCATA.

Tab.VI. f. 13. Linn. S. N. Sp. 229.

Germ. Die gestumpfte Bastardmuschel.

Testa suborbiculata, obsolete striata, cardine truncato.

TAB. VI. fig. 13.

Lister angl. tab. 9. f. 30.

Testa rotundata compressa; Valvæ longitudinaliter tenuissime striatæ, altera convexiore gibba, apice obtuse truncato, perforato, altera planiore, sinu medio longitudinali; Cardo transversus truncatus, rectus; Limbus denticulatus; Cavitas, in valva planiore, instructa apophysi duplici ossea, pro basi animalis; Color griseo-flavescens.

Long. 8. lin. lat. 9. lin.

Animalculum, intra testam, sæpe coralliis inhærentem, hospitans brachiis lunatis & fere annulatis, depressis, ciliatisque instructum est.

Habitat in mari norvegico, *Linnæus*, *Otto Müller*; in mari anglico, *Lister*.

ANO-

ANOMIA CAPUT SERPENTIS.

Linn. S. N. Sp. 236. Tab. VI. f. 14.

Germ. Der Schlangenkopf. *Gall.* Le Scarabée *Davila.*

Testa ovato-striata, valvæ alterius apice perforato, margine crenulato.

TAB. VI. fig. 14.

GUALTIERI Test. tab. 96. f. B.

Testa ovalis inæquivalvis, longitudinaliter striata; Valvæ superioris sinus medius longitudinalis, & apex prominens perforatus, valva inferiore prope cardinem angustata; Apophyses in testæ cavitate, ut in præcedenti specie; Margo crenulatus; Cardo utrinque dente instructus; Color pallide griseus.

Long. 11. lin. lat. 8. lin.

Habitat in abysso maris norvegici, *Linnæus.*

ANOMIA VITREA.

Germ. Die Glasbohrmuschel. *Gall.* La Poullete *Davila.*

Testa ovata convexa lævi, valvæ alterius apice incurvato, pertuso, margine integerrimo.

ARGENVILLE Conch. Suppl. tab. 3. f. P.
KNORR Vergn. IV. tab. 30. f. 4.
DA COSTA Elem. tab. 6. f. 3.

Testa ovata, lævis, tenuissima instar membranæ pellucidæ; Valvæ convexæ absque striis aut plicis; Valva superior ovata, in apicem prominentem & pertusum incurvata, foramine ligamento filiformi repleto; Valva inferior rotunda, postice gerens callos duos; Margo tenuis, clausus, integerrimus, antice retusus; Color albus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 11. lin.

Habitat ad Portum Magonis Hispaniæ, *Davila*; ad insulas magelanicas, *Knorr.*

ANOMIA PLACENTA.

Linn. S. N. Sp. 241. Muſ. L. U. pag. 536.

Germ. Die Fenſterſcheibe. *Belg.* Transparent. *Angl.* The chineſe pellucid Ciſter *Da Coſta*. *Gall.* Vitre chinoiſe *Davila.*

Teſta orbiculata complanata, foliacea, cardinis callis duobus linearibus adnatis.

Lister Hiſt. Conch. tab. 225. f. 60.
Gualtieri Teſt. tab. 104. f. B.
Seba Theſ. III. tab. 90. f. 8, 9.
Knorr Vergn. II. tab. 24. f. 1.
Da Costa Elem. tab. 7. f. 13.

Teſta orbicularis complanata, longitudinaliter tenuiſſime ſtriata, nitens; Valvæ æquales integræ, nulla manifeſte convexa; Cardo e callis duobus craſſis, a baſi valvæ inferioris introrſum divergentibus, in ſulcos ſimiles valvæ oppoſitæ inſertis; Cavitas in medio gerens veſtigium orbiculare planum pro ſede animalis; Color argenteus, cavitatis margaritaceus.

Variat valvis flexuoſo-bilobis, & planis.

Long. 5. poll. 2. lin. lat. 6. poll. 9. lin.

Habitat in Indiis, *Davila.*

MYTILUS.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 315.

Germ. Die Mießmuſchel. *Belg.* Moſſel *Oudaan.* *Angl.* Muſſel *Pennant.* *Gall.* Moule *Davila.* *Dan.* Muslingen *Brunnich.*

Mytilorum examen tot naturæ curioſorum diligentiam exercuit, ut penitus in aprico ſit Mytili, præcipue edulis, hiſtoria. Characterem generis in cardine, dentium loco, linea ſubulata longitudinaliter excavato ponimus. Hæc cardinis fabrica teſtas plicatas, criſtatas, lobatas, planas & a Mytili edulis habitu externo diverſiſſimas ad genus, quod proponimus, reducit. Diſtinctas adeo ſpecies in familias tres partimur, ſuntque nobis Mytili

I. Pa-

I. Paraſitici, unquibus affixi,

II. Plani, compreſſi, ſubauriti,

III. Ventricoſi.

Molluſcum Mytili tendinibus duobus cuivis valvæ adnaſcitur, & tracheis duabus brevibus gaudet, quarum inferior, intra pallii fimbriati lobos ſita, aquam & alimenta recipit, ſuperior in dorſo locata, elliptica, duplo longior quam lata, aquam & aerem ad branchias ducit, & cum ano communicat. Pedem, dum quieſcit animal, lunatum, in ſubulatum incurvum mutat, dum eo utitur. Anatomiam corporis & partium Leeuenhoekius [a], Heide [b], Liſterus [c], Reaumurius [d], Argenvillius [e] & Adanſonius [f] docuerunt, & qua ratione Mytili, potiſſimum ventricoſi, fila, quibus ſeſe ſaxis adligant, pedis ope ducant, ruptaque reſtituant, explicarunt. Mares & fœminas inter Mytilos reperiri, recipique ſemen virile a fœminis, quo ova excluſa fæcundentur, ex argumentis vero ſimilibus ſuſpicatur Baſterus [g].

Mytili aut byſſo ſcopulis adhærentes, aut unguibus affixi Gorgoniis, aut inter marmora, quæ exedunt, deliteſcentes, locum non mutant; alii in fundo maris habitant. Nonnullos ob carnem edulem ad littora colligunt piſcatores, & in vivariis ſaginant, alios, margaritis fœtos, ex abyſſo extrahunt urinatores. Parum ſcilicet fuerat, in gulas condi maria, niſi manibus, auribus, capite, totoque corpore a fœminis juxta viriſque geſtarentur [h].

(a) Arcana Nat. pag. 465.
(b) Anatome Mytulorum 1683. 8.
(c) Tabulæ anatom. tab. 14.
(d) Memoir. de l'Acad. de Paris, 1710 tab. 9. f. 1, 2, 3. 1711 tab. 3. f. 3, 4, 5, 6.
(e) Argenville Zoomorph. pag. 52. tab. 5. f. E.
(f) Adanſon Hiſt. natur. du Seneg. pag. 207. tab. 15. f. 1.
(g) Baſteri Opuſc. Subſec. Tom. I. pag. 106. 107.
(h) Plinii Hiſt. nat. lib. 9. cap. 35.



I. PA-

I. PARASITICI, UNGUIBUS AFFIXI.

MYTILUS CRISTA GALLI.

Linn. S. N. Sp. 243. Muf. L. U. pag. 537.

Germ. Der Hahnenkamm. *Belg.* Haanekam *Rumph.* *Angl.* Curry Comb Oifter *Petiver.* *Gall.* Oreille de Cochon *Davila.*

Tefta angulato - plicata, dorfo limboque punctato - fcabris, valva fpinofa parafitica.

Rumph amboin. tab. 47. f. D.
Petiver amboin. tab. 20. f. 2.
Argenville Conch. tab. 20. f. D.
Gualtieri Teft. tab. 104. f. C.
Knorr Vergn. IV. tab. 10. f. 3—5.
— — — V. tab. 16. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 8.

Tefta angulata, ftriato - punctata; Valvæ plicatæ, altera fæpe difformi, fpinis compreffis canaliculatis armata, quibus corpora adjacentia amplectitur iisque adfigitur; Apex valvæ fpinofæ brevis, alterius obtufus aut vix manifeftus; Limbus ferie punctorum eminentium notatus; Cardo edentulus, fovea transverfa fecundum marginem infculpta; Color ferrugineus, intus margaritaceus.

Long. 2. poll. 11. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

Habitat in oceano indico, Gorgoniis adhærens, *Linnæus*, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph.*

MYTILUS HYOTIS.

Linn. S. N. Sp. 244. Muf. L. U. pag. 538.

Germ. Der Blätterkamm. *Belg.* Getakte Haane - Kam *Rumph.* *Angl.* Great Finger Oyfter *Petiver.* *Gall.* Crete de Coq *Davila.*

Tefta plicata, transverfim rugofa, valvis fornicato - fpinofis, limbo lævi.

Lister Hift. Conch. tab. 198. f. 32. A.
Rumph amboin. tab. 47. f. C.

Petiver

Petiver amboin. tab. 20. f. 5.
Argenville Conch. Suppl. tab. 3. f. F.
Gualtieri Teſt. tab. 103.
Knorr Vergn. I. tab. 29. f. 2.

Teſta longitudinaliter plicata, imbricata, lamellis transverſis carinatis, & in ſpinas elongatas cavas terminatis; Valva utraque ſpinoſa; Apex alterius productior, obtuſus; Cardo conſtans fovea lata, depreſſa, ligamento repleta; Margo acute plicatus; Limbus lævis; Color fuſco-ferrugineus.

Long. 5. poll. lat. 5. poll. 1. lin.

Habitat in pelagi Gorgoniis, *Linnæus*; in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph.*

MYTILUS FRONS.

Linn. S. N. Sp. 245. Muſ. L. U. pag. 537.

Germ. Das Kammblatt. *Belg.* Gekamd Laurierblad. *Gall.* La Feuille *Davila.*

Teſta angulata, plicata, valvis transverſim rugoſis, limbo alterius punctato-ſcabro.

Lister Hiſt. Conch. tab. 197. f. 32.
Argenville Conch. tab. 19. f. D.
Hill Hiſt. of anim. tab. 9.
Knorr Vergn. IV. tab. 8. f. 3.

Teſta transverſim lamelloſa, planiuſcula, inermis; Valva inferior paraſitica, apice magis producto, acuto, lævi; Margo plicis acutis dentatis; Limbus valvæ ſuperioris adſperſus punctis eminentibus; Color luteſcens.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in pelagi indici Gorgoniis, *Linnæus*; ad Jamaicam, *Liſter*; in mari mediterraneo, *Martini.*

II. PLANI, COMPRESSI, SUBAURITI.

MYTILUS MARGARITIFERUS.

Linn. S. N. Sp. 246. Muſ. L. U. pag. 538.

Germ. Die Perlmutter. *Belg.* Paarelhouder *Gronov.* *Angl.* Pearl Oiſter *Petiver.* *Gall.* Mere perle *Davila.*

Teſta

Teſta compreſſa, rotundata, ſubaurita, tunicis membranaceis imbricata, cardine transverſim elongato.

RONDELET Teſt. pag. 33.
ALDROVANDUS Teſt. pag. 418, 419.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 221. f. 56. tab. 223. f. 57. tab. 224. f. 58.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 1.
RUMPH amboin. tab. 47. f. F.
PETIVER amboin. tab. 20. f. 4.
GUALTIERI Teſt. tab. 84. f. E, F, G.
ARGENVILLE Conch. tab. 20. f. A.
KNORR Vergn. II. tab. 25. f. 1.
MÜLLER Linn. Naturſyſt. VI. 1. B. tab. 13. f. 2, 3.

Teſta compreſſa, imbricata lamellis transverſis tenuiſſimis, antice rotundata, auriculata; Valvæ parum compreſſæ, ſubæquales, auricula alterius extus exciſa; Cardo linearis rectus, cavitate juxta marginem oblonga; Color virideſcens, radiis obſoletis albis; Cavitas nitens margaritacea, unionibus fœta.

Long. 7. poll. lat. 7. poll.

Unum e ſpeciminibus Muſæi ſpithamam & ultra longum, margaritam ſubovatam adnatam fovet, cujus diameter pollicem unum ſuperat. E ligamento cardinis Mytili margaritiferi, Lapis pavonius exſcinditur. Omnia, quæ conchas margaritiferas & uniones attinent, diligenter compilavit Martini [a], confundendo Mytilos cum Myis margaritiferis.

Habitat in utriusque Indiæ oceano, *Linnæus*, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Ceylon, *Martini*.

(a) Algemeine Geſchichte der Natur IV. Band, S. 452.

III. *VENTRICOSIUSCULI.*

MYTILUS LITHOPHAGUS.

Tab. VII. f. 4. Linn. S. N. Sp. 248. Muſ. L. U. pag. 539.

Germ. Die Steinmuſchel. *Belg.* Glatte Steenborder *Gronov.* *Angl.* Stone Piercer *Petiver.* *Gall.* La Datte *Davila.*

Teſta ſubcylindrica, extremitatibus rotundatis, apicibus recurvis.

TAB.

TAB. VII. fig. 4.

RONDELET Teſt. pag. 49.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 28.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 427. f. 268.
— — angl. tab. 8. f. 37.
RUMPH amboin. tab. 46. f. F.
PETIVER amboin. tab. 19. f. 13.
GUALTIERI Teſt. tab. 90. f. D.

Teſta ſubcylindrica, extremitate utraque rotundata, antice compreſſa; Apices a latere alterius extremitatis breves, incurvi; Cardo juxta apices linearis, mediam lateris longitudinem emetiens; Color teſtæ glaucus, epidermidis deciduæ, ſæpe transverſim ſtriatæ, fuſcus.

Long. 3. poll. 4. lin. lat. 11. lin.

Teſta, molliſſima quamvis, rupes carollinas perforat & exedit.

Habitat in oceano mediterraneo, europæo & indico, *Linnæus*; in India occidentali, & ad littora Angliæ, *Liſter*; in America, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad littora Italiæ, *Bonanni*.

MYTILUS EXUSTUS.

Linn. S. N. Sp. 251. Muſ. L. U. pag. 540. TAB. VII. f. 5.

Germ. Die gekerbte Mießmuſchel.

Teſta ovata, elongata, decuſſatim ſtriata, limbo crenulato.

TAB. VII. f. 5.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 366. f. 206.

Teſta oblonga, ſubtriangula, longitudinaliter ſtriata, extremitate altera rotundata, altera in apices breves attenuata; Margo crenulatus; Cardo lateralis linearis, dente obtuſo, plano, terminali; Color extus roſeus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 8. lin.

Habitat ad Jamaicam, *Linnæus*, *Liſter*.

MYTILUS EDULIS.

Linn. S. N. Sp. 253. Muſ. L. U. pag. 541.

Germ. Die gemeine Mießmuſchel. *Belg.* Gewoone Moſſel *Gronov.* *Angl.* Edible Muſſel *Pennant* *Gall.* Moule commun.

Teſta ovato-trilatera, lævi, antice carinata, apicibus acuminatis, terminalibus dentatis.

RONDELET Teſt. pag. 48.
ALDROVANDVS Teſt. pag. 512.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 362. f. 200.
— — angl. tab. 4. f. 28.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 30.
GUALTIERI Teſt. tab. 91. f. E.
GINANNI adriat. II. tab. 27. f. 168.
Memoir. de Paris ad ann. 1711. tab. 3. f. 4—5.
BASTER Subſec. I. tab. 11. f. 11.
REGENFUS Samml. I. tab. 7. f. 8. tab. 11 f. 58. tab. 12. f. 71, 72.
KNORR Vergn. IV. tab. 15. f. 1.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 63. f. 73.

Teſta trilatera lævis, extremitate altera rotundata, altera in apices breves recurvos attenuata; Cardo lateralis juxta marginem elongatus; Dentes tres terminales inſerti inter dentes valvæ oppoſitæ; Margo lævis; Color violaceus totus, aut radiis rubris.

Long. 3. poll. 9. lin. lat. 2. poll. 3. lin.

Hiſtoriam & anatomen Mytili edulis vide apud Heide (a), Reaumur (b) & Baſterum (c).

Major inter tropicos.

Habitat in oceano europæo, balthico & indico, ſetis annexus ſcopulis, *Linnæus*; in adriatico, *Ginanni*; ad littora Sueciæ, *Linnæus*; Angliæ, *Liſter*. *Pennant*; Daniæ, *Otto Müller*; ad Tarentum, littus drepanitanum & luſitanicum, *Bonanni*.

(a) Heyde anatome Mytulorum 1688. 8.
(b) Memoires de l'Acad. année 1711. p. 140.
(c) Baſter Subſec. Tom. I. pag. 101.

MYTI-

MYTILUS PICTUS.

Germ. Die gefärbte Mießmuſchel. *Gall.* Moule arboriſée *Davila.* Tab. VII. f. 6, 7.

Teſta ovata trilatera, lævi, antice carinata, apicibus acuminatis, bidentatis, dentibus extus conſpicuis.

α) Griſea, unicolor.

TAB. VII. fig. 6.

β) Griſea, lineis angulatis rufis.

TAB. VII. fig. 7.

γ) E luteo virens, maculis læte viridibus, lineis angulatis rufis.

KNORR Vergn. IV. tab. 15. f. 5.

Teſta ovato-elongata, lævis, hians, antice carinata, poſtice complanata, ideoque trilatera; Apices terminales acuminati, dentibus duobus acutis validis, mutuo inſertis, extus conſpicuis inſtructi; Cavitas variegante nitore reſplendens; Similis priori, qua tamen graciolior, colore inſuper dentiumque ſtructura præcipue diſtinguitur.

α) Long. 4. poll. 6. lin. lat. 2. poll. 2. lin.
β) γ) Long. 4. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in Indiis.

MYTILUS UNGULATUS.

Linn. S. N. Sp. 254. Muſ. L. U. pag. 541.

Germ. Die Klauenmuſchel. *Belg.* Breede purpuragtige Moſſel. *Angl.* Great ſtriated magellanic Muſcle *Huddesford.*

Teſta ovato-elongata lævi, valvis convexis, poſtice incurvatis, extremitatibus attenuatis, denticulatis.

ALDROVANDUS Teſt. pag. 514.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 364. f. 203.
GUALTIERI Teſt. tab. 91. f. E.
REGENFUS Samml. I. tab. 4. f. 47.

 Teſta

Teſta ſubtrilatera incurvata lævis, ſtriis transverſis imbricata; Extremitas altera rotundata, retuſa, altera attenuata in apices; Cardo lateralis, denticulis aliquot minutiſſimis; Color violaceus.

Long. 3. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in Europa auſtrali, & ad caput bonæ Spei, *Linnæus;* in India occidentali, *Regenfus.*

MYTILUS BIDENS.

Linn. S. N. Sp. 255.

Germ. Die geribbte Nießmuſchel. *Angl.* Deep furrowed Cap-Muſcle *Petiver.* *Gall.* Gueule de Souris *Davila.*

Teſta ovato-elongata, longitudinaliter ſulcata, apicibus terminalibus dentatis.

Lister Hiſt. Conch. tab. 366. f. 206.
Petiver Gazoph. I. tab. 57. f. 9.
Adanson Seneg. tab. 15. f. 3.
Knorr Vergn. IV. tab. 30. f. 3.

Teſta ovato-elongata, fere ſubtrilatera, longitudinaliter ſulcata, figura præcedentis ſed non curvata; Apices acuti, terminales, intus dentati; Color atro-violaceus.

Long. 1. poll. 11. Lin. lat. 9. lin.

Habitat in America, *Davila;* ad caput bonæ Spei, *Petiver;* ad Senegalliam, *Adanſon;* ad Jamaicam, *Liſter.*

MYTILUS MODIOLUS.

Linn. S. N. Sp. 256. Muſ. L. U. pag. 542.

Germ. Die Papusmuſchel. *Belg.* Papoes-Moſſel *Gronov.* *Angl.* The great Moſſel *Pennant.* *Gall.* Moule de la terre des Papous *Davila.*

Teſta ovato-elongata lævi, poſtice coarctata, hiante, apicibus recurvis ſubterminalibus.

Lister Hiſt. Conch. tab. 356. f. 195. tab. 359. f. 198.
Petiver Gazoph. I. tab. 71. f. 11.
— — amboin. tab. 19. f. 10.

Rumph

RUMPH amboin. tab. 46. f. B.
GUALTIERI Teft. tab. 91. f. H.
ARGENVILLE Conch. tab. 22. f. C.
HILL Hift. of anim. tab. 9.
ADANSON Seneg. tab. 15. f. 1.
KNORR Vergn. V. tab. 15. f. 3.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 66. f. 77.

Tefta fubtrilatera lævis, extremitate antica rotundata, latiore, poftica attenuata obtufa, latere anteriore carinato, oppofito complanato, hiante; Cardo lateralis elongatus; Apices recurvi, breves, fubterminales; Margo pofticus ultra apices plus minusve excurrit & hinc variat tefta

α) Margine cardinali obtufo,

β) Margine cardinali excurrente, feu antrorfum angulato.

Color extus violaceo-purpureus, aut unicolor, aut radiatus.

α) Long. 5. poll. 2. lin. lat. 2. poll. 5. lin.
β) Long. 2. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in mari mediterraneo & norvegico, *Linnæus*; ad Angliæ littora, *Pennant*; Daniæ, *Otto Müller*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Jamaicam, *Lifter*; inter maris æftuofi fcopulos ad infulam S. Magdalenæ in Senegallia, *Adanfon*.

MYTILUS HIRUNDO.

Linn. S. N. Sp. 262. Muf. L. U. pag. 543.

Germ. Die Vogelmuſchel. *Belg.* Vogelar *Gronov.* *Angl.* The Swallow Mufcle *Huddesford.* *Gall.* L'Hirondelle *Davila.*

Tefta complanata lævi, valvis bilobis, lobo altero elongato.

ALDROVANDUS Teft. pag. 465.
BONANNI Recr. Cl. 2. f. 58.
LISTER Hift. Conch. tab. 220. f. 55.
RUMPH amboin. tab. 46. f. G.
PETIVER amboin. tab. 19. f. B.
GUALTIERI Teft. tab. 94. f. A, B.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 8. f. 13.
ADANSON Seneg. tab. 15. f. 6.
GINANNI adriat. II. tab. 14. f. 115.
KNORR Vergn. IV. tab. 8. f. 5.
— — — V. tab. 10. f. 1, 2.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 7.

Tefta oblique fubovata lævis; Bafis transverfim elongata in cardinem rectum utrinque lobatum, lobo antico longiore, poftico breviore, fupra finuato, excifo; Apices obfoleti, intus prope marginem notati denticulo obtufo brevi; Color fufcus radiis nigris, vel viridi fufcoque varius; Cavitas margaritacea.

Long. 2. poll. lat. 3. poll. 5. lin.

 Byffo,

Byſſo, quem e teſta emittit animal, Gorgoniis navibusque adhæret.

Plures hujus teſtæ varietates vide apud Martinium [a].

Habitat in oceano meridionali & mediterraneo, *Linnæus;* in Indiis, *Davila;* India orientali, *Knorr;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Senegalliam, *Adanſon;* ad littora Siciliæ, *Martini;* in drepanitano littore, *Bonanni;* in adriatico prope Anconam, *Ginanni;* ad Genuam, *Aldrovandus.*

(a) Martini algemeine Geſchichte der Natur IVter Band, S. 531.

PINNA.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 316.

Germ. Die Steckmuſchel. *Belg.* Hamdoublet. *Angl.* Nacre *Pennant.* *Gall.* Pinne marine *Davila.* *Dan.* Skinken *Brunnich.*

Concharum generis & Pinna eſt. Teſta bivalvis, faſtigiata, fragilis, valvis convexis, æqualibus, ovato-acuminatis, verſus apicem anguſtatis & ad latus oppoſitum rotundatis, quas cardinis loco ligamentum laterale membranaceum nectit ita, ut in teſtam unam fere coaleſcant. Superficies ad apicem ſemper nuda, dein ſtriata, ſulcata, ſquamis canaliculatis, tubuloſis, imbricatis, acutisve tecta, & figura teſtæ lobata, rotundata, aut ſaccata ſpecies varias diſtinguit. Cavitas valvarum glabra ferruginea, aut rubens ad ſummitatem nitens eſt & margaritacea, nonnunquam unionibus donata.

Quamvis vermem conchaceum Pinnæ & Mytili inter ſe vix differre aſſerat Adanſonius [a], nobis tamen præplacet exactiſſimam hujus molluſci anatomen ex Haſſelquiſtii itinere [b] in lectoris commodum exſcribere: Animal bilabiatum, labiis gelatinoſis, interius tenuibus, pellucidis, lateribus triplicato-fimbriatis, rugoſis; Auriculæ parvæ, ſemilunares, apice attenuatæ; Os cartilagineum tubuloſum, baſi amplum, apice tenuius; Ventriculus oblongus, magnus, membranaceus, materia nigra pulverulenta ſubarida repletus; Tendines cartilaginoſi bini, unus corpus perforans, longus, craſſus & rotundus, alter breviſſimus, craſſiuſculus, robuſtus, uterque valvas uniens; Tentacula e corpore, juxta tendinem cartilagineum primum, oriunda, innumera, capillaria, ſericea, extra valvulas infra medium teſtæ porrecta, barbam mentiuntur.

Tentaculis his Pinnam ſcopulis adtexi, piſcatores, qui conchas has quotidie e mari extrahunt, & dein Haſſelquiſtius, Reaumurius [c], Baſterus [d] aliique publicæ in re conchiologica fidei Viri

Viri teſtantur. Explodit nihilominus ſententiam hanc, neſcio quibus argumentis, Chemnitius (e), & in Leſſerum acerbe invehitur, qui Pinnas fila e ſucco viſcoſo ducere eodem prope, quo Reaumurius (f), modo explicat; Movet quoque bilem Viro, ceterum de ſtudio oſtracologico optime merito, nota cancri pinnoteris cum Pinnis cohabitatio, eamque, ſpreta omni auctoritate, inter aniles fabulas fere rejicit. Non negamus quidem, multum exaltatam a nonnullis fuiſſe hanc fidi Pinnarum cuſtodis vigilantiam; Sed quis unanimi eorum conſenſui adverſabitur? qui conchas has in loco natali obſervarunt, videruntque: cancellos pinnophylaces intra valvas Pinnarum tranquille locatos, appropinquante Sepia octopodia, noto Pinnæ hoſte, obambulare celerius & admonere hoc motu animal, ut patulam teſtam claudat, hoſtemque evitet. Quis crediderit ſalutiferum adeo hoſpitem tanquam furem domeſticum teſtam intrare & invita Pinna ibidem habitare?

In majorem molem excreſcentes Pinnæ, velut ſuillo crure longo, profundius ſub mari ſtant in arena aut limo defixæ, hiantque (g), nec non byſſo ſcopulis adtextæ aquarum motum fortiorem eludunt (h); E byſſo hoc collecto, & ſerici in modum tractato, chirothecas, tibilia, veſteſque contexunt Siculi, ad quorum littora copiuſius reperitur hoc genus conchaceum.

(a) Adanſon Hiſt. naturel. du Senegal pag. 213.

(b) Haſſelquiſts Reiſe nach Paläſtina S. 487.

(c) Memoires de l'Acad. de Paris, 1717 pag. 237.


(d) Baſteri Opuſc. Subſec. Tom. I. pag. 102. in nota.

(e) Abhandlung von der Steckmuſchel im Naturforſcher X. St. S. 1.

(f) Memoires de l'Acad. de Paris, 1711, 1717.

(g) Plinii Hiſt. nat. lib. 32. cap. 11. Ginanni opere poſtume, Tom. II. pag. 35.

(h) Argenville Zoom. pag. 54. Quid eſt, quod Cl. Chemnitium induxit, ut Pinnas libere in fundo pelagi poſitas eſſe, & agitato mari ſeipſas ſub arena condere ſuſpicetur?



PINNA PECTINATA.

Linn. S. N. Sp. 264.

Germ. Der geräucherte Schinken.

Testa fastigiata grisea, glabra, obtuse sulcata, squamis fornicatis, cylindricis.

Gualtieri Test. tab. 79. f. A.
Seba Thes. III. tab. 91. f. 3.
Knorr Vergn. II. tab. 26. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. V. f. 3.

Testa fastigiata glabra, costis longitudinalibus duodecim spinosis, spinis fornicatis subcylindricis; Latus cardini oppositum transverse rugosum, inerme; Margo unius lateris, secundum longitudinem connati, cardinem constituit; Color griseus; Cavitas prope cardinem versicolor, nitens.

Long. 7. poll. 2. lin. lat. 4. poll. 5. lin.

Habitat in Indiis, *Davila*, *Linnæus*.

PINNA NOBILIS.

Linn. S. N. Sp. 265. Mus. L. U. pag. 544.

Germ. Der edle Schinken. *Belg.* Edele Zyde-Spinder *Gronov.*

Testa fastigiata, sulcata, rubicunda, squamis canaliculatis, tubulosis.

Aldrovandus Test. pag. 533.
Bonanni Recr. Cl. 2. f. 24.
Argenville Conch. tab. 22. f. B.
Adanson Seneg. tab. 15. f. 5.
Knorr Vergn. II. tab. 26. f. 2.

Testa

Teſta faſtigiata, craſſa, coſtata; Coſtæ decem longitudinales, tectæ ſquamis elongatis tubuloſis; Cardo, ut in præcedenti; Color carneus, cavitatis fundus margaritaceus.

Long. 7. poll. 2. lin. lat. 4. poll. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; d littora Senegalliæ, *Davila*, *Adanſon*.

PINNA MURICATA.

Linn. S. N. Sp. 266. Muſ. L. U. pag. 545.

Germ. Der gedornte Schinken. *Belg.* Gedoornde Ham *Gronov.* *Angl.* Prickley Ham Muſcle *Petiver.* *Gall.* Jamboneau epineux.

Teſta ſtriata albida, ſquamis fornicatis, approximatis, acutis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 374. f. 215.
RUMPH amboin. tab. 46. f. M.
PETIVER amboin tab. 19. f. 14.
GUALTIERI Teſt. tab. 79. f. D.
KNORR Vergn. VI. tab. 20. f. 1.

Teſta faſtigiata-ſubpellucida, longitudinaliter ſtriata, armata ſquamis parvis tubuloſis, patulis, arcte & imbricatim locatis; Cardo congenerum; Color albus, fundo margaritaceo.

Long. 2. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*, *Liſter*; ad Amboinam, *Rumph*.

PINNA INCURVATA.

Germ. Der lange Schinken. *Belg.* Groote Ham-doublet *Seba.*

Teſta faſtigiata ovata, ſquamis fornicatis brevibus, extremitate altera rotundata.

SEBA Theſ. III. tab. 91. f. 1.
GUALTIERI Teſt. tab. 80.

Teſta

Teſta ovata elongata, grandis, extremitate una attenuata, altera rotundata; Valvæ convexæ, vix manifeſte ſtriatæ, tectæ ſquamulis fornicatis, brevibus, approximatis; Color teſtæ carneus, cavitatis præſertim verſus apices margaritaceus.

Long. 2. ped. lat. 8. poll.

Patria ignota.

PINNA VEXILLUM.

Tab. VII. f. 8. *Germ.* Die Fahne.


Teſta faſtigiato-triangula, lævi, margine poſtico excurrente lobiformi.

TAB. VII. fig. 8.

Teſta faſtigiata convexa craſſa lævis; Valvæ triangulæ, extremitate una attenuata, oppoſita obtuſa, lata; Margo poſticus curvilineus, excurrens, lobiformis; Color fuſcus.

Long. 3. poll. 8. lin. lat. 4. poll. 2. lin.

Patria ignota.



ORDO



ORDO TERTIUS.

TESTACEA UNIVALVIA.

Germ. Einschalige Konchylien, oder Schnecken. *Belg.* Eenschalige Hoorens. *Gall.* Coquiles univalves. *Angl.* Univalve Shells. *Dan.* Eenskallede.

Conchylia ex unica testa formata, nonnunquam operculata, univalvium seu cochlearum ordinem constituunt; harum aliæ, quibus spira regularis est, apertura, aliæ, spira nulla aut irregulari donatæ, forma distinquuntur, & in sequentia genera dividuntur:

I. ARGONAUTA.

Testa unilocularis, cymbiformis, membranacea, spira involuta.

II. NAUTILUS.

Testa polythalamia, dissepimentis siphone communicante perforatis.

III. CONUS.

Testa convoluta, turbinata, apertura longitudinali edentula, columella lævi.

 IV. CY-

IV. CYPRÆA.

Teſta convoluta, ſubovata, apertura longitudinali, utrinque denticulata, extremitatibus effuſis.

V. BULLA.

Teſta convoluta, lævis, apertura ſubcoarctata oblonga, columella obliqua, edentula.

VI. VOLUTA.

Teſta convoluta, columella transverſe plicata.

VII. BUCCINUM.

Teſta ſpiralis, apertura effuſa, in canalem retuſum deſinente, labio explanato.

VIII. STROMBUS.

Teſta ſpiralis, apertura dilatata, labro ampliato.

IX. MUREX.

Teſta ſpiralis, apertura deſinente in canalem rectum, aut ſubaſcendentem.

X. TROCHUS.

Teſta ſpiralis, apertura angulata aut coarctata, columella obliquata.

XI. TURBO.

Teſta ſpiralis, apertura coarctata, rotunda, integra.

XII. CORNU.

Teſta elongato-conica, volutata, anfractibus teretibus, diſtantibus, apertura rotunda, elabiata, imperforata.

XIII. HE-

XIII. HELIX.

Teſta ſpiralis, anfractibus contiguis, apertura coarctata, columella elabiata.

XIV. NERITA.

Teſta ſpiralis, aperturæ labio transverſo, planiuſculo.

XV. HALIOTIS.

Teſta auriformis, foraminibus ſecundum longitudinem digeſtis, ſpira occultata, laterali.

XVI. PATELLA.

Teſta fornicata, ſubconica, absque ſpira.

XVII. DENTALIUM.

Teſta conica, tubuloſa, libera, utrinque pervia.

XVII. SERPULA.

Teſta tubuloſa, adnata, ſæpius iſthmis intercepta.



ARGONAUTA.

Linn. Syst. Nat. Gen. 317.

Germ. Der Segler. *Belg.* Zeilers. *Angl.* Paper Sailor *Huddesford.* *Gall.* Nautile non chambre *Davila.* *Dan.* Kronjagten *Brunnich.*

Connectit quasi Linnæus testas univalves cum bivalvibus, dum Pinnæ postremum inter conchas, Argonautæ vero primum inter cochleas locum assignat. Quemadmodum enim e valvis binis in unam prope testam coalitis componitur Pinna, ita & Argonauta univalvis e tribus fere partibus, ut recte explicat Bellonius, in unam testam compactus est, nempe e lateribus duobus & carina, ita ut cymbii figuram, puppe inflexa, proraque rostrata, perfecte satis referat. Testæ huic naviculari, membranaceæ, fragili, monothalamiæ, apertura est cordata, spira involuta, occultata, & basis seu carina modo latior, modo angustior, sæpissime dentata, nonnunquam mutica, lateribus compressis, undulato plicatis.

Testam, ex unanimi observatorum sententia, Sepia incolit, seu molluscum præter tentacula duo longiora pedunculata, brachiis octo, membrana natatoria intertextis & cotyledonibus adspersis, donatum; Ore inter brachia terminali, corneo; Oculis infra tentacula versus corpus positis; Corpore carnoso; Vagina pectus excipiente, cum tubo ad basin pectoris. Figuram animalis Aldrovandus [a], Listerus [b], Rumphius [c], Argenvillius [d] & Martini [e] iconibus illustraverunt.

Celebris hæc navigatione sua cochlea supina in summa æquorum pervenit, ita se paulatim subrigens, ut emissa omni per fistulam aqua, velut exonerata sentina, facile naviget; postea tranquillum mare demissis palmulis, ut remis, ferit, si vero flatus invitent, prima duo retorquens brachia membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua velificante in aura, ceteris subremigans brachiis, media cauda ut gubernaculo se regit; Si quid demum pavoris intervenit, remos, vela, gubernacula contrahit, haustaque aqua mergitur in profundum, ubi degere consuevit. Mutuavimus hanc artis nauticæ, qua Argonauta excellit, descriptionem a Plinio [f], qvam recentiorum observata penitus confirmant, nemo vero melius expressit. Vero haud est simile, quod quidam innuunt: Argonautam libere testæ suæ insidere, immi-


nente

nente autem periculo osseam cutem exuere, & in abyssum descendere.

Præterea enim, quod testa, nonnisi ab animali eidem affixo, incrementum capere possit, expertus etiam est Rumphius (g) extractam e testa hanc Sepiæ speciem per paucum temporis spatium vivere. Fors rem explicamus, si tenui tendine, qui facillime rumpitur, adhærere Argonautam domunculæ suæ dicimus.

In pelago velificans nonnunquam capitur. Frequentius inter Sepias prope littorales scopulos deprehenditur a piscatoribus, aut ipse retia ingreditur.

(a) Testaceorum lib. 3. pag. 260.
(b) Hist. Conchyl. tab. 557. f. 7.
(c) Amboinische Raritätenkammer tab. 18. f. 1—3.
(d) Zoomorph. tab. 2. f. 2, 3.
(e) Konchyl. Kab. I. S. 215.
(f) Hist. nat. lib. 9. cap. 29, 30.
(g) Loc. cit. pag. 13.



ARGONAÚTA ARGO.

Linn. S. N. Sp. 271. Muſ. L. U. pag. 548.

Teſta compreſſa, carina noduloſa.

α) Carina tenui, teſtæ rugis denſis, bifurcatis.

Germ. Der ſchmalkielige Segler. *Belg.* Smalkielde Papiere Nautilus *Gronov.* *Angl.* The great britle Sailor *Petiver.* *Gall.* Nautile papyracé a carene etroite *Davila.*

Aldrovandus Teſt. pag. 260.
Bonanni Recr. Cl. 1. f. 13.
Lister Hiſt. Conch. tab. 556. f. 7.
Rumph amboin. tab. 18. f. A.
Petiver amboin. tab. 10. f. 1.
Gualtieri Teſt. tab. 11. f. A, B. tab. 12. f. A.
Klein Meth. oſtrac. tab. 1. f. 3.
Seba Theſ. III. tab. 84. f. 5, 7.
Geve Beluſt. tab. 2. f. 4, 5.
Argenville Conch. tab. 5. f. A.
— — — Zoomorph. tab. 2. f. 2.
Hill Hiſt. of anim. tab. 7.
Ginanni adriat. II. tab. 3. f. 29.
Knorr Vergn. I. tab. 2. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. I. f. 3.
Martini Konch. Kab. I. tab. 17. f. 157.
Da Costa Elem. tab. 3. f. 6.

β) Carina lata, obtuſe ſerrata, teſtæ rugis flexuoſis, rarioribus.

Germ. Der breitkielige Segler. *Belg.* Bredkielde Papiere Nautilus *Gronov.* *Angl.* The courſe britle Sailor *Petiver.* *Gall.* Nautile papyracé a carene large *Davila.*

Lister Hiſt. Conch. tab. 554. f. 5.
Rumph amboin. tab. 18. f. B.
Petiver amboin. tab. 10. f. 2. tab. 22. f. 10.
Gualtieri Teſt. tab. 12. f. C.
Geve Beluſt. tab. 2. f. 6, 7.
Argenville Conch. tab. 5. f. B.
Seba Theſ. III. tab. 84. f. 9—12.
Knorr Vergn. I. tab. 2. f. 2.
— — Delic. nat. I. tab. B. 1. f. 4.
Martini Konch. Kab. I. tab. 17. f. 158, 159.
Murray Fund. Teſt. tab. 1. f. 8.

Teſta

Testa involuta, monothalamia, navicularis, papyracea, fragilissima; Anfractus introrsum occultati, lateribus compressis; Carina undulato-rugosa, marginibus tuberculatis; Apertura cordato-oblonga, utrinque aurita; Color niveus.

Long. 10. poll. lat. 7. poll. 2. lin.

Habitat in mari indico, *Linnæus*, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Bataviam, Caput bonæ Spei, insulas moluccas, *Argenville*; in mari grœnlandico, *Fabricius*; in mari mediterraneo, *Davila*; in adriatico, *Ginnani*, *Bonanni*; ad Corsicam, Sardiniam, & in sinu veneto, *Argenville*.

NAUTILUS.

Linn. Syst. Nat. Gen. 318.

Germ. Das Schifsboot. *Belg.* Shipper *Oudaan.* *Gall.* Nautile chambré *Davila.* *Angl.* Sailor *Huddesford.* *Dan.* Skibssnelken *Brunnich.*

Cochleas polythalamias aut in spiram regularem convolutas, aut elongatas, erectiusculas, Nautilos salutamus. Sunt ex hoc genere plurimæ, oculo tantum armato distinguendæ, quas Janus Plancus [a] ex arena littoris ariminensis in lucem protraxit.


Mira testularum harum fabrica, incredibilis fere earundem copia, geometrica dissepimentorum in minutis domunculis dispositio, animalculaque easdem habitantia, non minori quidem energia infinitam creatoris sapientiam prædicant, quam reliqua gigantea orbis miracula, ubivis obvia, totiesque decantata; Cum vero nec in Museo cæsareo, nec in aliis Testaceorum cimeliis occurrant, neglectis his aliisque, quos regnum lapideum sibi vindicavit, Nautilis, de iis tantum, quæ majoribus speciebus communia sunt, agemus.

Cochleæ spiralis, convolutæ, lævis, cavitas margaritacea dissepimentis fornicatis dividitur in thalamos plurimos, versus centrum certa proportione decrescentes, quos sipho testaceus, tenuis, continuo ductu transit & connectit; In extimo testæ loculo, ceteris ampliore, moratur animal, quod in Nautilo Pompilio carnosum est, brachiis innumeris retractilibus, membrana lobata & digitata connexis, instructum, sub quibus os latet rostratum, corneum, & tubulus carneus spiralis, e quo atramentum sponte ejicit; Conspiciuntur ad latus utrumque oculi, seu cavitates ophthalmicæ, pupilla destitutæ, quas sanies nigra replet;

Ex infima demum corporis parte, quæ diſſepimento extremo proxima eſt, procedit appendix filiformis, ſeu vena, quam ſiphunculus teſtaceus, cujus meminimus, excipit, eamque per totam teſtæ ſpiram ita comitatur, ut ejus beneficio non tantum firmiter teſtæ adnectatur animal, ſed etiam, quod ingenioſe ſatis ſuſpicatur Breynius (b), aquam aeremque in vacuos thalamos immittere vel exhaurire, gravitatemque ſuam augere aut minuere, & jam in altum emergere, jam in profundum deſcendere poſſit. Nondum tamen detegere licuit aperturas ſiphunculi hujus hiantes, per quas aqua cum loculis thalamorum vacuis communicare queat, id quod poſteris indagandum relinquimus, a quibus & rectiorem animalis figuram, quam Rumphius (c), Argenvillius (d) & Martinius (e) exhibuit, expectamus.

In abyſſo maris brachiis ſuis incedentes, domumque a dorſo portantes gregatim victitant nonnullæ Nautilorum ſpecies, unde nonnunquam irato mari a commotis fluctibus in altum auferuntur, ubi converſa teſta tentacula explicant, & per tempus aliquod navigant; aliæ, velut Nautilus Spirula, baſi ſcopulis, quos oceanus alluit, adhærent, & flante borea inde avulſæ ad littus deferuntur.

(a) Jani Planci de conchis minus notis Liber Romæ 1760. 4to.
(b) Breynii Diſſert. phyſica de Polythalamiis, Gedani 1732.
(c) Rumph amboiniſche Raritätenkammer tab 17. f. B.
(d) Argenville Zoomorph. pag. 27. tab. 2. f. 1.
(e) Martini Konch. Kab. I. pag. 222.



NAU-

NAUTILUS POMPILIUS.

Linn. S. N. Sp. 273. Muf. L. U. pag. 549.

Germ. Das Schifsboot. *Belg.* Schipper *Gronov.* *Angl.* Thick Sail Shell. *Gall.* Nautile a cloifons *Argenville.*

Tefta fubrotunda, compreffa, apertura cordata, anfractibus obtectis, involutis, lævibus.

Rondelet Teft. pag. 97.
Aldrovandus Teft. pag. 265.
Bonanni Recr. Cl. 1. f. 1, 2.
Lister Hift. Conch. tab. 551. f. 3. 2.
Rumph amboin. tab. 17. f. A, C.
Valentin Abhand. tab. 1. f. 4.
Petiver Gazoph. I. tab. 99. f. 9.
— — amboin. tab. 3. f. 7.
Gualtieri Teft. tab. 17. f. A.
Argenville Conch. tab. 5. f. E.
Breyn Polyth. tab. 1.
Klein Meth. oftrac. tab. 1. f. 1, 2.
Geve Beluft. tab. 1. f. 1—3.
Knorr Vergn. I. tab. 1. f. 2. tab. 2. f. 3.
Martini Konch. Kab. I. tab. 18, 19. f. 164—167.
Da Costa Elem. tab. 2. f. 16.

Tefta fubrotunda polythalamia, navicularis, compreffa, craffa, lævis; Anfractus involuti obtufi; Spira occulta; Apertura cordata; Cavitas in thalamos plurimos divifa per diffepimenta transverfa convexo-concava, & pertufa fiphone communicante ad fpiræ apicem ufque; Color epidermidis extus albidus, fafciis undatis rufis, cavitatis margaritaceus nitens.

Long. 8. poll. long. orif. 5. poll. lat. orif. 3. poll.

Habitat in Indiis, *Davila*; in mari chinenfi, *Bonanni*; in finu perfico, *Rondelet*; in Africa, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

NAUTILUS SPIRULA.

Linn. S. N. Sp. 279. Muf. L. U. pag. 549.

Germ. Das Pofthorn. *Belg.* Bifchops Staafje *Gronov.* *Angl.* Ramshorn Sailor *Huddesford.* *Gall.* Ammonie *Davila.*

Tefta involuta, tereti, anfractibus confpicuis, apertura orbiculari.

Lister Hift. Conch. tab. 550. f. 2.
Bonanni Muf. Kirch. Cl. 1. f. 39.
Rumph amboin. tab. 20. f. 1.
Petiver amboin. tab. 22. f. 4.
Gualtieri Teft. tab. 19. f. E.
Breyn Polyth. tab. 2. f. 8, 9.
Klein Meth. oftrac. tab. 1. f. 6.
Geve Beluft. tab. 3. f. 8. a, b.
Knorr Vergn. I. tab. 2. f. 6.
Martini Conch. Kab. I. tab. 20. f. 184, 185.
Da Costa Elem. tab. 2. f. 19.

Tefta tenuis fubpellucida, involuta, teres; Anfractus fpiraliter involuti, disjuncti, articulati, geniculis anguftioribus; Apertura orbicularis; Cavitas polythalamia, diftincta diffepimentis transverfis convexo-concavis, ad latus interius fiphone communicante perforatis; Color niveus, diffepimentorum argenteus.

Diamet. teft. 9. lin. orif. 2. lin.

Habitat in America, Amboina, Moluccis, *Linnæus*; ad Barbados, *Lifter*; ad Jamaicam, *Breynius*.

CONUS.

Linn. Syft. Nat. Gen. 319.

Germ. Die Tutenſchnecke. *Belg.* Toot *Oudaan.* *Angl.* Cone-Shell *Huddesford.* *Gall.* Cornet *Davila.* *Dan.* Keglſnekken *Brunnich.*

Conchylium, de quo agimus, fummo in pretio eft oftracodermatum collectoribus, & a gracili teftæ ftructura, picturæ elegantia ac nitore, maxime commendatur. Figura, conum inverfum referens, generi nomen cochlearum conoidearum impofuit, cujus characterem conftituit: Tefta involuta turbinata; Apertura edentula, elongata, æqualis & fere linearis aut fuperne dilatata; Bafis attenuata, effufa, vix non femper rugis obliquis marginata; Anfractus plani, fæpius canaliculati, nonnunquam connati, adfcendentes in fpiram brevem aut pyramidatam; Superficies externa rarius transverfim ftriata aut fulcata, plerumque lævis, picta maculis, lineis, reticulis, fafciis, mira naturæ in coloribus ludentis varietate.

A diverfa fpiræ & ventris forma ita dividimus conos, ut

I. Spira planiufcula,
II. Spira pyramidata,
III. Venter elongatus,
IV. Venter laxus.

notas

notas characteriſticas familiarum indicet. Teguntur Coni, dum in mari victitant, epidermide, quam artifices poliendo detrahunt, ut pulchrius pateant vividi colores, calcarias has domunculas eo uſque nobilitantes, ut non raro incredibili ſere pretio veneant, quamvis nil magis ad incrementum hiſtoriæ naturalis faciant, quam quæcunque alia, quæ paſſim negligimus, Teſtacea.

Ad moderandam quaſi hanc colorum ſuperbiam incolit fucatas has teſtas conoideas molluſcum noxium & venenatum, capite parvo, cylindrico, oblique truncato, cui tentacula bina, conica, acuminata, capite duplo longiora adnata ſunt, inſtructa extus punctis ophthalmicis, apici jam approximatis, jam remotioribus; In capitis foſſula declivi ſitum eſt os rotundum animalis, quo, velut propoſcide, ſeſe corporibus obviis adſugit, ut dorſum teſta ponderoſa onuſtum, facilius protrahat; Ad collum vero, cui inſiſtit caput, progreditur pallii pars, quæ tubulum cylindricum mentitur longitudinaliter fiſſum & ad latus ſiniſtrum declinantem; Adhæret demum pedis elliptici, obtuſi, inæqualiter ſulcati extremitati poſticæ operculum corneum, tenue, ſtriis ſurſum arcuatis notatum, quod partem tantum aperturæ ad ſpiræ baſin claudit; Reliquam molluſci figuram Argenvilli [a], Adanſonii [b], Martinii [c], Forskæliique [d] tabulæ rectius exprimunt, & obſervatas in iconibus differentias imputamus ſpecierum, quas unusquisque exhibuit, diverſitati.

Habitant Coni, quorum paucas nonniſi ſpecies nutrit mare europæum, ad littora ſaxoſa & rupes marinas.

(a) Argenville Zoomorph. tab. 3. f. F.
(b) Adanſon loc. cit. tab. 6. f. 1.
(c) Martini ſyſtem. Konch. Kab. II. S. 208. Fig. 2, 3, 6.
(d) Forskæl icon. rer. nat. tab. 40. f. D.



I. SPIRA

I. SPIRA PLANIUSCULA.

CONUS MARMOREUS.

Linn. S. N. Sp. 290. Muſ. L. U. pag. 550.

Teſta conica, maculis ſubcordatis albis, ſpiræ anfractibus canaliculatis.

α) Teſta e nigro fuceſcens, maculis aggregatis connatisve, cordatis, aut obtuſe triangulis, albis.

Germ. Die Herztute. *Belg.* Harte Toot *Gronov.* *Angl.* Tyger-Shell *Hill.* *Gall.* Tigre noir *Davila.*

Lister Hiſt. Conch. tab. 787. f. 39.
Rumph amboin. tab. 32. f. N.
Petiver Gazoph. I. tab. 47. f. 11.
Valentin Abhand. tab. 3. f. 25. tab. 7. f. 65. A.
Gualtieri Teſt. tab. 22. f. D.
Seba Theſ. III. tab. 46. f. 1, 2. 13—19.
Hill Hiſt. of anim. tab. 7.
Regenfus Samml. I. tab. 5. f. 53.
Knorr Vergn. I. tab. 15. f. 2.
Martini Konch. Kab. II. tab. 62. f. 685.

β) Teſta rufa, maculis, ut in præcedenti.

Germ. Die rothe Herztute. *Belg.* Root-Hart-Toot. *Gall.* Tigre rouge *Davila.*

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 123.
Valentin Abhand. tab. 5. f. 43.
Seba Theſ. III. tab. 55. f. 2, 3.
Argenville Conch. tab. 12. f. O.
Knorr Vergn. IV. tab. 17. f. 1.
Martini Konch. Kab. II. tab. 62. f. 686.

γ) Teſta fuſca, maculis inæqualiter diſperſis cordatis & difformibus albis, nonnunquam in cingula tria digeſtis.

Germ. Schout bey Nacht. *Belg.* Schout by Nagt *Gronov.* *Gall.* Contre Ammiral.

Valentin Abhand. tab. 2. f. 10. tab. 5. f. 44.
Seba Theſ. III. tab. 46. f. 5—12. tab. 47. f. 6.
Knorr Vergn. I. tab. 7. f. 4.
Martini Konch. Kab. II. tab. 62. f. 687, 688.

Teſta

Testa conica ponderosa, lævis; Spira planiuscula; Anfractus canaliculati, acute marginati, supremis nonnunquam coronatis; Apex prominulus; Basis transversim striata.

α) Long. 3. poll. 1. lin. lat. 1. poll. 7. lin.

β) Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

γ) Long. 2. poll. 4. lin. lat. 1. poll.

Unica hæc species e toto genere edulis. *Martini.*

Habitat in India orientali & occidentali, *Seba*, *Davila*; in Asia, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

CONUS IMPERIALIS.

Linn. S. N. Sp. 291. Mus. L. U. pag. 550.

Germ. Die Krontute. *Belg.* Gebante Kroon-Toot *Gronov.* *Angl.* Crown Stamper *Petiver.* *Gall.* Couronne imperiale *Argenville.*

Testa conica, alba, coronata, fasciis ochraceis, lineisque articulatis transversis.

LISTER Hist. Conch. tab. 766. f. 15.
RUMPH amboin. tab. 34. f. H.
PETIVER amboin. tab. 7. f. 6.
GUALTIERI Test. tab. 22. f. A.
SEBA Thes. III. tab. 47. f. 18—20.
ARGENVILLE Conch. tab. 11. f. F.
KNORR Vergn. II. tab. 11. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 62. f. 690, 691.

Testa conica, ponderosa; Spira complanata; Anfractus acute marginati, coronati; Apex centralis prominulus; Color albus fusco nigroque maculatus, fasciis duabus latis, luteis, supra & infra medium ventris, quæ lineis transversis parallelis nigris fulvisque interruptis cinguntur.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in India orientali, *Seba*; in Guinea, *Martini*.

CONUS FUSCATUS.

Germ. Die schwarzbraune Krontute. *Belg.* Tueete Kronhoorn. *Angl.* Blaws Stamper *Petiver.* *Gall.* Couronne imperiale de la seconde espece.

 Testa

Testa alba, fusco maculata, lineis transversis obscurioribus interruptis.

Rumph amboin. tab. 34. f. I.
Petiver amboin. tab. 15. f. 17.
Klein Meth. ostrac. tab. 4. f. 84.
Seba Thes. III. tab. 47. f. 21.
Argenville Conch. tab. 12. f. E.
Valentin Abhand. tab. 3. f. 26.
Regenfus Samml. I. tab. 3. f. 35.
Martini Konch. Kab. II. tab. 62. f. 692, 693.

Testa conica; Spira planiuscula, apice centrali prominulo; Anfractus octo, acute marginati, coronati; Color fuscus, maculis longitudinalibus confluentibus albis, lineis transversis tenuibus atro-fuscis, interdum albo-articulatis.

Long. 2. poll. 1. lin. lat. 1. poll.

Habitat ad insulam Mauritii, *Martini*; ad Guineam, *Regenfus*.

CONUS LITERATUS.

Linn. S. N. Sp. 292. Mus. L. U. pag. 551.

Germ. Die Tigertute. *Belg.* Letter-Hoorn *Rumph.* *Angl.* Horn-Book Stamper *Petiver.* *Gall.* Damier *Davila.*

Testa conica alba, maculis quadratis, seriatim digestis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 363.
Lister Hist. Conch. tab. 770. f. 17. tab. 773. f. 19. tab. 774. f. 20.
Rumph amboin. tab. 31. f. D.
Petiver amboin. tab. 2. f. 5.
Gualtieri Test. tab. 21. f. O.
Argenville Conch. tab. 12. f. I.
Adanson Seneg. tab. 6. f. 1.
Seba Thes. III. tab. 45. f. 1—5.
Regenfus Samml. I. tab. 3. f. 29. tab. 4. f. 46.
Knorr Vergn. I. tab. 16. f. 3.
— — — III. tab. 3. f. 2.
— — — IV. tab. 26. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. III. f. 4.
Martini Konch. Kab. tab. 60. f. 666—668. tab. 61. f. 670—672. 674.
Da Costa Elem. tab. 5. f. 9.

Testa

Testa conica; Spira complanata; Anfractus canaliculati, canaliculis planiusculis, striatis; Color testæ albus, macularum colore & dispositione varia.

α) Punctis fuscis subæqualibus, absque fascia transversa.

Long. 4. poll. 5. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

β) Punctis fuscis æqualibus, absque fascia transversa, spira nodoso-coronata.

Long. 3. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

γ) Punctis fuscis confertis, fasciis geminatis flavis.

Long. 2. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

δ) Punctis fuscis distinctis, fasciis tribus flavescentibus.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 6. lin.

ε) Maculis quadratis fuscis, fasciisque tribus transversis latis.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

ζ) Maculis punctisque confluentibus fulvis.

Long. 3. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in oceano asiatico, *Linnæus;* in Indiis, *Davila;* in India orientali & Africa, *Martini;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Senegalliam, *Adanson.*

CONUS GENERALIS.

Linn. S. N. Sp. 293.

Germ. Das Klöppelküssen. *Belg.* Speldewerks-Kussen *Rumph.* *Angl.* Net listed Stamper *Petiver.* *Gall.* La Flamboyante *Argenville.*

Testa conica ferruginea, fasciis tribus interruptis albis, anfractibus canaliculatis.

LISTER Hist. Conch. tab. 786. f. 35.
RUMPH amboin. tab. 33. f. Y.
PETIVER Gazoph. I. tab. 27. f. 11.
— — amboin. tab. 3. f. 9.
GUALTIERI Test. tab. 20. f. G.
SEBA Thes. III. tab. 54. f. 11—13.
ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. T.
VALENTIN Abhand. tab. 1. f. 9.
REGENFUS Samml. I. tab. 6. f. 65.

Knorr Vergn. II. tab. 5. f. 2.
— — — III. tab. 17. f. 4, 5. tab. 18. f. 3, 4.
Martini Konch. Kab. II. tab. 58. f. 648—652.
Da Costa Elem. tab. 5. f. 8.

Testa conica lævis; Anfractus undecim complanati, canaliculati, acute marginati; Spiræ basis plana; Apex attenuatus, prominens; Color spiræ albo & ferrugineo maculatus, ventris ferrugineus, baseos niger, fasciis tribus interruptis albis, suprema infra spiræ marginem, secunda in medio ventris, tertia supra basin.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 1. poll.

Variat colore flavo.

Habitat in India orientali, *Linnæus;* in India occidentali, *Martini;* ad insulam Mauritii, *Spengler;* ad Amboinam, *Rumph.*

CONUS CANDIDUS.

Tab. VII. f. 9. *Germ.* Die weiße Krontute.

Testa conica, glabra, alba, spiræ anfractibus coronatis, apice centrali amethystino.

TAB. VII. fig. 9.

Testa conica, solida; Anfractus octo coronati; Apex centralis prominulus, decorticatus; Venter convexiusculus; Basis transversim striata; Color niveus, apicis centralis amethystinus.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 10. lin.

Seba in Thesauri locupletissimi Tom. III. tab. 47. f. 8. ejusmodi fere Conum exhibet, quem pro Cono marmorato, torni ope decorticato, habet, id quod in specimine nostro vel ideo vero similius est, cum spira sit coronata; Ob apicem autem spiræ centralem amethystinum speciem hanc a reliquis distinximus. Calamitates certe nobilis scientiæ sunt testæ detritæ, politæ, vernicibus oblitæ, fucatis coloribus adumbratæ [a].

Patria ignota.

(a) Scopoli Introd. ad histor. natural. pag. 386.

CONUS VIRGO.

Linn. S. N. Sp. 294. Muſ. L. U. pag. 551.

Germ. Die Mennonitentute. *Belg.* Meniſte-Toot *Gronov.* *Angl.* Wax-Stamper *Petiver.* *Gall.* Le Cierge blanc & jaune *Davila.*

Teſta conica pallida, ſtriata, baſi violacea.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 754. f. 2. tab. 755. f. 3.
RUMPH amboin. tab. 31. f. E.
PETIVER amboin tab. 8. f. 9.
GUALTIERI Teſt. tab. 20. f. E.
SEBA Theſ. III. tab. 47. f. 9.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 4. f. 83.
KNORR Vergn. III. tab. 22. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 59. f. 585, 586.

Teſta conica; Spira fere convexa; Anfractus planiuſculi, ſubcanaliculati; Venter longitudinaliter ſubtiliſſime ſtriatus, transverſim, præcipue verſus baſin, ruguloſus; Color pallide incarnatus, aut lacteus, baſi violacea.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 10. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph;* ad inſulam Mauritii, *Liſter.*

CONUS TESSULATUS.

Germ. Der Eſtrich. *Belg.* Italianſche Vloeren. *Angl.* The italian Parament. *Gall.* La Moſaique *Oudaan.*

Teſta conica alba, maculis oblongis cinnabarinis, baſi ſulcata, amethyſtina.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 767. f. 17.
GUALTIERI Teſt. tab. 21. f. H.
MARTINI Conch. Kab. II. tab. 59. f. 653, 654.

Teſta conica; Anfractus decem plani canaliculati, ſtriati, margine externo acuto; Spira planiuſcula; Apex acutus; Baſis ſulcata; Color teſtæ niveus, maculis oblongis cinnabarinis, baſeos ex roſeo violaceus.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 10. lin.

Linnæo varietas tantum ſpeciei præcedentis.

Habitat in oceano africano, *Martini.*

CONUS CAPITANEUS.

Linn. S. N. Sp. 295. Muſ. L. U. pag. 552.

Germ. Die Käſetute. *Belg.* Olyven groene Kaas *Gronov.* *Angl.* Green Stamper *Petiver.* *Gall.* L'Hermine *Davila.*

Teſta conica glabra, faſciis duabus albis, fuſco-maculatis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 780. f. 27.
RUMPH amboin. tab. 33. f. X.
PETIVER amboin. tab. 9. f. 11.
— — Gazoph. I. tab. 28. f. 4.
GUALTIERI Teſt. tab. 22. f. M.
SEBA Theſ. III. tab. 42. f. 28—30, 32.
ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. K.
REGENFUS Samml. I. tab. 7. f. 7.
KNORR Vergn. I. tab. 15. f. 3.
— — — V. tab. 16. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 59. f. 660—662.

Teſta conica lævis; Anfractus octo reticulatim ſtriati; Spira plano-convexa; Baſis transverſim rugoſa, fuſca; Color ſpiræ albo fuſcoque maculatus, ventris olivaceo-luteus, ſeriatim fuſco-punctatus, cingulis duobus fuſco-maculatis, ſupremo infra ſpiram, altero in medio ventris.

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Variat colore teſtæ rufo.

Habitat in Aſia, *Linnæus;* in India orientali, *Regenſus;* ad Amboinam, *Rumph.*

CONUS MILES.

Linn. S. N. Sp. 296.

Germ. Die Zwirntute. *Belg.* Arakans Garen *Gronov.* *Angl.* Garter Stamper *Petiver.* *Gall.* Le Navet *Argenville.*

Teſta conica, albida, faſciis duabus transverſis fuſcis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 786. f. 34.
RUMPH amboin. tab. 33. f. W.
PETIVER amboin. tab. 8. f. 1.
SEBA Theſ. III. tab. 42. f. 23, 25.

ARGEN-

ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. L.
KNORR Vergn. I. tab. 15. f. 4.
— — — III. tab. 1. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 59. f. 663, 664.

Teſta conica; Anfractus decem plani canaliculati; Spira plano-convexiuſcula; Baſis ſtriata, ſtriis transverſis elevatis; Color albus, lineis filoſis fuſcis longitudinalibus, cingulis duobus fuſcis, in medio & ad baſin locatis, pictus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in India orientali, *Martini*, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

CONUS CENTURIO.

Germ. Der Oranienkegel. Tab. VII. f. 10

Teſta conica, anfractibus canaliculatis, baſi attenuata, transverſim ſulcata.

TAB. VII. fig. 10.

Teſta conica, lævis; Spira planiuſcula; Anfractus contigui canaliculati; Vertex obtuſus centralis; Baſis attenuata, ſulcis transverſis; Color aurantius, faſciis duabus transverſis albis, quas lineæ aurantiæ angulatæ oblique transcurrunt.

Long. 1. poll. 4. Lin. lat. 9. lin.

Patria ignota.

II. SPIRA PYRAMIDATA.

CONUS PRINCEPS.

Linn. S. N. Sp. 297. Muſ. L. U. pag. 552.

Germ. Die Baſtard Bauernmuſick. *Belg.* Baſtert-Tygers-Katje. *Gall.* La fauſſe hebraique *Davila.*

Teſta turbinata, fuſco-nigra, lineis longitudinalibus flexuoſis, pallidis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 138.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 779. f. 26.

VALENTIN Abhand. tab. 11. f. 94.
GUALTIERI Teſt. tab. 25. f. Q.
SEBA Theſ. III. tab. 47. f. 30, 31.
KNORR Vergn. III. tab. 4. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 63. f. 699, 700.

Teſta oblonga, turbinata, lævis; Spira convexa obtuſiuſcula, ſubcoronata; Baſis rugoſa haud emarginata; Color e fuſco niger, faſciis longitudinalibus maculisque in ſpira albis.

Long. 11. lin. lat. 8. lin.

Habitat in America Hiſpanorum, *Seba*; ad Jamaicam, *Liſter*.

CONUS AMMIRALIS.

TAB. VII. f. 11. Linn. S. N. Sp. 298. Muſ. L. U. pag. 553.

Germ. Die Admiralitute. *Belg.* Opper-Admiral. *Angl.* Burgs-Stamper *Petiver.* *Gall.* Le grand Amiral *Argenville.*

Teſta fulva, lævis, maculis diſperſis albis, faſciisque tranſverſis reticulatis.

α) Faſciis tranſverſis tribus, ſecunda cingulo articulato bifariam diviſa.

RUMPH amboin. tab. 34. f. B.
PETIVER amboin. tab. 15. f. 18.
ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. N.
SEBA Theſ. III. tab. 48. f. 5.
KNORR Vergn. I. tab. 8. f. 2.
— — Delic. nat. I. tab. B. V. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 57. f. 634.

β) Faſciis quatuor, ſecunda obſoleta tenui, tertia cingulo articulato bifariam diviſa.

MARTINI Konch. Kab. II. tab. 57. f. 635.

γ) Faſciis quatuor, ſecunda obſoleta tenui, tertia lata, cingulis articulatis duobus trifariam diviſa.

TAB. VII. f. 11.

PETIVER amboin. tab. 15. f. 11.
ARGENVILLE Suppl. tab. 1. f. P.
SEBA Theſ. III. tab. 48. f. 4, 6.

Teſta

Teſta pyriformis lævis; Spira pyramidata; Anfractus canaliculati; Baſis ſtriis transverſis punctato-ſcabra; Color fulvus, maculis diſperſis albis, cingulisque tenuiſſime reticulatis fulvis.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 1. poll.

Habitat in oceano Indiæ meridionalis, *Linnæus*; in India orientali, *Seba*.

CONUS SENATOR.

Linn. S. N. Sp. 300.

Germ. Die Schildkrötentute. *Belg.* Schildpad-Toot. *Gall.* Ecaille de Tortue.

Teſta ovata, nebuloſa, lævi, transverſim articulato-ſtriata.

SEBA Theſ. III. tab. 43. f. 36.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 55. f. 609—611.

Teſta ovata, lævis, ſtriata, ſtriis elevatis transverſis; Spira acutiuſcula; Anfractuum ſutura excavato-ſtriata; Baſis ſubemarginata; Color griſeus, faſciis longitudinalibus latis, transverſim albo fuſcoque articulatim lineatis.

Long. 1 poll. 9. lin. lat. 10. lin.

Habitat in America, *Statius Müller*.

CONUS GENUANUS.

Linn. S. N. Sp. 302. Muſ. L. U. pag. 554.

Germ. Die guineiſche Tute. *Belg.* Geneeſche Toot. *Gall.* Aile de papillon *Argenville*.

Teſta lævi, pallide rubra, cingulis albo fuſcoque articulatis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 337.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 767. f. 16.
RUMPH amboin. tab. 34. f. G.
GUALTIERI Teſt. tab. 22. f. G, H.
ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. Q, V.
SEBA Theſ. III. tab. 48. f. 1—3.
KNORR Vergn. III. tab. 1. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 56. f. 623—625.

Testa conica lævis; Spira acutiuscula; Anfractus obtusi canaliculati; Color pallide ruber, cingulis albo fuscoque articulatis, alternatim angustioribus, in speciminibus nobilioribus ocellatis.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in India orientali, *Martini;* ad littora Guineæ, *Knorr.*

CONUS MONACHUS.

Linn. S. N. Sp. 304. Mus. L. U. pag. 555.

Germ. Der Mönch. *Belg.* Graauwe Monnik *Gronov.* *Angl.* Gray Monk.

Testa lævi, fusca, ex albo & griseo nebulata, basi transversim sulcata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 126.
RUMPH amboin. tab. 33. f. C. C.
PETIVER amboin. tab. 15. f. 7.
SEBA Thes. III. tab. 48. f. 45.
REGENFUS Samml. I. tab. 12. f. 68.
KNORR Vergn. III. tab. 16. f. 2.
— — — V. tab. 18. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 55. f. 614.

Testa conica, gibba, lævis; Spira convexo-obtusa; Basis sulcis transversis exarata; Color fuscus, albo cinereoque nebulosus.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 8. lin.

Habitat ad Amboinam, *Rumph;* in mari mediterraneo, *Seba.*

CONUS MINIMUS.

Linn. S. N. Sp. 305. Mus. L. U. pag. 556.

Germ. Der graue Mönch. *Gall.* La Minime *Davila.*

Testa ovato-oblonga, glauco albidoque nebulosa, lineis fuscis interruptis cincta.

VALENTIN Abhand. tab. 3. f. 24.
ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. A.
KNORR Vergn. III. tab. 27. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. tab. 63. f. 703.

Teſta ovato-oblonga, gibba; Spira convexa; Anfractus ſtriati; Baſis transverſim ſulcata; Color e glauco albidoque nebuloſus, lineis transverſis interruptis fuſcis.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 8. lin.

Variat ſpira coronata.

Habitat in Indiis, *Davila*.

CONUS MERCATOR.

Linn. S. N. Sp. 307. Muſ. L. U. pag. 557.

Germ. Die bandirte Neztute. *Belg.* Net-Tootje *Gronov.*

Teſta ovato-alba, faſciis latis, reticulatis, fulvis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 136.
Lister Hiſt. Conch. tab. 488. f. 41.
Valentin Abhand. tab. 7. f. 65. B.
Argenville Conch. tab. 12. f. P.
Adanson Seneg. tab. 6. f. 3.
Knorr Vergn. II. tab. 1. f. 4.
Martini Konch. Kab. II. tab. 56. f. 620.

Teſta cylindrico-ovata; Spira convexa, obtuſe acuminata; Baſis ſtriata; Color albus, faſciis duabus fulvis, latis, tenuiter reticulatis, altera ad initium, altera in medio ventris.

Long. 11. lin. lat. 5. lin.

Differt animal a reliquis hujus generis: Pede nigreſcente, ſubtus ſulcis duodecim longitudinalibus inciſo, undique lineis cinereis inæqualibus ſtriato, antice vero linea roſea cincto; Tentaculis coloris carnei, transverſim fuſco-annulatis; Operculo triplo breviore, quam teſtæ apertura (a).

Habitat in Africa, *Linnæus;* ad Promontorium S. Bernardi & inſulas Magdalenæ, *Adanſon.*

(a) Adanſon Hiſt. naturel. du Senegal pag. 92.

CONUS RETICULATUS.

Germ. Das Fiſchernez. *Gall.* Drap a reſeau *Davila.*

Teſta ovato-oblonga nivea, undique fulvo-reticulata.

Martini Konch. Kab. II. tab. 56. f. 621.

Testa ovata, pyriformis, glaberrima; Spira pyramidata lævis, anfractibus contiguis; Apex centralis mucronatus; Basis attenuata, transversim sulcata; Color niveus, filis reticulatis fulvis intertextus, quæ areolas lanceolatas transversas constituunt.

Long. 1. poll. lat. 5. lin.

Patria eadem cum præcedenti, cujus forte nonnisi varietas?

CONUS BETULINUS.

Linn. S. N. Sp. 308. Muf. L. U. pag. 557.

Germ. Die gelbe Butterwecke. *Belg.* Booterwegs-Toot *Gronov.* *Angl.* Great yellow Leopard-Stamper *Petiver.* *Gall.* Pelote de beurre *Davila.*

Testa turbinata lævi, maculis fuscis per series cincta, basi rugosa.

LISTER Hist. Conch. tab. 762. f. 11.
RUMPH amboin. tab. 31. f. C.
PETIVER amboin. tab. 15. f. 2.
GUALTIERI Test. tab. 21. f. B.
SEBA Thes. III. tab. 44. f. 1—4.
KNORR Vergn. II. tab. 11. f. 3.
DA COSTA Elem. tab. 5. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 60. f. 665.

Testa turbinata lævis; Spira mucronata, anfractibus duodecim, extimis rotundatis; Basis transversim rugoso-scabra; Color testæ flavescens, maculis ovatis fuscis per series transversas, & in spira maculis magnis fuscis interstinctus.

Long. 3. poll. 5. lin. lat. 2. poll. 2. lin.

Habitat in Indiis, *Davila*; in India orientali, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph.*

CONUS FIGULINUS.

Linn. S. N. Sp. 309. Muf. L. U. pag. 558.

Germ. Die Eichenholztute. *Belg.* Eiken-houts-Toot *Gronov.* *Angl.* The Oakenwood Stamper. *Gall.* Le Bois de Chene.

Testa turbinata, lævi, lineis transversis fucescentibus.

LISTER

LISTER Hist. Conch. tab. 785. f. 32.
RUMPH amboin. tab. 31. f. V.
GUALTIERI Test. tab. 20. f. E.
SEBA Thes. III. tab. 54. f. 3, 4.
REGENFUS Samml. I. tab. 10. f. 47.
KNORR Vergn. III. tab. 11. f. 2.
— — — V. tab. 25. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. tab. 59. f. 656, 657.

Testa turbinata lævis; Spira convexa, apice mucronato; Anfractus duodecim, extimis rotundatis; Basis emarginata rugoso-scabra; Color testæ fucescens, lineis obscurioribus transversis parallelis.

Long. 2. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph.*

CONUS ERMINEUS.

Germ. Der Hermelinschwanz. *Belg.* Hermelin-Staart. *Gall.* Queue d'Hermine *Davila.*

Testa pyriformi fulva, fasciis transversis niveis, basi striis punctatis scabra.

VALENTIN Abhand. tab. 5. f. 47.
GUALTIERI Test. tab. 20. f. Q.
SEBA Thes. III. tab. 42. f. 31, 34, 35, 40.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 57. f. 630, 631.

Testa pyriformis, lævis; Spira conica; Anfractus glabri planiusculi; Basis transversim striata, striis elevatis punctato-scabris; Color testæ fulvus, spiræ albo-maculatus, ventris cingulis duobus albis interruptus, cum punctis elevatis albis ad basin.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 8. lin.

Habitat in Indiis, *Martini.*

CONUS HEBRÆUS.

Linn. S. N. Sp. 310. Mus. L. U. pag. 558.

Germ. Die Bauernmusik. *Belg.* Boeren-Musik *Gronov.* *Angl.* Blak Diamond Stamper *Petiver.* *Gall.* L'Hebraique *Davila.*

Testa ovata, maculis oblongis per series transversim cincta.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 122.
LISTER Hist. Conch. tab. 779. f. 25.
RUMPH amboin. tab. 33. f. B, B.
PETIVER amboin. tab. 9. f. 12.
— — Gazoph. I. tab. 99. f. 12.
GUALTIERI Test. tab. 25. f. T.
ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. G.
ADANSON Seneg. tab. 6. f. 5.
SEBA Thes. III. tab. 47. f. 28, 29.
KNORR Vergn. III. tab. 6. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 56. f. 617.

Testa ovata lævis; Spira sensim convexa, obtusiuscula; Basis transversim striata; Color albus, fasciis compositis e maculis nigris aut fuscis oblongis, nonnunquam ramosis.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 9. lin.

Habitat in India, *Linnæus*, *Ginanni*; in America Hispanorum, *Seba*; ad insulam Mauritii, *Lister*; ad littora lapidosa Amboinæ, *Rumph*; rarior ad Senegalliam, *Adanson*.

CONUS STERCUS MUSCARUM.

Tab. VII. f. 12. Linn. S. N. Sp. 311. Mus. L. U. pag. 589.

Germ. Die Sandtute. *Belg.* Muggescherje *Gronov.* *Angl.* Sand Stamper *Petiver.* *Gall.* Piqure de Mouches *Davila.*

Testa oblonga, punctis pictis adspersa, anfractibus canaliculatis.

α) Spiræ anfractibus inermibus, testa angustiore.

BONANNI Mus. Kirch. f. 408.
LISTER Hist. Conch. tab. 757. f. 9.
PETIVER Gazoph. I. tab. 75. f. 1.
— — amboin. tab. 15. f. 20.
RUMPH amboin. tab. 33. f. Z.
GUALTIERI Test. tab. 25. f. O.
ARGENVILLE Conch. tab. 13. f. E.
REGENFUS Samml. I. tab. 7. f. 2.
KNORR Vergn. I. tab. 7. f. 5.
— — Delic. nat. I. tab. B. 5. f. 7.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 64. f. 711—713.

β) Spiræ

β) Spiræ anfractibus coronatis, testa ventricosa.

TAB. VII. fig. 12.

LISTER Hist. Conch. tab. 761. f. 10.
RUMPH amboin. tab. 33. f. C, C.
PETIVER amboin. tab. 15. f. 21.
ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. S.
SEBA Thes. III. tab. 55. f. 1.

Testa ovata; Spira convexa, apice acuto; Anfractus canaliculati septem; Basis obtuse emarginata & longitudinaliter exarata striis concavis; Color albus, punctis copiosis minutis fuscis rufisve adspersus.

α) Long. 1. poll. 9. lin. lat. 10. lin.
β) Long. 1. poll. 5. lin. lat. 11. lin.

Habitat in Asia, *Linnæus*; in Indiis, *Bonanni*; ad Amboinam, *Rumph.*

CONUS VARIUS.

Linn. S. N. Sp. 312. Mus. L. U. pag. 559.

Germ. Die Löwentute. *Belg.* Westindische Landcharten-Toot. *Gall.* Peau de Chagrin *Argenville.*

Testa elongata, punctis elevatis cincta, spiræ anfractibus coronatis.

BONANNI Mus. Kirch. f. 129.
LISTER Hist. Conch. tab. 759. f. 4.
ARGENVILLE Conch. tab. 12. f. R.
SEBA Thes. III. tab. 44. f. 19—21.
KNORR Vergn. I. tab. 24. f. 5.
— — — VI. tab. 1. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 61. f. 679.

Testa ovato-oblonga scabra; Spira conica anfractibus coronatis; Venter punctis elevatis per series transversas digestis muricatus; Basis emarginata; Color:

α) Fuscus, maculis confluentibus ramosis albis.
β) Luteus, maculis dispersis solitariis albis.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 6. lin.

Habitat in Indiis, *Davila*; ad insulam Mauritii, *Lister.*

III. Elongati.

Conus Nussatella.

Linn. S. N. Sp. 314.

Germ. Der punktirte Bohrer. *Belg.* Granuleerde Kuipers-Boor *Gronov.* *Angl.* Schagreen Cone *Huddesford.* *Gall.* Tarriere chagrinée.

Teſta ſubcylindrica, ſtriis transverſis elevatis, punctato-maculatis.

Lister Hiſt. Conch. tab. 744. f. 35.
Rumph amboin. tab. 33. f. EE.
Petiver amboin. tab. 15. f. 13.
Gualtieri Teſt. tab. 25. f. L.
Argenville Conch. tab. 13. f. P.
Seba Theſ. III. tab. 48. f. 21, 22.
Knorr Vergn. II. tab. 4. f. 7.
— — — III. tab. 19. f. 4.
Martini Konch. Kab. II. tab. 51. f. 567.

Teſta ſubcylindrica; Spira obtuſa; Anfractus canaliculati; Striæ elevatæ teſtam transverſim cingentes, punctis nitentibus adſperſæ; Color pallido-luteſcens, punctis fulvis.

Long. 2. poll. lat. 8. lin.

Habitat ad Nuſſatello Aſiæ, *Linnæus*, *Rumph.*

Conus Terebra.

Germ. Der Zirkelbohrer. *Belg.* Witte gewoornde Kuipers-Boor. *Gall.* Tarriere blanche & cerclée.

Teſta oblonga, ſtriis elevatis transverſis parallelis.

Martini Konch. Kab. II. tab. 52. f. 557.

Teſta oblonga, craſſa, transverſim ſtriata, ſtriis elevatis parallelis; Spira conica; Anfractus declives, ſtriati, contigui; Color teſtæ rubellus, faſciis duabus transverſis obſoletis, albis, verticis & baſeos decorticatæ amethyſtinus.

Long. 2. poll. lat. 9. lin.

Patria ignota.

CONUS GRANULATUS.

Linn. S. N. Sp. 315. Muſ. L. U. pag. 560.

Germ. Der gefurchte Bohrer. *Belg.* Baſtert Orangie-Admiraal. *Angl.* Small chain Stamper *Petiver.* *Gall.* Ammiral d'Angleterre *Davila.*

Teſta oblonga, transverſim ſulcata, faſciis albis fuſco-maculatis.

Lister Hiſt. Conch. tab. 760. f. 5.
Petiver amboin. tab. 15. f. 1.
Gualtieri Teſt. tab. 25. f. H.
Seba Theſ. III. tab. 48. f. 26.
Knorr Vergn. III. tab. 6. f. 5.
— — — V. tab. 24. f. 2.
Martini Konch. Kab. tab. 52. f. 574—575.

Teſta oblonga craſſa; Spira conica brevis; Anfractus ſulco ſuturali diſtincti; Sulci viginti quatuor transverſi, lati, paralleli, cingentes teſtam, quorum inferiores profundi & obtuſi; Color roſeus, faſcia media alba, fuſco-maculata.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 6. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; in oceano americano, *Seba, Davila*; in America Hiſpanorum, Indiis, inſulis antillis, *Martini.*

CONUS CIRCUMCISUS.

Germ. Der Oranienbohrer. *Belg.* Onbekende Admiraal.

Teſta ſubcylindrica, fuſco-maculata, ſtriis inciſis transverſis.

Valentin Abhand. tab. 2. f. 11.
Martini Konch. Kab. II. tab. 52. f. 571.

Teſta ſubcylindrica lævis, ſtriis transverſis inciſis parallelis; Spira planiuſcula; Vertex prominens, acutus, centralis; Color e flaveſcenti rubeſcens, faſciis transverſis obſoletis albis, punctisque diſperſis fuſco-rubris.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 5. lin.

Patria ignota.

CONUS PLANORBIS.

Tab. VII. f. 13, 14. *Germ.* Der Platwirbel.

Testa conico-ventricosa, basi transversim striato-punctata, spira plana, canaliculata.

TAB. VII. fig. 13, 14.

Testa conica ventricosiuscula, prope basin transversim striata, striis elevatis, punctato-scabris; Spira plana; Anfractus canaliculati, margine extimo acuto; Color ventris fulvus, spiræ albo fuscoque maculatus, baseos intus amethystinus.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 9. lin.

Patria ignota.

CONUS MAGUS.

Linn. S. N. Sp. 317. Mus. L. U. pag. 560.

Germ. Das gefleckte Kätzchen. *Belg.* Geplekte Katje *Rumph.* *Angl.* Tabby Stamper *Petiver.* *Gall.* La Picotée *Argenville.*

Testa subcylindrica, fasciis longitudinalibus albo-punctatis.

Rumph amboin. tab. 32. f. Q.
Petiver amboin. tab. 5. f. 10.
Argenville Suppl. tab. 2. f. C.
Gualtieri Test. tab. 20. f. F.
Seba Thes. III. tab. 44. f. 27.
Knorr Vergn. VI. tab. 16. f. 5.
Martini Konch. Kab. II. tab. 58. f. 641.

Testa ovato-oblonga; Spira acuta brevis; Anfractus canaliculati; Apertura subtus patentior; Basis præsertim intus striato-scabra; Color fucescens, e fasciis longitudinalibus albo-punctatis.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 9. lin.

Habitat in America Hispanorum, *Seba*; ad Amboinam, *Rumph.*

CO-

CONUS STRIATUS.

Linn. S. N. Sp. 318. Muſ. L. U. pag. 561.

Germ. Die Wolkenrolle. *Belg.* Wolkhoorn *Gronov.* *Angl.* Tyger Stamper *Petiver.* *Gall.* L'Ecorchée *Davila.*

Teſta ovato-elongata, nebuloſa, lineis parallelis transverſim picta.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 755. f. 7.
RUMPH amboin. tab. 31. f. F.
VALENTIN Abhand. tab. 7. f. 60, 61.
PETIVER Gazoph. I. tab. 98. f. 9.
— — amboin. tab. 15. f. 4.
GUALTIERI Teſt. tab. 26. f. D.
ARGENVILLE Conch. tab. 13. f. C.
SEBA Theſ. III. tab. 42. f. 5—9. tab. 47. f. 22, 23.
ADANSON Seneg. tab. 6. f. 2.
REGENFUS Samml. I. tab. 8. f. 13.
KNORR Vergn. I. tab. 18. f. 1.
— — — III. tab. 12. f. 5. tab. 21. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 64. f. 714—716.

Teſta ovato-oblonga, parumper convexa, lævis; Spira acutiuſcula, breviſſima; Anfractus profunde canaliculati; Apertura patentior; Color niveus maculis longitudinalibus inæqualibus nebuloſis, lineis fulvis cinereisve tenuiſſimis, parallelis, ſubcontiguis transverſim pictus.

Long. 3. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; ad promontorium Bernardi, *Adanſon*; ad Hitoe Indiæ orientalis, *Linnæus*, *Rumph*; ad inſulas fridericianas, *Regenfus*.

CONUS TEXTILE.

Linn. S. N. Sp. 319. Muſ. L. U. pag. 561.

Germ. Die Spitzenrolle. *Belg.* Gouldlaken *Rumph.* *Angl.* Gold-brocad Shell *Hill.* *Gall.* Le Drap d'or *Davila.*

Teſta ovato-oblonga, venis reticulatis fuſcis, maculis luteis fuſcisque.

ALDROVANDUS Teſt. pag. 399. cap. 38.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 788. f. 40. tab. 790. f. 43.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 135.
RUMPH amboin. tab. 32. f. O.
PETIVER amboin. tab. 15. f. 9.
GUALTIERI Teſt. tab. 25. f. A, A.
ARGENVILLE Conch. tab. 13. f. F, I.
ADANSON Seneg. tab. 6. f. 7.
SEBA Theſ. III. tab. 43. f. 6. tab. 47. f. 13—17.
REGENFUS Samml. I. tab. 6. f. 62.
KNORR Vergn. I. tab. 18. f. 6.
— — — II. tab. 8. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 54. f. 597—600.

Teſta ovato-oblonga, ventricoſa; Spira rotundato-conica, acuta; Anfractus declives; Apertura patentior; Columella replicata; Color fundamentalis rufus, venis reticulatis, maculisque contiguis luteis fuſcisque. Variat colore flavo.

Long. 3. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in Indiis, *Davila*; ad Bandam Aſiæ, *Linnæus*, *Rumph*; ad inſulam Mauritii, *Liſter*; rarior ad inſulas Magdalenæ Africæ, *Adanſon*.

CONUS AULICUS.

Linn. S. N. Sp. 320.

Germ. Die Brunette. *Belg.* Bruinet-Toot *Rumph.* *Angl.* The Porphyry Shell *Hill.* *Gall.* La Brunette *Davila.*

Teſta ſubcylindrica, maculis diſperſis inæqualibus trigonis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 133.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 744. f. 34.
RUMPH amboin. tab. 33. f. 3.
ARGENVILLE Conch. tab. 13. f. G.
SEBA Theſ. III. tab. 47. f. 10—12.
REGENFUS Samml. I. tab. 8. f. 25.
HILL Hiſt. of anim. tab. 8.
KNORR Vergn. III. tab. 19. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 53. f. 591. 593, 594.

Teſta ovato-ſubcylindrica; Spira convexa, acuta, brevis, anfractibus ſex; Apertura & columella, ut in præcedenti; Color fulvus aut rufus, e lineis denſatis transverſis, cum maculis interſperſis trigonis niveis.

Long. 4. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 10. lin.

Habitat in Indiis, *Davila*; in Aſia, *Linnæus*; ad inſulam Mauritii, *Spengler*.

CO-

CONUS PENNACEUS.

Germ. Die Federtute. *Belg.* Silver-Laken *Rumph.* *Gall.* Drap orangé *Davila.* TAB. VII. f. 15.

Testa conica cinnamomea, lineis punctatis transversis & maculis pennatis dispersis pallidis picta.

TAB. VII. fig. 15.

RUMPH amboin. tab. 43. f. P.
ARGENVILLE Conch. tab. 13. f. D.
SEBA Thes. III. tab. 43. f. 1, 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 54. f. 596.

Testa conica, crassa, glaberrima; Spira obtusa; Anfractus infimi plani, supremi elevati in verticem centralem pyramidatum obtusum; Color cinnamomeus, pictus lineis transversis e seriebus punctorum rusorum, maculis dispersis albidis, aut pallide violaceis, pennatis.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 8. lin.

Habitat in China, *Davila.*

IV. LAXI VENTRICOSI.

CONUS SPECTRUM.

Linn. S. N. Sp. 301. Mus. L. U. pag. 562.

Germ. Das Gespenst. *Belg.* Spookje *Rumph.* *Angl.* The Spectre *Huddesford.* *Gall.* Le Spectre.

Testa oblonga gibba, fasciis longitudinalibus undulatis.

LISTER Hist. Conch. tab. 783. f. 30.
RUMPH amboin. tab. 32. f. S.
PETIVER amboin. tab. 15. f. 5.
VALENTIN Abhand. tab. 5. f. 39.
GUALTIERI Test. tab. 25. f. S.
SEBA Thes. III. tab. 47. f. 24.
KNORR Vergn. II. tab. 8. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 53. f. 581, 583.

Teſta oblonga coarctata gibba; Spira acuta, granulata; Columella ſtriata & replicata; Color albus, maculis longitudinalibus undulatis e luteo fuſcoque variis.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 8. lin.

Habitat in Aſia, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

CONUS BULLATUS.

Linn. S. N. Sp. 322. Muſ. L. U. pag. 563.

Germ. Die Wolkenbacke. *Belg.* Geoylyde Pannekocks-Toot *Gronov.*

Teſta oblonga, nebuloſa, columella flexuoſa, emarginata.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 748. f. 42, 43.
GUALTIERI Teſt. tab. 26. f. C.
ADANSON Seneg. tab. 5. f. 1.
KNORR Vergn. V. tab. 8. f. 2, 3.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 65. f. 726, 727.

Teſta cylindrica, convexa, fragilis; Spira obtuſiuſcula vix tuberculata; Anfractus canaliculati, acute marginati; Columella flexuoſa emarginata; Color luteo-nebuloſus, maculis obſoletis albis.

Long. 2. poll. 1. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Teſta Cypræis affinis, nitida & absque epidermide e mari protrahitur; Molluſci caput cylindricum & tentacula duo, poſitis ad baſin punctis ophthalmicis; Os ovale; Pallium fimbriatum brevius ſuperficie, obſitum innumeris filamentis carnoſis mobilibus, antice in tubum cylindricum complicatum; Pes major triangularis, antice obtuſus, ſulco unico transverſo profundiore (a); Quæ omnia Conum hunc veram eſſe Cypræam produnt.

Habitat ad inſulam Goream Africæ, ubi rupibus inſidet, *Adanſon.*

(a) Adanſon Hiſt. natur. du Senegal pag. 77.

CONUS TULIPA.

Linn. S. N. Sp. 324.

Germ. Die Tulpe. *Belg.* Achaat-Toot. *Angl.* The Tulip Shell *Hill.* *Gall.* La Tulipe *Argenville.*

Teſta

Testa oblonga lævi, apertura patente, anfractibus supremis coronatis.

Lister Hist. Conch. tab. 764. f. 13.
Rumph amboin. tab. 34. f. K.
Petiver amboin tab. 4. f. 14.
Argenville Conch. tab. 13. f. B.
Seba Thes. III. tab. 42. f. 19—21. tab. 43. f. 20—22.
Hill Hist. of anim. tab. 8.
Regenfus Samml. I. tab. 2. f. 20.
Knorr Vergn. I. tab. 20. f. 1, 2.
Martini Konch. Kab. II. tab. 64. f. 718, 719.

Testa oblonga ventricosa, lævis; Spira acuminata, brevis; Anfractus canaliculati, supremis coronatis; Apertura patens; Color rubicundus aut roseus, maculis confluentibus pallide cæruleis.

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll.

Habitat in India orientali, *Seba;* ad Amboinam, *Petiver;* in sinu bengalico, *Lister;* in America Hispanorum, *Martini.*

CONUS GEOGRAPHUS.

Linn. S. N. Sp. 324.

Germ. Die Kronenbacke. *Belg.* Kroonbacks-Toot *Gronov.* *Angl.* Silk Brocad *Huddesford.* *Gall.* Brocard de Soye *Argenville.*

Testa oblonga, apertura patente, spira coronata.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 319.
Lister Hist. Conch. tab. 742. f. 41.
Rumph amboin. tab. 31. f. G.
Petiver Gazoph. I. tab. 98. f. 8.
— — amboin. tab. 15. f. 3. A.
Gualtieri Test. tab. 26. f. E.
Argenville Conch. tab. 13. f. A.
Adanson Seneg. tab. 6. f. 8.
Seba Thes. III. tab. 42. f. 1—4.
Knorr Vergn. III. tab. 21. f. 2.
— — — VI. tab. 17. f. 3.
Martini Konch. Kab. II. tab. 64. f. 717.

Teſta oblonga, ventricoſa, lævis; Spira canaliculata; Anfractus obtuſe coronati; Labrum ad baſin ſpiræ angulo diſtinctum; Color ex albo teſtaceoque nebuloſus.

Long. 5. poll. 10. lin. lat. 2. poll.

Pes animalis longitudine & latitudine teſtam fere æquat (a).

Habitat in oceano indico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Isle de France, *Davila*; rarior ad inſulas Magdalenæ Africæ, *Adanſon*.

(a) Adanſon Hiſt. natur. du Seneg. pag. 97.

CYPRÆA.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 320.

Germ. Die Porzellanſchnecke. *Belg.* Porcelein-Hooren *Oudaan.* *Angl.* Gowrie *Pennant.* *Gall.* Porcellaine *Davila.* *Dan.* Snogpanden *Brunnich.*

Alterum conchylii genus, Cypræas, Veneri apud Cyprios cultæ ſacrum eſſe voluit Linnæus. Complectitur hoc cochleas involutas, convexas, ſubovatas, glabras & levigatas, quas Conchylioleguli, ob quandam cum nobilioribus fictilibus ſimilitudinem, Porcellanas appellare conſueverunt. Diagnoſin præbet apertura fere linearis, utrinque dentato-plicata, ad extremitates effuſa, quæ baſin teſtæ ſecundum longitudinem emetitur.

Nonnullæ Cyprææ ſpiram manifeſtam, aliæ nullam, aliæ umbilicum ſpiræ loco, plures demum latus marginatum habent; & hinc ſunt vel

I. Mucronatæ,

II. Obtuſæ,

III. Umbilicatæ, vel

IV. Marginatæ.

Differentias ſpecierum in baſi plana aut convexa, in ſuperficie lævi, rugoſa vel tuberculata, præcipue tamen in macularum, faſciarum, ocellorum, characterumque pictura quærimus.

Singulare omnino videtur id, quod Adanſonius, qui Cypræarum incolas attentius examinavit (a), affirmat: Molluſcum hujus generis a communi figura vix ac ne vix quidem aberrare aut diſſentire,


ſentire, etiamſi dermata calcaria, quibus tegitur, longe inter ſe differant (b). Eſt huic caput cylindricum, antice ſinuatum, e quo tentacula duo longiora, conico-acuminata, divergentia & ad angulum extrinſecum baſeos vere ocellata progrediuntur; Os ſub apice capitis ovale, fors proboſcide inſtructum? Pes linguiformis, triangularis, ad latus anguſtius ſulco profundiore transverſo exaratus; Cingitur animal pallio villis mobilibus hirto (c), quod ad extremitatem capiti proximam in tubulum cylindricum brevem abit, & ſupra teſtam ab utroque latere revolutum ejusdem nitorem & glabritiem contra injurias omnes egregie cuſtodit, qua de cauſa Teſtacea hæc manu artificis non indigent, ut levigatione & politura perficiantur.

Degunt in fundo arenoſo abſconditæ Cyprææ, unde creſcente aut plena luna in rupes marinas deſertas progrediuntur.

(a) Adanſon Hiſt. nat. du Seneg. pag. 77. tab. 5. f. 1, quæ ab Argenvillii fig. I. tab. 3. Zoomorph. haud diſcrepat; Utraque in Martinii Muſeo ſyſtematico conchyliologico P. I. pag. 314. exhibetur.

(b) Loc. cit. pag. 71.

(c) Forskæl icon. rer. nat. tab. XL. f. E.



I. MU-

I. MUCRONATÆ.

CYPRÆA EXANTHEMA.

Linn. S. N. Sp. 325.

Germ. Der Bastart Argus. *Belg.* Bastert-Argus. *Angl.* Great hebrew Gowry *Petiver.* *Gall.* Le faux Argus *Davila.*

Testa turbinata, pallide maculata, characteribus inscripta, linea longitudinali subramosa.

Bonanni Mus. Kirch. f. 256.
Lister Hist. Conch. tab. 698. f. 45. tab. 699. f. 46.
Petiver Gazoph. I. tab. 96. f. 6.
Seba Thes. III. tab. 76. f. 16, 18.
Regenfus Samml. I. tab. 10. f. 38.
Knorr Vergn. I. tab. 5. f. 3, 4.
— — — II. tab. 24. f. 2.
Martini Konch. Kab. I. tab. 28, 29. f. 289. 298, 299.

Testa turbinata, ovato-oblonga; Spira brevis exoleta, apice prominulo; Rimæ dentes elongati transversi, basin quoque superantes; Labrum æquale; Labium prope extremitatem anticam introrsum depressum; Basis convexa; Color dorsi rufo-ferrugineus, linea longitudinali subramosa, maculis dispersis rotundis sæpiusque ocellatis albis, baseos griseus immaculatus, dentium rufus.

Long. 4. poll. 4. lin. lat. 2. poll.

Habitat ad Jamaicam, *Lister;* in insulis antillis, *Regenfus;* ad insulam S. Crucis & Thomæ, *Martini.*

CYPRÆA MAPPA.

Linn. S. N. Sp. 326. Mus. L. U. pag. 565.

Germ. Die Landcharte. *Belg.* Kaaphooren *Gronov.* *Angl.* The Map-Shell *Hill.* *Gall.* La Carte geographique *Davila.*

Testa turbinata, characteribus inscripta, linea longitudinali ramosa.

Rumph amboin. tab. 38. f. B.
Petiver amboin. tab. 16. f. 2.
Argenville Conch. tab. 18. f. B.

SEBA Thef. III. tab. 76. f. 3, 13.
KNORR Vergn. I. tab. 26. f. 3.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 25. f. 245.

Tefta ovata; Spira turbinata, brevis, connata cum apice rimæ reflexæ; Bafis parum convexa; Rima poftice introrfum depreffa, utrinque dentata, dentibus transverfis in margine rimæ interno locatis; Dorfum notatum linea longitudinali dentato-finuata, & pictum characteribus lineatis ramofis; Bafis immaculata. Variat:

α) Bafeos dorfique colore albo, characteribus lutefcentibus.

β) Bafeos dorfique colore rofeo, characteribus rufis.

Long. 3. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 10. lin.

Habitat in oceano Africæ, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

CYPRÆA ARABICA.

Linn. S. N. Sp. 327. Muf. L. U. pag. 566.

Germ. Die arabifche Buchftaben Porzellane. *Belg.* Arabifche Letters *Gronov.* *Angl.* Nutmeg Gowry *Huddesford.* *Gall.* La fauffe Arlequine *Davila.*

Tefta turbinata, pallide maculata, characteribus infcripta, linea longitudinali fimplici.

α) Maculis irregularibus inter characteres.

BONANNI Muf. Kirch. f. 259.
LISTER Hift. Conch. tab. 658. f. 3.
RUMPH amboin. tab. 38. f. M.
GUALTIERI Teft. tab. 16. f. V.
KNORR Vergn. III. tab. 12. f. 2.
— — — VI. tab. 20. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 31. f. 328.
DA COSTA Elem. tab. 3. f. 1.

β) Maculis rotundis, inter characteres obfoletos.

LISTER Hift. Conch. tab. 659. f. 3. a.
ARGENVILLE Conch. Suppl. tab. 2. f. I.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 31. f. 331.

Testa ovata; Spira brevis, immersa rimæ inflexæ; Rima dentata, dentibus testaceis per basin planam utrinque extensis; Labium introrsum depressum; Dorsum pallidum, linea longitudinali simplici, inscriptum characteribus lineatis, repandis, interruptis, fuscis; Latera alba maculis dispersis fuscis; Basis alba; Faux pallide violacea.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in Indiis, *Bonanni*; in India orientali, ad fretum Sunda, *Linnæus*, *Lister*; ad insulas antillas, *Rochefort*.

CYPRÆA ARGUS.

Linn. S. N. Sp. 328. Mus. L. U. pag. 567.

Germ. Der doppelte Argus. *Belg.* De dubbelde Argus *Gronov.* *Angl.* The Argus Shell *Hill.* *Gall.* Le grand Argus *Davila.*

Testa turbinata, subcylindrica, supra adspersa ocellis, subtus maculis quatuor fuscis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 263.
Lister Hist. Conch. tab. 705. f. 54.
Rumph amboin. tab. 38. f. D.
Petiver Gazoph. I. tab. 97. f. 6.
Gualtieri Test. tab. 16. f. T.
Argenville Conch. tab. 18. f. D.
Hill Hist. of anim. tab. 8.
Regenfus Samml. I. tab. 5. f. 57.
Knorr Vergn. III. tab. 11. f. 5.
Martini Konch. Kab. I. tab. 28. f. 285, 286.

Testa ovato-cylindrica; Spira subprominula, adnata rimæ reflexæ; Rima utrinque dentata, latere interiore postice impresso; Basis convexa; Color dorsi pallidus, annulis testaceis pictus, baseos pallidus, maculis utrinque duabus magnis fusco-ferrugineis.

Long. 3. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

In fundo maris habitat, & inde testa rarior.

Habitat in oceano Africæ, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad insulas fridericianas, *Regenfus*.

CYPRÆA

CYPRÆA TESTUDINARIA.

Linn. S. N. Sp. 329. Muſ. L. U. pag. 567.

Germ. Die Schildkröten Porzellane. *Belg.* Schildpads-Hooren *Gronov.* *Angl.* Great Tourtle Gowry *Petiver.* *Gall.* Le Lievre *Davila.*

Teſta ſubcylindrica, pallida, fuſco-maculata, extremitatibus depreſſis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 689. f. 36.
RUMPH amboin. tab. 38. f. C.
PETIVER amboin. tab. 8. f. 7.
KNORR Vergn. IV. tab. 17. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 27. f. 271, 272.

Teſta ovato-cylindrica, extremitatibus depreſſis; Spira exoleta; Rima in margine interno utrinque dentata; Labium longitudinaliter introrſum depreſſum; Baſis planiuſcula; Dorſum pictum maculis fuſcis, lividis, albisque & adſperſum punctis farinoſis albis; Baſis dentesque pallidi, immaculati.

Long. 4. poll. 6. lin. lat. 2. poll.

Teſta ſui generis maxima, variat ſpira manifeſta, & nulla.

Habitat in ſinu perſico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

CYPRÆA STERCORARIA.

Linn. S. N. Sp. 330. TAB. VIII. f. 1.

Germ. Das Weitaug. *Belg.* Wyd-Oog. *Gall.* Le Lapin *Davila.*

Teſta ſubturbinata, livido teſtaceoque maculata, utrinque marginata, ſubtus plana.

TAB. VIII. fig. 1.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 687. f. 34.
GUALTIERI Teſt. tab. 15. f. S, T.

Teſta ovata; Spira exſerta, adnata apici rimæ reflexæ; Rima flexuoſa, utrinque dentata, poſtice valde retuſa, extremitatibus utrinque marginatis;

ginatis; Dorſum gibboſum; Baſis plana introrſum declivis; Color baſeos unicolor, dentium albus, dorſi:

α) Pallidus griſeo-maculatus, tuberculo laterali mammillari.

β) Glauco griſeoque maculatus.

γ) Cereus unicolor, tuberculo laterali mammillari.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 10. lin.

Habitat ad Senegalliam Africæ, *Adanſon*; ad Jamaicam, *Liſter*.

CYPRÆA CARNEOLA.

TAB. VIII. f. 2.

Linn. S. N. Sp. 331. Muſ. L. U. pag. 568.

Germ. Der Fuchs. *Belg.* Roodbandige Mol *Gronov.* *Angl.* Buff Gowry *Petiver.* *Gall.* Caffé au lait *Davila.*

Teſta ſubturbinata pallida, faſciis incarnatis.

TAB. VIII. fig. 2.

RUMPH amboin. tab. 38. f. K.
PETIVER Gazoph. I. tab. 80. f. 8.
GUALTIERI Teſt. tab. 13. f. H.
KNORR Vergn. VI. tab. 17. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 28. f. 287, 288.

Teſta ovato-oblonga; Spira compreſſa, adnata apici rimæ reflexæ; Rima in margine interiori utrinque dentata, poſtice valde retuſa & extrorſum reflexa; Baſis convexa; Color pallidus, faſciis dorſi transverſis incarnatis; Rimæ dentes e rubro violacei. Variat:

α) Ore violaceo.

β) Ore albido, labio externo vix dentato.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 1. poll.

Habitat in Aſia, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

CYPRÆA ZEBRA.

Linn. S. N. Sp. 332. TAB. VIII. f. 3.

Germ. Der graue Maulwurf. *Belg.* Gebande Graauwe Mol *Gronov.*

Teſta turbinata cinerea, faſciis latis griſeis, aperturæ denticulis fuſcis.

TAB. VIII. fig. 3.

BONANNI Reer. Cl. 3. f. 266.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 669. f. 16.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. G.
VALENTIN Abhand. tab. 2. f. 13.
SEBA Theſ. III. tab. 76. f. 5.
KNORR Vergn. II. tab. 24. f. 3.

Teſta ovato-oblonga, tenuis; Spira prominens acuta, adnata apici rimæ reflexæ; Rima utrinque dentata, poſtice dilatata, labio introrſum depreſſo; Baſis convexa; Color teſtæ cinereus faſciis transverſis pallidis, dentium fuſcus.

Long. 3. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Patria ignota.

CYPRÆA TALPA.

Linn. S. N. Sp. 333. Muſ. L. U. pag. 568.

Germ. Der Maulwurf. *Belg.* Gebrande Mol *Gronov.* *Angl.* Burned mouth Gowry *Huddesford.* *Gall.* La Taupe *Argenville.*

Teſta turbinata ſubcylindrica, teſtacea, faſciis albidis, baſi incraſſata, atro-fuſca.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 668. f. 14.
RUMPH amboin. tab. 38. f. I.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 1.
GUALTIERI Teſt. tab. 16. f. N.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. H.
REGENFUS Samml. I. tab. 10. f. 37.
HILL Hiſt. of anim. tab. 8.
KNORR Vergn. I. tab. 27. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 27. f. 273, 274.

Teſta ovato - cylindrica; Spira retuſa adnata rimæ reflexæ; Latus exterius & extremitas poſtica marginata; Rima utrinque dentata, poſtice introrſum retuſa; Baſis planiuſcula; Color teſtæ teſtaceus faſciis transverſis albidis, laterum dentiumque fuſcus.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in Aſia, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Madagaſcar, *Liſter*; ad inſulas fridericianas, *Regenfus*.

CYPRÆA LURIDA.

Linn. S. N. Sp. 335.

Germ. Die Maus. *Belg.* Graauwe Muis *Gronov.* *Angl.* The Mouſe Gowry *Huddesford.* *Gall.* La Souris *Davila.*

Teſta turbinata, obſolete faſciata, extremitatibus nigro - bimaculatis, baſi alba.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 251.
Lister Hiſt. Conch. tab. 671. f. 17.
Gualtieri Teſt. tab. 13. f. E, I.
Argenville Conch. tab. 18. f. C.
Adanson Seneg. tab. 5. f. D.
Ginanni adriat. II. tab. 13. f. 110.
Martini Konch. Kab. I. tab. 30. f. 315.

Teſta ovato - oblonga; Spira depreſſa, adnata apici rimæ reflexæ; Latera tumido - marginata; Rima dentata; Labium poſtice introrſum depreſſum; Baſis convexa; Dorſum luridum faſciis transverſis pallidis, maculisque utrinque prope quamlibet extremitatem nigris; Baſis dentesque albi.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; in adriatico, *Ginanni*; ad Siciliam, *Bonanni*; ad littora Braſiliæ, *Martini*; Senegalliæ, *Adanſon.*

CYPRÆA LOTA.

Tab. VIII. f. 4, 5. Linn. S. N. Sp. 337. Muſ. L. U. pag. 570.

Germ. Die Milchporzellane.

Teſta ſubturbinata, utrinque marginata alba, denticulis aperturæ acutis.

TAB. VIII. fig. 4, 5.

BONANNI Muf. Kirch. f. 244.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 30. f. 322.

Tefta ovata; Spira depreffa, adnata fere rimæ reflexæ; Latera tumido-marginata, marginibus fupra crenatis; Rima dentata, dentibus acutis bafin percurrentibus; Bafis planiufcula; Color niveus, prope crenas luteus.

Long. 9. lin. lat. 5. lin.

Habitat in mari ficulo, *Martini*.

CYPRÆA FRAGILIS.

Linn. S. N. Sp. 338. Muf. L. U. pag. 570. TAB. VIII. f. 6.

Germ. Die Dünſchale. *Belg.* Dunfchaal *Gronov.* *Gall.* Point d'Hongrie *Davila.*

Tefta turbinata ovata, glauca, picta maculis angulatis pallidis.

TAB. VIII. f. 6.

RONDELET Aquat. pag. 102.
LITSER Hift. Conch. tab. 662. f. 6.
GUALTIERI Teft. tab. 16. f. Q.
SEBA Thef. III. tab. 76. f. 24.

Tefta ovata tenuis; Spira acuta vix adnata, prominens; Rima arcuata, ampla, utrinque dentata; Bafis convexiufcula; Color teftæ fufcus glaucusve, maculis angulatis teftaceis pallidis, dentium fulvus, faucis pallide violaceus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Madagafcar, *Lifter*.

II. OBTUSÆ, SEU ABSQUE SPIRA MANIFESTA.

CYPRÆA CAPUT SERPENTIS.

Linn. S. N. Sp. 339. Muf. L. U. pag. 571.

Germ. Der Mohrenbauch. *Belg.* Kleene Slangekop *Gronov.* *Angl.* Vipers head *Huddesford.* *Gall.* Petite Tete de Serpent.

 Tefta

Teſta obtuſa, triquetro gibba, dorſo albo maculato, baſi alba.

RONDELET Aquat. pag. 203.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 258.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 702. f. 50.
RUMPH amboin. tab. 38. f. F.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 7.
— — Gazoph. I. tab. 96. f. 9.
GUALTIERI Teſt. tab. 15. f. O.
ADANSON Seneg. tab. 5. f. G.
KNORR Vergn. IV. tab. 9. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 30. f. 316.

Teſta ovata, plano-convexa, ſolida; Spira nulla; Dorſum convexum, triquetro-gibbum; Rima anguſta utrinque dentata; Baſis plana; Color dorſi fuſcus, punctis confertis albis, extremitatibus macula alba notatis, laterum fuſcus, baſeos rimæque albus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll.

Habitat in Mauritio, *Liſter*, *Linnæus*; in Nuſſatello, *Rumph*; ad Senegalliam Africæ, *Adanſon*.

CYPRÆA MAURITIANA.

Linn. S. N. Sp. 340. Muſ. L. U. pag. 571.

Germ. Der groſſe Schlangenkopf. *Belg.* Slangekop *Gronov.* *Angl.* Great turtle Leopard *Petiver.* *Gall.* Tete de Serpent *Davila.*

Teſta obtuſa, plano-convexa, dorſo gibbo pallide maculato, baſi nigricante.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 261.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 703. f. 52.
RUMPH amboin. tab. 38. f. E.
PETIVER Gazoph. I. tab. 96. f. 8.
VALENTIN Abhand. tab. 4. f. 31.
KNORR Vergn. I. tab. 13. f. 1, 2.
— — — II. tab. 27. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 30. f. 317.

Teſta ovata, ſolida; Spira exoleta; Dorſum gibbum; Rima arcuata, lata, utrinque retuſa; Baſis plana; Dorſum fuſco-teſtaceum maculis diſperſis rotundis pallidis; Baſis, dentes & latera atro-fuſca.

Long. 3. poll. 10. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

Variat

Variat dorſo griſeo albido-maculato, lateribus lividis.

Habitat in Mauritio, *Liſter;* in Java, *Linnæus;* in Nuſſatello, *Martini;* ad Amboinam, *Rumph;* in ſinu perſico, *Bonanni.*

CYPRÆA VITELLUS.

Linn. S. N. Sp. 341. Muſ. L. U. pag. 572.

Germ. Die Salzkornporzellane. *Belg.* Witte Mazelen *Gronov.* *Angl.* Saltſpekled Gowry *Petiver.* *Gall.* La Grelée.

Teſta obtuſa livida, albido-maculata.

BONANNI Recr. Cl 3. f. 254.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 676. f. 23.
PETIVER Gazoph. I. tab. 80. f. 2.
RUMPH amboin. tab. 38. f. L.
GUALTIERI Teſt. tab. 13. f. T.
KNORR Vergn. VI. tab. 20. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 23. f. 228.

Teſta ovata; Spira exoleta; Rima flexuoſa, ampla, utrinque dentata, poſtice retuſa; Baſis convexa; Diſcus dorſi glaucus, maculis diſperſis niveis; Latera, baſis dentesque nivei.

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in oceano aſiatico ad Sundam, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Holalihon & inſulam Oma, *Martini.*

CYPRÆA MUS.

Linn. S. N. Sp. 342. Muſ. L. U. pag. 572.

Germ. Die Kröte. *Belg.* Cartageenſche Muis *Gronov.* *Angl.* Cartagena Gowry *Petiver.* *Gall.* Le Crapaud *Davila.*

Teſta obtuſa, gibba, cinerea, faſcia longitudinali nigro-maculata.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 657. f. 2.
RUMPH amboin. tab. 39. f. S.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 4.

Argenville Conch. tab. 18. f. E.
Seba Thes. III. tab. 76. f. 33, 34.
Knorr Vergn. III. tab. 12. f. 3.
Martini Konch. Kab. I. tab. 23. f. 222, 223.

Testa ovata, antice obtusa; Spira exoleta; Rima utrinque dentata inaequalis, postice introrsum retusa & acuta; Extremitas postica utrinque compressa; Basis planiuscula; Color testae lurido-griseus, dorsi albo fuscoque maculatus, linea longitudinali obscure fusca interstinctus, dentium nigrotestaceus.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in America ad sinum marcaibicum, *Martini;* ad Cartagenam, *Rumph*, *Linnaeus.*

CYPRÆA TIGRIS.

Tab. VIII. f. 7. Linn. S. N. Sp. 343. Mus. L. U. pag. 573.

Germ. Die Tigerporzellane. *Belg.* Getygerde Porselein-hooren *Gronov.* *Angl.* The great Leopard *Petiver.* *Gall.* La Peau de Tigre *Davila.*

Testa obtusa, antice rotundata, dorso maculato, basi nivea.

α) Linea dorsali longitudinali.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 231, 232.
Lister Hist. Conch. tab. 681, 682. f. 28, 29.
Rumph amboin. tab. 38. f. A.
Petiver Gazoph. I. tab. 96. f. 7.
Gualtieri Test. tab. 14. f. G, H, I, L.
Argenville Conch. tab. 18. f. F.
Knorr Vergn. I. tab. 26. f. 4.
— — — VI. tab. 21. f. 4, 5.
Martini Konch. Kab. I. tab. 24. f. 232—236.

β) Linea dorsali nulla.

TAB. VIII. fig. 7.

Testa ovata; Spira impressa obsoleta; Rima ampla, utrinque dentata, postice parum retusa; Basis convexiuscula; Dorsum album lividumque maculis fulvis fuscisque dispersis, linea longitudinali fulva, vel etiam nulla; Basis rimaque alba.

Long. 3. poll. 10. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habi-

Habitat in mari mediterraneo, *Lifter*; in adriatico, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Madagafcar & Javam, *Linnæus*; in mari rubro, e quo a mercatoribus in Ægyptum transfertur, ubi hac tefta in chartis & pannis lævigandis utuntur, *Bonanni*.

CYPRÆA LYNX.

Linn. S. N. Sp. 344. Muf. L. U. pag. 573. TAB. VIII. f. 8, 9.

Germ. Die Masernporzellane. *Belg.* Zwitte Mazelen *Gronov.* *Angl.* Thik Saffrantooth'd Gowry *Petiver.* *Gall.* La Truitée *Davila.*

Tefta obtufa, maculis fufcis, linea longitudinali fulva, ore rufo.

TAB. VIII. fig. 8, 9.

LISTER Hift. Conch. tab. 683. f. 30.
PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 17.
GUALTIERI Teft. tab. 14. f. C, D.
KNORR Vergn. VI. tab. 23. f. 6, 7.

Tefta ovato-oblonga, craffa; Spira exoleta; Latera fubtumida; Rima æqualis utrinque dentata; Bafis convexa; Dorfum pallidum maculis difperfis fufcis glaucisque, linea longitudinali fulva; Sulci inter dentes rimæ crocei.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 9. lin.

Habitat ad Madagafcar, *Linnæus*; ad Sundam Indiæ orientalis, infulam Mauritii & Afcenfionis, *Lifter*.

CYPRÆA ISABELLA.

Linn. S. N. Sp. 345. Muf. L. U. pag. 574.

Germ. Die Isabelle. *Belg.* Ifabelle *Rumph.* *Angl.* The orange tipt Gowry *Huddesford.* *Gall.* L'Ifabelle *Davila.*

Tefta obtufa cylindrica, extremitatibus croceis.

LISTER Hift. Conch. tab. 660. f. 4.
RUMPH amboin. tab. 39. f. G.
PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 16.
— — amboin. tab. 16. f. 16.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. P.
KNORR Vergn. IV. tab. 9. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 27. f. 275.

Teſta ſubcylindrica; Spira obſoleta connata cum rimæ reflexæ apice; Rima arcta, linearis, labio interno poſtice introrſum depreſſo; Baſis convexa; Color dorſi griſeus faſciis obſoletis transverſis pallidis, extremitatis cujuslibet croceus, baſeos rimæque albus.

Long. 11. lin. lat. 5. lin.

Habitat in Mauritio, Madagaſcar, *Liſter*, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*.

CYPRÆA CYLINDRICA.

Tab. VIII. f. 10. *Germ.* Die Walzenporzellane.

Teſta obtuſa cylindrica, vertice complanato, extremitatibus fuſco-maculatis.

TAB. VIII. fig. 10.

Teſta cylindrica; Spira complanata; Rima inæqualis; Dentes labii extimi remotiores; Dorſum pallide amethyſtinum, maculis raris fulvis; Extremitates utrinque marginatæ, bimaculatæ; Baſis nivea.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 5. lin.

Patria ignota.

III. *UMBILICATÆ.*

CYPRÆA HIRUNDO.

Tab. VIII. f. 11. Linn. S. N. Sp. 350. Muſ. L. U. pag. 576.

Germ. Die Schwalbe. *Belg.* Blaauwe Katje.

Teſta umbilicata, ſubcylindrica, extremitatibus fuſco-bimaculatis.

TAB. VIII. fig. 11.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 674. f. 20.
PETIVER Gazoph. I. tab. 30. f. 3.

Teſta ovato-oblonga; Spiræ locus retuſus; Rima recta, utrinque dentata, dentibus transverſis excurrentibus; Dorſum cinereum, faſciis duabus obſoletis

obſoletis transverſis albis; Baſis & rima alba, punctis minutis ferrugineis, extremitate quavis utrinque fuſco-maculata.

Long. 8. lin. lat. 4. lin.

Habitat ad inſulas maldivas, *Liſter*; ad antillas, *Statius Müller*.

CYPRÆA ASELLUS.

Linn. S. N. Sp. 351. Muſ. L. U. pag. 576.

Germ. Das Eſelchen. *Belg.* Ezeltje *Rumph. Angl.* The Waſp *Huddesford. Gall.* Le petite Ane *Argenville.*

Teſta umbilicata albida, faſciis dorſalibus tribus fuſcis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 236.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 666. f. 10. tab. 674. f. 21.
RUMPH amboin. tab. 39. f. M.
PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 11.
— — amboin. tab. 16. f. 18.
GUALTIERI Teſt. tab. 15. f. M.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. T.
ADANSON Seneg. tab. 5. f. H.
HILL. Hiſt. of anim. tab. 8.
KNORR Vergn. IV. tab. 25. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 27. f. 280, 281.

Teſta ovata; Spiræ locus retuſus; Latera tumidiuſcula; Rima recta utrinque dentata, labio introrſum depreſſo; Baſis convexa; Color totius teſtæ niveus, maculis tribus dorſalibus transverſis fuſcis.

Long. 8. lin. lat. 4. lin.

Habitat in Maldivis, *Liſter*, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Senegalliam, *Adanſon*.

CYPRÆA ERRONEA.

Linn. S. N. Sp. 352. Muſ. L. U. pag. 577.

Germ. Das Baſtard Drachenköpfchen. *Belg.* Poolſche Muts. *Angl.* Frekled Olive Gowry *Petiver. Gall.* Le Bonnet polonois.

Testa umbilicata oblonga, macula dorsali testacea, fauce violacea.

PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 21.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 28. f. 294, 295.

Testa ovata; Spiræ locus retuso-umbilicatus; Rima recta utrinque dentata; Basis convexa alba; Dorsum cinereo luteoque nebulosum, macula media solitaria fusca; Faux violacea.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 7. lin.

Patria ignota.

IV. MARGINATÆ.

CYPRÆA CRIBRARIA.

Linn. S. N. Sp. 353. Mus. L. U. pag. 577.

Germ. Das Argus Weibchen. *Belg.* Geele Wit-Oog *Gronov.* *Angl.* The little wife of the Argus. *Gall.* Le petit Argus *Argenville.*

Testa umbilicata, oblonga, lutea, maculis rotundis albis, basi emarginata alba.

LISTER Hist. Conch. tab. 695. f. 42.
PETIVER Gazoph. I. tab. 8. f. 3.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. X.
REGENFUS Samml. I. tab. 12. f. 74.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 31. f. 336.

Testa ovato-oblonga; Spiræ locus umbilicatus; Latus præsertim exterius tumido-marginatum; Rima rectiuscula non retusa; Basis parum convexa; Dorsum luteum maculis rarioribus orbiculatis niveis; Basis, latera & rima alba.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 6. lin.

Habitat in Indiis, *Statius Müller.*

CYPRÆA MONETA.

Linn. S. N. Sp. 354. Muſ. L. U. pag. 578.

Germ. Die guineiſche Münze. *Belg.* Guineeſche Munt *Gronov.* *Angl.* Blak Moors Thooth *Petiver.* *Gall.* Monnoye de Guinée *Argenville.*

Teſta marginata albida, lateribus nodoſis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 233.
Lister Hiſt. Conch. tab. 709. f. 59.
Rumph amboin. tab. 39. f. C.
Petiver Gazoph. I. tab. 97. f. 8.
— — amboin. tab. 16. f. 14.
Gualtieri Teſt. tab. 14. f. 4.
Argenville Conch. tab. 18. f. K.
Knorr Vergn. IV. tab. 24. f. 4.
Martini Konch. Kab. I. tab. 31. f. 337, 338.

Teſta ovata, depreſſa, obtuſa; Spiræ veſtigium nullum; Ambitus dorſi cinctus margine elevato, tumido, ad locum ſpiræ latusque anticum gibboſo; Rima utrinque dentata; Baſis parum convexa; Color dorſi pallide luteſcens, baſeos albus, faucis violaceus.

Long. 11. lin. lat. 8. lin.

In inſulis maldivis copioſe colligitur, indeque ad plures Africæ Americæque defertur, apud quas monetæ uſum & pretium habet.

Habitat ad Alexandriam, *Linnæus*; ad littora inſulæ Loandæ in Africa, *Liſter*, *Bonanni*; in inſulis maldivis, *Rumph*, *Davila*.

CYPRÆA ANNULUS.

Linn. S. N. Sp. 355. Muſ. L. U. pag. 578.

Germ. Der Ring. *Belg.* Geelkring *Gronov.* *Gall.* La Colique *Davila.*

Teſta marginata, annulo flavo diſcum dorſi ambiente.

Rondelet Teſt. pag. 103. f. 4.
Bonanni Muſ. Kirch. f. 240.
Rumph amboin. tab. 39. f. D.
Petiver Gazoph. I. tab. 6. f. 8.

Gual-

GUALTIERI Teft. tab. 14. f. 5.
KNORR Vergn. IV. tab. 9. f. 4. tab. 16. f. 4.
MURRAY Fund. Teft. tab. 1. f. 11.

Tefta ovata, utrinque obtufa; Spiræ veftigium nullum; Rima recta utrinque dentata; Bafis parum convexa; Color teftæ albidus, annulo difcum cingente aurantio.

Long. 11. lin. lat. 8. lin.

Habitat ad Amboinam, *Rumph*; ad Alexandriam, *Linnæus.*

CYPRÆA CAURICA.

Linn. S. N. Sp. 356.

Germ. Die gefleckte Cauris. *Belg.* Pokje *Rumph.* *Angl.* Darkfpotted Gowry *Huddesford.* *Gall.* La peau d'ane *Davila.*

Tefta dorfo luteo alboque nebulofo, margine inæquali albido, fufco punctato.

LISTER Hift. Conch. tab. 677. f. 24.
RUMPH amboin. tab. 38. f. P.
PETIVER. amboin. tab. 16. f. 8.
GUALTIERI Teft. tab. 15. f. X.
MURRAY Fund. Teft. tab. 1. f. 13.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 29. f. 301, 302.

Tefta ovato-oblonga; Spiræ locus umbilicatus; Latus externum tumido-marginatum, inæquale; Rima utrinque dentata, poftice ampliata; Bafis parum convexa, alba, fulcis dentium croceis; Dorfum albo luteoque nebulofum, marginibus utrinque rubicundo-maculatis.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 7. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Madagafcar, *Lifter.*

CYPRÆA DRACÆNA.

TAB. VIII. f. 12. *Germ.* Das Drachenhaupt. *Belg.* Drakje. *Angl.* Dragon Gowry *Petiver.* *Gall.* Tete de Dragon.

Tefta

Testa deroso-marginata, lateribus albis fusco-maculatis, dorso luteo nebuloso, macula media testacea.

TAB. VIII. fig. 12.

RUMPH amboin. tab. 39. f. E.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 10.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 28. f. 292, 293?

Testa oblonga, ovata; Spiræ locus retusus umbilicatus; Dorsum carinis duabus obsoletis transversis notatum; Latera emarginata, alba, punctis fuscis dispersis maculata, margine incrassato, eroso; Rima recta, dentibus latitudinem labri occupantibus; Dorsum luteo-nebulosum, macula media testacea; Basis alba.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 8. lin.

Habitat ad Amboinam, *Rumph.*

CYPRÆA EROSA.

Linn. S. N. Sp. 357. Mus. L. U. pag. 578.

Germ. Das Weißaug. *Belg.* Zaamenlopende Pokken *Gronov.* *Angl.* Whit-spotted Gowry *Huddesford.* *Gall.* Pointillage blanc. TAB. VIII. f. 13.

Testa crenato-marginata, albo-punctata, ad utrumque latus fusco-maculata.

TAB. VIII. fig. 13.

LISTER Hist. Conch. tab. 692. j. 39.
RUMPH amboin. tab. 39. f. A.
PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 19.
— —. amboin. tab. 16. f. 12.
GUALTIERI Test. tab. 15. f. H.
KNORR Vergn. VI. tab. 20. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 30. f. 320, 321.

Testa ovata, marginata; Spiræ locus umbilicatus; Margo tumidus supra crenatus; Rima utrinque dentata, dentibus per totum labrum transversim excurrentibus; Basis plana, alba; Dorsum griseo-lutescens, adspersum punctis albis; Latera utrinque macula fusca notata.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 9. lin.

Habitat in Mauritio & insula Ascensionis, *Lister*, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

CYPRÆA FLAVEOLA.

Linn. S. N. Sp. 358. Muf. L. U. pag. 581.

Germ. Der Brandfleck. *Belg.* Brand-vlakje.

Tefta derofa, lutea, nebulofa, lateribus & bafi fulvis.

BONANNI Muf. Kirch. f. 258.
LISTER Hift. Conch. tab. 667. f. 12.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 26. f. 267, 268.

Tefta ovato-oblonga; Spiræ locus retufus; Margo laterum tumidus; Rima flexuofa utrinque dentata; Bafis convexa fulva; Dorfum luteum fufco alboque nebulofum.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 7. lin.

Habitat in mari ficulo, *Bonanni*; ad Malagam Hifpaniæ & ad littora Africæ, *Martini*.

CYPRÆA SPURCA.

TAB. VIII. f. 14. Linn. S. N. Sp. 359.

Germ. Der Gelbschmuß. *Belg.* Geelsmetje.

Tefta fubemarginata, fpira plana orbiculari, labio vix dentato.

TAB. VIII. f. 14.

Tefta ovato-oblonga, vix marginata; Spira manifefta, retufa, complanata; Rima patula; Labrum non convolutum, obfolete dentatum; Labium dentibus minutis imperfectis; Bafis convexa; Dorfum lividum punctis fufcis nebulofum.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 7. lin.

Teftam mutare & fenectam exuere nonnunquam videtur animal, inde fæpius rima dentata penitus caret, & dein ad Bullam Cypræam, quam eandem cum Cypræa Spurca effe putamus, referenda eft.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*.

CYPRÆA STOLIDA.

Linn. S. N. Sp. 360. Muſ. L. U. pag. 580. TAB. VIII. f. 15.

Germ. Das Roſtfleckchen. *Belg.* Draakenhoofdje *Gronov.* *Angl.* The Beetle Porcellane *Hill.* *Gall.* La Taupe *Argenville.*

Teſta marginata pallida, dorſo maculis quadrangularibus teſtaceis picto.

TAB. VIII. fig. 15.

PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 18.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. Y.
HILL Hiſt. of anim. tab. 8.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 29. f. 305.

Teſta ovato-oblonga; Spiræ locus umbilicatus; Rima flexuoſa utrinque dentata; Latus externum marginatum; Dorſum carinis duabus transverſis obſoletis; Color pallide glaucus, maculis in dorſo pluribus, quadratis, teſtaceis.

Long. 1. poll. lat. 6. lin.

Patria ignota.

CYPRÆA HELVOLA.

Linn. S. N. Sp. 361. Muſ. L. U. pag. 579.

Germ. Die Sternporzellane. *Belg.* Kakkerlakje *Gronov.* *Angl.* Star-Gowry *Petiver.* *Gall.* Porcellaine etoilée *Davila.*

Teſta crenato-marginata, gibba, albo-punctata, ſubtus rufa.

BONANNI Muſ. Kirch. f. 246.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 691. f. 38.
RUMPH amboin. tab. 16. f. 17.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 30. f. 326, 327.

Teſta ovata; Spiræ locus impreſſus; Latera marginata, exteriore ſupra crenato; Rima recta utrinque dentata; Baſis plana fulva; Dorſum punctis rotundis niveis maculisque difformibus rufis variegatum, extremitatibus rubro-violaceis.

Long. 10. lin. lat. 7. lin.

Habitat in inſulis maldivis, *Liſter;* ad Amboinam, *Rumph.*

CYPRÆA OCELLATA.

Linn. S. N. Sp. 362. Muf. L. U. pag. 580.

Germ. Das Schwarzaug. *Belg.* Oog-Kringetje *Gronov.*

Tefta fubemarginata, ocellis nigris inter annulos pallidos.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 247.
Lister Hift. Conch. tab. 696. f. 43.
Petiver Gazoph. I. tab. 9. f. 7.
Martini Konch. Kab. I. tab. 31. f. 333, 334.

Tefta ovata; Spiræ locus retufus; Latus externum marginatum, fupra crenatum; Rima flexuofa, utrinque dentata; Bafis convexiufcula, alba, fufco-punctata; Color dorfi grifeo-lutefcens, punctis albis rotundis, fæpe pupilla fufca notatis.

Long. 8. lin. lat. 3. lin.

Habitat in India orientali, *Martini.*

CYPRÆA PORARIA.

Tab. VIII. f. 16. Linn. S. N. Sp. 363. Muf. L. U. pag. 581.

Germ. Die Frieſelporzellane. *Belg.* Gaatje *Gronov.*

Tefta marginata, ocellis albis, annulo fufco cinctis, bafi amethyftina.

TAB. VIII. fig. 16.

Martini Konch. Kab. I. tab. 30. f. 324, 325.

Tefta ovata; Spiræ locus exoletus; Lateris exterioris margo fupra crenulatus; Rima recta utrinque dentata; Bafis convexiufcula alba; Dorfum pallide fufcum, punctis rotundis albis, fæpius annulo fufco cinctis; Extremitates amethyftinæ.

Long. 7. lin. lat. 3. lin.

Patria ignota.

CYPRÆA PEDICULUS.

Linn. S. N. Sp. 364. Muf. L. U. pag. 582.

Germ. Die Laus. *Belg.* Luifie *Gronov.* *Angl.* Loufe Gowry *Petiver.* *Gall.* Pou de Mer *Argenville.*

Tefta marginata fubglobofa, ftriis elevatis transverfis, in rimam ufque protenfis.

LISTER Hift. Conch. tab. 706. f. 56. tab. 707. A. f. 57.
— — angl. tab. 3. f. 17.
RUMPH amboin. tab. 39. f. P.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 22.
GUALTIERI Teft. tab. 14. f. P. tab. 15. f. P, R.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. L.
— — Zoomorph. tab. 3. f. I, K.
ADANSON Seneg. tab. 5. f. 3.
GINANNI adriat. II. tab. 13. f. 109.
KNORR Vergn. VI. tab. 17. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 29. f. 310, 311.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 70. f. 82.

Tefta rotundata ovata; Spiræ veftigium nullum; Latus utrumque marginatum; Dorfum exaratum fulcis transverfis, ultra marginem & ipfa rimæ labia excurrentibus; Rima arcuata; Labium poftice retufum. Variat:

α) Tefta alba, maculis rarioribus latis nigris, & fulco longitudinali in dorfo.

Long. 6. lin. lat. 3. lin.

β) Tefta incarnata, maculis minutis rubris, fulco dorfali nullo.

Long. 3. lin. lat. 2. lin.

Obfervat Linnæus, europæas fulco dorfali deftitutas effe; monet autem Adanfon (a) africanas quoque fulco hoc carere.

Animal a reliquis fui generis differt pede & tentaculis longioribus (b).

Habitat in Europa & Jamaica, *Linnæus;* in mari adriatico, *Ginnani;* ad Angliæ littora, *Lifter*, *Pennant;* Galliæ, *Adanfon;* ad Jamaicam & Barbados, *Lifter;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Goream & promontorium Manuel Africæ, *Adanfon.*

(a) Adanfon Hift. natur. du Seneg. pag. 75.
(b) Adanfon loc. cit.

CYPRÆA NUCLEUS.

TAB. VIII. f. 17. Linn. S. N. Sp. 365. Muſ. L. U. pag. 582.

Germ. Die Reiskornporzellane. *Belg.* Reiſt-Korrel *Gronov.* *Angl.* The Rice Gowry. *Gall.* La petite verole *Davila.*

Teſta utrinque marginata, ſulcis tuberculisque exaſperata.

TAB. VIII. fig. 17.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 708. f. 58.
RUMPH amboin. tab. 39. f. I.
PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 12.
— — amboin. tab. 16. f. 11.
GUALTIERI Teſt. tab. 14. f. S.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. V.
REGENFUS Samml. I. tab. 12. f. 75.
KNORR Vergn. IV. tab. 17. f. 7.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 29. f. 312.

Teſta ovata; Spiræ locus umbilicatus; Dorſum notatum ſulco longitudinali, ſtriis transverſis punctisque elevatis exaſperatum; Extremitates bifidæ; Latera marginata; Baſis convexa; Rima flexuoſa æqualis, dentata dentibus parallelis a rima per totam baſin ad latera uſque porrectis; Labium poſtice parum retuſum; Color albus, vel pallidus, punctis elevatis luteis annulo ferrugineo cinctis.

Long. 10. lin. lat. 6. lin.

Habitat in Nuſſatello & Hitoe Indiæ orientalis, *Rumph.*

CYPRÆA STAPHYLÆA.

TAB. VIII. f. 18. Linn. S. N. Sp. 366. Muſ. L. U. pag. 583.

Germ. Die Aſſel. *Belg.* Piſſeped. *Gall.* La Cloporte *Argenville.*

Teſta punctis elevatis ſcabra, ſine ſtriis, extremitatibus luteis.

TAB. VIII. fig. 18.

ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. S.
KNORR Vergn. IV. tab. 16. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 29. f. 313, 314.

Teſta

Teſta ovato-oblonga; Spiræ locus umbilicatus; Latera marginata, ſupra crenata; Rima æqualis utrinque dentata; Baſis parum convexa alba, extremitatibus luteis; Dorſum lividum, ſulco tenui longitudinali notatum, granis elevatis albis ſcabrum.

Long. 11. lin. lat. 6. lin.

Patria fors eadem cum præcedenti?

CYPRÆA CICERCULA.

Linn. S. N. Sp. 367. TAB. VIII. f. 19.

Germ. Das Kornknöpfchen. *Belg.* Korelye Knoopje *Rumph.* *Angl.* Wart Gowry *Petiver.*

Teſta utrinque roſtrata, adſperſa punctis elevatis.

TAB. VIII. fig. 19.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 710. f. 60.
RUMPH amboin. tab. 39. f. K.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 21.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 24. f. 243, 244.

Teſta ovata; Spira nulla; Extremitates roſtratæ; Rima recta, anguſta, non retuſa, utrinque dentata, dentibus baſin late occupantibus; Dorſum retro roſtrum anticum excavatum ſinu umbilicali, & ſecundum longitudinem ſulcatum, ſuperficie granulis minutis prominentibus ſcabra; Baſis convexa; Color albidus.

Long. 9. lin. lat. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

CYPRÆA GLOBULUS.

Linn. S. N. Sp. 368. Muſ. L. U. pag. 583. TAB. VIII. f. 20.

Germ. Das glatte Knöpfchen. *Belg.* Lange Knoopje *Gronov.* *Angl.* Pearl Gowry *Petiver.*

Teſta lævi, utrinque roſtrata.

TAB. VIII. fig. 20.

RUMPH amboin. tab. 39. f. N.
PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 14.
— — amboin. tab. 16. f. 19.

Gualtieri Teſt. tab. 14. f. M.
Knorr Vergn. VI. tab. 21. f. 7.
Murray Fund. Teſt. tab. 1. f. 12.
Martini Konch. Kab. I. tab. 24. f. 242.

Teſta ovata; Spiræ veſtigium nullum; Extremitates roſtratæ bifidæ; Latera ſubemarginata; Rima flexuoſa utrinque dentata; Baſis convexiuſcula; Dorſum læviſſimum luteſcens, prope latera punctis obſoletis fuſcis maculatum.

Long. 8. lin. lat. 4. lin.

Variat colore albo.

Habitat in Aſia, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

B U L L A.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 321.

Germ. Die Blaſenſchnecke. *Belg.* Blaas-hooren *Statius Müller.* *Gall.* Porcelaine a bouche moins etroite *Davila.* *Angl.* Dipper *Pennant.* *Dan.* Bobleſnekken *Brunnich.*

Bullæ dicuntur cochleæ, quibus apertura ſubcoarctata longitudinalis, columella obliqua edentula, & ſuperficies lævis eſt; Anceps Teſtaceorum genus! Habitus enim plurium ſpecierum, quæ inter teſtas has bullatas collocantur, indicat, eas ad alia genera pertinere, indeque renitente fere natura avulſas fuiſſe; Sic Bullam Ovum, Bullam verucoſam, Bullam gibboſam & Bullam Cypræam, dum ſeneſcunt, dentibus, Cypræarum in morem, inſtrui, & labia approximare obſervavit dignus Linnæo magiſtro diſcipulus Adolphus Murray [a]; Bullam virgineam & achatinam Buccinis, Bullam Hypnorum & fluviatilem Helicibus vindicavit Otto Müller [b]; Bullam Terebellum Conis, Bullam Ficum & Rapam Muricibus proxime affinem eſſe ipſe Linnæus ingenue fatetur; Unde fors paucæ tantum ex iis, quas hodiedum inter Bullas recenſemus, legitimæ ſunt hujus generis ſpecies. Reformabunt hæc ii, quibus animus eſt & occaſio novum condendi Syſtema; Nos, quibus a veſtigiis Viri ſummi non deflectere conſtitutum eſt, Bullas Muſei ordine linnæano recenſemus, petimusque ſpecierum diagnoſin ab apertura plus minusve coarctata, a teſtæ figura ovata, rotundata, oblonga, ſubcylindrica, vel turrita, ab extremitatibus effuſis aut roſtratis, & demum ab anfractibus plerumque convolutis aut turbinatis.

Nec

Nec curamus, quid de Bullæ incola ſentiant conchyliographi, utpote cum ſpurias plerumque Bullæ ſpecies examinaverint; Adanſonii (c), qui Bullæ Ampullæ, genuinæ hujus generis teſtæ, animal vidit, definitionem ſecuti, ſtatuimus: Bullæ vermem, molluſcum eſſe teſtaceum, capite, tentaculis, oculis deſtitutum, ita ut, totum quantum eſt, corpus ſit carnoſum, cartilagineum, ad extremitates rotundatum, aperturis binis pertuſum, quarum antica oris vice fungitur, quamvis maxillis & dentibus careat, per poſticam autem, ad latus dextrum locatam, reſpiret & excrementa ejiciat animal; Sita inter utramque aperturam corporis ſeu ventris pars, ſulcis duobus profundis longitudinaliter exarata, pedem ſupplet, & nonnunquam inflatur adeo, ut velut operculum aperturam teſtæ claudat. Examen Bullæ Speltæ a Ginannio (d) & Jano Planco (e) inſtitutum characteres molluſci hujus confirmat, vel, ſi nonnihil diſcrepat, id ſpeciei differentiæ tribuendum eſt.

Bullæ potiſſimum in fundo maris, unum aut duos pollices arenæ immerſæ, latent; Bulla Spelta in ovariis Teſtaceorum, Bulla Hypnorum in aquis foſſarum, inter folia putrida, & in foſſis campeſtribus, Bulla fontinalis in rivis, fontibus & lacubus victitat; Bulla achatina & virginea fluviatilis eſſe videtur.

(a) Scopoli Introd. ad hiſtor. natural. pag. 394.
(b) Hiſt. Verm. II. pag. 167, 169 & 142.
(c) Hiſt. natur. du Senegal pag. 3. tab. 1. f. 1, 2.
(d) Ginanni adriat. II. pag. 16.
(e) De conchis minus notis pag. 23.



BULLA OVUM.

Linn. S. N. Sp. 369. Muf. L. U. pag. 584.

Germ. Das Ey. *Belg.* Wit-Ey *Gronov.* *Angl.* White Egg-Gowry *Petiver.* *Gall.* L'Oeuf *Davila.*

Tefta ovata, obtufe biroftri, labro dentato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 25.
LISTER Hift. Conch. tab. 711. f. 65.
RUMPH amboin. tab. 38. f. Q.
PETIVER amboin. tab. 8. f. 6.
— — Gazoph. I. tab. 97. f. 7.
GUALTIERI Teft. tab. 15. f. A.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. A.
VALENTIN Abhand. tab. 4. f. 32.
SEBA Thef. III. tab. 76. f. 6, 10.
KNORR Vergn. VI. tab. 33. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 22. f. 205, 206.

Tefta ovata lævis; Spira nulla; Apertura elongata; Labrum obfolete dentatum [(a)]; Apex & bafis producta in roftrum breve; Color teftæ externus niveus, internus luteo-rubefcens.

Caro animalis veneno fcatet.

Long. 3. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in oceano afiatico, *Linnæus;* ad Ceram, *Rumph.*

(a) Labro exteriore Cypræis convenit, interiore ad Bullas accedit, hinc media inter Bullas & Cypræas, Linn. Syft. Nat.

BULLA BIROSTRIS.

Linn. S. N. Sp. 371.

Germ. Der kleine Weberfpuhl. *Belg.* Baftert Wewer-Spoeltje. *Angl.* Baftard Weavers Shuttle *Huddesford.* *Gall.* Petite Navette.

Tefta oblonga, margine incraffato, angulato, roftris elongatis, lævibus.

LISTER Hift. Conch. tab. 711. f. 66.
KNORR Vergn. VI. tab. 20. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 23. f. 217.

Tefta

Teſta elongata lævis; Spira nulla; Apex & baſis producta in roſtrum attenuatum; oblique truncatum, roſtro in altera extremitate parum elevato; Margo labri externus longitudinaliter incraſſatus; Apertura elongata, anguſta, verſus roſtrum alterum latior; Color pallidus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 2. lin.

Habitat ad Javam, *Linnæus.*

BULLA SPELTA.

Linn. S. N. Sp. 372.

Germ. Das Joch. *Belg.* Jockje. *Angl.* Smal Leghorn Gowry-Kin *Petiver.*

Teſta oblonga, utrinque obtuſiuſcula, labro arcuato, incraſſato.

Lister Hiſt. Conch. tab. 712. f. 68.
Petiver Gazoph. I. tab. 66. f. 2, 3.
Gualtieri Teſt. tab. 15. f. 4.
Ginanni adriat. II. tab. 13. f. 95.
Martini Konch. Kab. I. tab. 23. f. 215, 216.

Teſta ovato-oblonga lævis, utrinque attenuata; Spira nulla; Apertura longitudinalis; Labrum angulatum, extus incraſſatum; Color pallide rubellus.

Long. 10. lin. lat. 3. lin.

Anatomiam & hiſtoriam animalis tentavit Ginanni [a], ſed confuſam ſatis, figurisque peſſimis obſcuratam magis quam illuſtratam; Collegit has obſervationes Janus Plancus [b], indeque novimus, molluſcum carnoſum, cartilagineum, tentaculis deſtitutum, ore in extremitate carnoſa poſito, circa ſtomachum tria habere oſſicula, quibus ſuſtentetur & defendatur animal.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; in adriatico, *Ginanni.*

(a) Ginanni Opere poſth. II. pag. 16.
(b) Janus Plancus de conchis minus notis pag. 22.

BULLA VERRUCOSA.

Linn. S. N. Sp. 373. Muſ. L. U. pag. 585.

Germ. Der Hochrücken. *Belg.* Witte Jamboeſim *Gronov.* *Angl.* White Nipple Gowry-Kin *Petiver.* *Gall.* La Boſſue *Davila.*

 Teſta

Teſta gibboſa, transverſim carinata, grano rotundato extremitatibus dorſi adnato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 712. f. 67.
RUMPH amboin. tab. 38. f. H.
PETIVER Gazoph. I. tab. 97. f. 22.
— — amboin. tab. 16. f. 23.
GUALTIERI Teſt. tab. 16. f. F.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. M.
SEBA Theſ. III. tab. 55. f. 17.
KNORR Vergn. IV. tab. 26. f. 7.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 23. f. 220, 221.

Teſta ovata lævis; Spiræ locum granum occupat rotundatum, adnatum, cui ſimile oppoſitum eſt in regione poſtica; Dorſum acute convexum, & valde declive verſus utramque extremitatem; Rimæ margo exterior vix dentatus; Color niveus.

Long. 1. poll. lat. 7. lin.

Habitat in India orientali, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

BULLA GIBBOSA.

Linn. S. N. Sp. 374. Muſ. L. U. pag. 585.

Germ. Der Wulſt. *Belg.* Hoogruggetje *Gronov.* *Angl.* Short gibbous Schuttle *Huddesford.* *Gall.* La petite Bouche.

Teſta ſubcylindrica, angulo dorſali elevato, transverſo.

COLUMNA purp. cap. 20.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 249, 339.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 711. f. 64.
PETIVER Gazoph. I. tab. 15. f. 5.
GUALTIERI Teſt. tab. 15. f. 3.
ARGENVILLE Conch. tab. 18. f. Q.
SEBA Theſ. III. tab. 55. f. 18.
KNORR Vergn. I. tab. 14. f. 3, 4.
— — — VI. tab. 32. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 22. f. 211, 212.

Teſta ovata, ſubcylindrica, craſſa, utrinque obtuſa; Dorſum transverſim carinatum; Spira nulla; Apertura elongata, edentula, margine inflexo; Color niveus aut flavo-rubeſcens.

Long. 1. poll. lat. 6. lin.

Habitat ad inſulas Americæ, *Statius Müller*; ad littora Braſiliæ, *Bonanni*, *Linnæus.*

BULLA

BULLA NAUCUM.

Linn. S. N. Sp. 375. Muſ. L. U. pag. 586.

Germ. Das Taubeney. *Belg.* Wit Kievits Ey *Gronov.* *Gall.* La Bulle d'eau *Davila.*

Teſta rotundata, ſubpellucida, transverſim ſtriata, utrinque umbilicata.

BONANNI Recr. Cl 3. f. 4.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 714. f. 73.
RUMPH amboin. tab. 27. f. H.
GUALTIERI Teſt. tab. 13. f. G, G.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. Q.
SEBA Theſ. III. tab. 38. f. 45.
KNORR Vergn. VI. tab. 38. f. 2, 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 22. f. 200, 201.

Teſta rotundato-ovata, fragilis, ſubpellucida, glabra, transverſim tenuiſſime ſtriata; Spira nulla; Umbilicus in utraque extremitate æqualis, ubi labium, margine ſpiraliter inflexo, deſinit in ventrem; Apertura patens, edentula; Labrum acutum, tenue; Color niveus.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 9. lin.

Habitat in Aſia, *Linnæus;* in India orientali, *Statius Müller;* ad Amboinam, *Rumph;* in mari africano, ad Bataviam, Javam, Holalihoe & inſulam Oma, *Martini.*

BULLA APERTA.

Linn. S. N. Sp. 376.

Germ. Die offene Blaſe.

Teſta ſubrotunda, pellucida, apertura patentiſſima.

GUALTIERI Teſt. tab. 13. f. E, E.

Teſta ovata, pellucida; Spiræ veſtigium nullum; Labrum patentiſſimum; Columella anguſta, brevis; Cavitas tota patula, ſuperius excurrens, ſubeffuſa; Color niveus.

Long. 6. lin. lat. 5. lin.

Habitat ad promontorium bonæ Spei, *Linnæus.*

BULLA AMPULLA.

Linn. S. N. Sp. 378. Muſ. L. U. pag. 586.

Germ. Das Kiebitz-Ey. *Belg.* Langwerpig Kievits-Ey *Gronov.* *Angl.* The Nut *Huddesford.* *Gall.* La Muſcade *Davila.*

Teſta rotundata, opaca, ventre umbilicato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 3.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 713. f. 69. tab. 714. f. 72. (non) Bulla striata
PETIVER Gazoph. I. tab. 50. f. 13. tab. 99. f. 14.
RUMPH amboin. tab. 27. f. G.
GUALTIERI Teſt. tab. 12. f. E—I.
ADANSON Seneg. tab. 1. f. 2.
SEBA Theſ. III. tab. 38. f. 34—44.
REGENFUS Samml. I. tab. 5. f. 58. tab. 8. f. 21.
KNORR Vergn. II. tab. 8. f. 1.
— — — V. tab. 17. f. 6.
DA COSTA Elem. tab. 3. f. 4, 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 21. f. 188. tab. 22. f. 202—204.

Teſta rotundato-ovata, craſſiuſcula, opaca, lævis; Spira nulla, ſed ejus locum umbilicus occupat; Apertura hians, poſtice dilatata; Labrum integrum, Labium adnatum; Color pallido-teſtaceus, punctis confluentibus purpuraſcentibus.

Long. 2. poll. lat. 1. poll. 2. lin.

Corpus animalis totum tegitur teſta, prominente ſolum pede craſſo, qui aperturam claudit.

Habitat in Africa, *Linnæus;* ad oſtia Nigri, *Adanſon;* in Indiis, ad littora Tranquebar, *Regenfus;* ad Jamaicam & inſulam Mauritii, *Liſter;* ad Amboinam, *Rumph;* ad inſulas Caraibicas, ad inſulam Elva, ad Barbados, Siam, Goream, *Martini;* in mari rubro, *Forskæl;* in mari ſiracuſano, *Bonanni;* prope Weymouth Angliæ, *Pennant;* Majores ex India orientali, minores ex India occidentali adferri aſſerit *Regenfus.*

BULLA LIGNARIA.

Linn. S. N. Sp. 379.

Germ. Die Papierrolle. *Belg.* Kaneel-Wafel *Gronov.* *Angl.* Wood-Dipper *Pennant.* *Gall.* L' Oublie *Davila.*

Teſta

Teſta obovato-oblonga, transverſim ſtriata, vertice umbilicato.

BONANNI Muſ. Kirch. f. 406.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 714. f. 71.
KNORR Vergn. VI. tab. 37. f. 4, 5.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 70. f. 83.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 21. f. 194, 195.

Teſta obovata, ſtriis transverſis parallelis inciſa; Spira nulla; Vertex umbilicatus; Apertura ſupra elongata, infra ampliata; Columella torta, ad verticem uſque perſpicua; Labium infra ventrem replicato-marginatum; Labrum integrum, ſuperne retuſum; Color pallide luteſcens.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Variat colore albo.

Habitat in mari adriatico, *Janus Plancus*; ad Siracuſam, *Klein*; ad Angliæ littora, *Pennant*.

BULLA PHYSIS.

Linn. S. N. Sp. 380. Muſ. L. U. pag. 587.

Germ. Die Staatenfahne. *Belg.* Staate Viaggetje *Valentin*. *Gall.* Gondole rayé *Argenville*.

Teſta ovato-oblonga, picta lineis transverſis undulatis, ſpira planiuſcula.

BONANNI Muſ. Kirch. f. 403.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 715. f. 75.
VALENTIN Abhand. tab. 2. f. 19.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. V. f. 98.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. I.
SEBA Theſ. III. tab. 38. f. 46—50.
MURRAY Fund. Teſt. tab. 1. f. 9.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 21. f. 196, 197.

Teſta ſubovata, pellucida, fragilis; Spira vix non horizontalis, parum deſcendens; Apertura poſtice ampliata, hians; Columellæ labium reflexum, infra ventrem adnatum; Labrum integrum, tenue; Color pallidus, lineis transverſis undulatis, rufis.

Long. 11. lin. lat. 7. lin.

Habitat in India orientali, *Martini*.

BULLA AMPLUSTRE.

TAB. IX. f. 1. Linn. S. N. Sp. 381. Muſ. L. U. pag. 587.

Germ. Das rothe Band. *Belg.* Rood - Bandje.

Teſta ſubgloboſa albida, cingulis transverſis fuſcis, ſpira obtuſa.

TAB. IX. fig. 1.

MARTINI Konch. Kab. I. tab. 21. f. 198.

Teſta rotundata, ſubpellucida, glabra; Spira obtuſa, convexa; Labrum patulum; Columella torta; Color albus, faſciis transverſis parallelis fuſcis, quarum ſuprema verticem, infima baſin, media vero duplicata ventrem ambit, & aliam intermediam niveam cingit.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in Aſia, *Linnæus.*

BULLA FICUS.

Linn. S. N. Sp. 382. Muſ. L. U. pag. 637.

Germ. Die Feige. *Belg.* Spaanſche Vyg *Rumph.* *Angl.* The Fig *Huddesford.* *Gall.* La Figue *Davila.*

Teſta obovato - clavata, reticulatim ſtriata, roſtro exſerto, ſpira obliterata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 15.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 750. f. 46.
RUMPH amboin. tab. 27. f. K.
PETIVER amboin. tab. 6. f. 9.
GUALTIERI Teſt. tab. 26. f. I, M.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. O.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 5. f. 93.
SEBA Theſ. III. tab. 68. f. 3—6.
KNORR Vergn. I. tab. 19. f. 4.
— — — III. tab. 23. f. 1.
— — — VI. tab. 27. f. 7.
— — Delic. nat. I. tab. B. II. f. 7.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 66. f. 733, 734.

Teſta

Teſta obovata, ſubdiaphana, lævis, deſinens in baſin elongatam, roſtratam; Superficies ſtriis elevatis transverſis, & tenuiſſimis longitudinalibus reticulata; Spira obtuſa, vix ultra teſtam eminens; Labrum dehiſcens, edentulum; Color albus, aut glauceſcens, ore ſæpius violaceo.

Long. 3. poll. 5. lin. lat. 2. poll.

Habitat in oceano indico, *Bonanni*, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; in inſulis antillis, *Martini*.

BULLA RAPA.

Linn. S. N. Sp. 383. Muſ. L. U. pag. 638.

Germ. Die Rübe. *Belg.* Papiere Knoll *Gronov.* *Angl.* Round Partridge *Petiver.* *Gall.* Le Radix *Davila.*

Teſta rotundato-turbinata, ſpira exſerta, roſtro incurvato.

RUMPH amboin. tab. 27. f. E.
PETIVER amboin. tab. 9. f. 8.
VALENTIN Abhand. tab. 9. f. 82.
GUALTIERI Teſt. tab. 26. f. H.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. K.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 4. f. 80.
SEBA Theſ. III. tab. 38. f. 13—16, 18—20, 22, 23. tab. 68. f. 7, 8.
KNORR Vergn. I. tab. 19. f. 5.
— — Delic. nat. I. tab. B. II. f. 8.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 68. f. 747—749.

Teſta rapiformis, ſubdiaphana, deſinens in baſin elongatam, curvam, rugoſam; Spira mucronata, breviſſima; Labium tenue, adnatum. Variat:

α) Teſta alba glabra,

β) Teſta pallido-luteſcente, ſuperficie ſtriata.

Long. 2. poll. lat. 1. poll. 7. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*.

BULLA TEREBELLUM.

Linn. S. N. Sp. 388. Muf. L. U. pag. 564.

Germ. Der glatte Bötcherbohrer. *Belg.* Kuipersboor *Rumph.* *Angl.* The Auger *Huddesford.* *Gall.* La Tarriere *Davila.*

Tefta cylindrica, fpira fubulata, bafi truncata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 57.
LISTER Hift. Conch. tab. 736. f. 30—32.
RUMPH amboin. tab. 30. f. S.
PETIVER amboin. tab. 13. f. 24.
GUALTIERI Teft. tab. 23. f. O.
ARGENVILLE Conch. tab. 11. f. G.
HILL Hift. of anim. tab. 9.
KNORR Vergn. II. tab. 4. f. 4, 5.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 51. f. 568, 569.

Tefta fubcylindrica, lævis, fupra in fpiram conicam fubulatam attenuata; Anfractus quatuor; Labium replicatum adnatum; Labrum integrum; Bafis truncata, finu introrfum angulato excifa; Color albus aut pallidus, rubro-punctatus, vel lineatus

α) Punctis difperfis minutiffimis,

β) Punctis maculisque nebulofis,

γ) Lineis punctatis,

δ) Lineis obliquis, angulatis.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 5. lin.

Tefta ad conos propius accedit; Animal ex aqua per arcum falit.

Habitat in Afia, *Linnæus;* in Indiis, *Bonanni;* ad Amboinam, *Rumph.*

BULLA CYPRÆA.

TAB. IX. f. 2.

Linn. S. N. Sp. 389.

Germ. Die Porzellanblafe. *Belg.* Bruin gebandeerd Bakje.

Tefta ovato-oblonga, fpiræ apice prominulo, columella torta.

TAB. IX. fig. 2.

Knorr Vergn. VI. tab. 4. f. 5.

Teſta ovato - oblonga; Spira mucronata breviſſima, anfractibus tribus; Columella ſupra ventricoſa, verſus baſin attenuata & torta; Baſis effuſa; Color extus luteſcens, maculis diſperſis albis.

Long. 2. poll. lat. 1. poll. 1. lin.

Larva Cyprææ ſpurcæ, quæ, dum labia approximat, dentibus inſtruitur, & Cypræarum characterem induit.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

BULLA VIRGINEA.

Linn. S. N. Sp. 390. Muſ. L. U. pag. 612.

Germ. Die Prinzenfahne. *Belg.* Prince Vlag *Gronov.* *Angl.* The Prince of Orange Flag *Huddesford.* *Gall.* Le Ruban *Davila.*

Teſta ſubturrita, erecta, columellæ baſi truncata, cingulis coloratis transverſis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 66.
Lister Hiſt. Conch. tab. 12. f. 7. tab. 15. f. 10.
Gualtieri Teſt. tab. 6. f. A, C, D.
Argenville Conch. tab. 11. f. M, N.
Klein Meth. oſtrac. tab. 7. f. 116.
Seba Theſ. III. tab. 39. f. 62—74. tab. 40. f. 38, 39.
Regenfus Samml. I. tab. 10. f. 46.
Knorr Vergn. I. tab. 30. f. 7.
— — — V. tab. 25. f. 4.
— — Delic. nat. I. tab. B. II. f. 6.

Teſta conica, acuminata, lævis; Anfractus octo, ſenſim decreſcentes, convexi; Apertura inæqualiter ovata; Labrum acutum; Labium inflexum; Baſis truncata; Color albus, variegatus:

α) Faſciis miniatis flavisque, lineis roſeis & purpuraſcentibus.

β) Faſciis flavis & viridibus, lineis purpureis & violaceis.

γ) Lineis fulvis, cum faſciis interruptis, ſolum in anfractibus ſupremis alternantibus.

δ) Lineis miniatis prope ſuturas.

ε) Faſciis parallelis fuſcis.

ζ) Colore fuſco, anfractuum ſaſcia media & ſuturali, alba.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 10. lin.

Columellam in adultis integram evadere docet Cl. Otto Müller (a), ergo Helicibus potius adnumeranda hæc ſpecies, ſi aperturam in cochleis diſponendis contemplamur, quam Buccinis; quo tamen a Müllero, qui teſtacea ſecundum hoſpitantium in iis molluſcorum characteres diſtinguit, ut quondam a Linnæo (b), collocatur, quamvis animal non viderit.

Habitat in Indiis, *Bonanni*, *Otto Müller*; in inſulis antillis, *Statius Müller*; ad Barbados, *Liſter*, *Petiver*; in America, *Davila*; in Africæ fluviis, *Linnæus*.

(a) Hiſtoria Vermium II. pag. 145.
(b) Muſ. Ludov. Ulricæ pag. 612.

BULLA ACHATINA.

Tab. X. f. 1, 2. Linn. S. N. Sp. 391. Muſ. L. U. pag. 589.

Germ. Die franzöſiſche Schellenſchnecke. *Belg.* Franſche Belhorn.

Teſta ovato-oblonga, columellæ baſi truncata.

α) Faſciis undulatis longitudinalibus latis, columella rubra.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 192.
Lister Hiſt. Conch. tab. 597. f. 34.
Gualtieri Teſt. tab. 45. f. B.
Klein Meth. oſtrac. tab. 3. f. 60.
Seba Theſ. III. tab. 71. f. 1—3.
Knorr Vergn. IV. tab. 24. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. V. f. 1.

β) Faſciis longitudinalibus, undulatis, tenuibus, columella alba.

TAB. X. fig. 1.

Seba Theſ. III. tab. 71. f. 4, 5.
Argenville Conch. Suppl. tab. 2. f. L.
Adanson Seneg. tab. 1. f. 1.
Knorr Vergn. V. tab. 12. f. 2.

γ) Pon-

γ) Ponderoſa, alba, unicolor.

TAB. X. fig. 2.

Teſta ovata, acuminata, glabra; Anfractus ſex ad octo convexi, ſenſim decreſcentes; Apertura ovata, infra anguſtior; Labrum acutum; Labium inflexum; Baſis truncata.

Long. 7. lin. lat. 4. lin.

Varietates plures hujus ſpeciei recenſet Otto Müller [a] & varietatem noſtram α pro teſtaceo marino, β pro fluviatili habet, collocando Bullam hanc Linnæi inter Buccina, quamvis teſtæ hujus quoque animal videre ipſi non contigerit; Adanſonii figuram, quam citavimus, ad Helicem ſuam flammeam refert, ſed fatetur differre ſpecimen ſuum ab illo anfractibus majoribus & apertura magis coarctata.

Habitat in oceano americano, *Linnæus*; in India occidentali, *Statius Müller*; ad Jamaicam, *Liſter*.

(a) Otto Müller Hiſt. Vermium Tom. II. pag. 142.

VOLUTA.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 322.

Germ. Die Faltenſchnecke. *Belg.* Daadel *Oudaan.* *Angl.* Rhomb-Shell *Huddesford.* *Gall.* Volute *Davila.* *Dan.* Valſeſnekken *Brunnich.*

Diſtinguit Volutas columella plicata, elabiata, cum axi imperforata. Præter notam hanc conſtantem & Volutis omnibus communem differunt hæ cochleæ inter ſe teſtæ habitu, ſtructura, & aperturæ fabrica, a qua totum genus in Volutas

I. Coarctatas ad aperturam,

II. Cylindricas, apertura effuſa,

III. Ovatas, apertura effuſa,

IV. Fuſiformes &

V. Ventricoſas

ſubdividimus, mutuantes ſpecierum characteres a plicarum in columella numero & ab anfractuum ſuperficie, quæ vel lævis, vel ſtriata, ſulcata, plicata, coſtata, aut ſpinis coronata eſt.

Si mollufca in Volutis hofpitantia confulimus, Volutas coarctatas Helicibus [(a)], nonnullas vero fufiformium & ovatarum Buccinis [(b)] adfcendere oportet. In aliis, præcipue cylindricis & ventricofis fingulare degit animal: Capite lunato, fupra convexo, fubtus plano, & ad marginem attenuato, e cujus fummitate tentacula duo, conica, glabra, divergentia prodeunt, in angulo exteriori bafeos oculata; Ore fubtus longitudinaliter incifo [(c)], maxilla inferiori mobili; Pede elliptico, ad extremitates obtufo; Pallio demum per cochleæ meatus internos expanfo, teftam nonnifi antice fuperante, ubi in canalem cylindricum complicatur.

Variat animal in fpeciebus quibusdam præter majorem corporis molem tentaculis triangularibus, planis, brevibus, & profcide cylindrica longiore, ad extremitatem pertufa & dentata, quam etiam in ore reliquarum latere fufpicatur Adanfonius [(d)], qui mollufca Volutarum fumma, qua celebris hic conchyliographus inclaruit, accuratione examinavit & expreffit [(e)].

Delitefcunt Volutæ in fabulofis præcipue & faxofis maris littoribus.


(a) Voluta Auris Midæ & Auris Judæ inter Helices refertur ab Otto. Müller in Hift. Verm. P. II. pag. 110—112.

(b) Volutam Tringam & cancellatam inter Purpuras fuas collocat Adanfon in Hift. nat. du Seneg. tab. 8. f. 16. tab. 9. f. 27.

(c) Argenville Zoomorph. tab. 3. f. G. os rotundum inter tentacula reponit.

(d) Loc. cit. pag. 51.

(e) Loc. cit. pag. 45. tab. 3. f. 1. pag. 50. tab. 4. f. 1.



VOLUTA

I. APERTURA COARCTATA.

VOLUTA AURIS MIDÆ.

Linn. S. N. Sp. 392. Muſ. L. U. pag. 589.

Germ. Das Midas Ohr. *Belg.* Midas-Oor *Rumph.* *Angl.* Midas Ear *Petiver.* *Gall.* Oreille de Midas *Argenville.*

Teſta ovali, oblonga, ſpira baſique ruguloſa, columella biplicata.

BONANNI Muſ. Kirch. f. 412.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 32. f. 30.
RUMPH amboin. tab. 33. f. H, H.
PETIVER amboin. tab. 8. f. 2.
GUALTIERI Teſt. tab. 55. f. G.
ARGENVILLE Conch. tab. 10. f. G.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 7. f. 122.
SEBA Theſ. III. tab. 71. f. 21, 22.
KNORR Vergn. VI. tab. 25. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 43. f. 436—438.

Teſta ovata ſolida; Spira conica; Anfractus ſex, connati, prope baſin complanati, tuberculis granoſis obſiti, infimo elongato, ſubcompreſſo, coſta varicoſa longitudinali, quæ labro oppoſita eſt, notato; Superficies longitudinaliter plicata; Apertura oblonga, lanceolata, utrinque coarctata; Labrum integrum, margine incraſſato; Columellæ labium replicatum & expanſum, craſſum, transverſim biplicatum. Variant ſpecimina Muſei colore:

α) Niveo,

β) Fuſco.

Long. 4. poll. 1. lin. lat. 2. poll. 3. lin.

Cl. Otto Müller (a) ſuſpicatur hoſpitem hujus teſtacei, contra morem reliquorum, antequam incrementum teſtæ abſolutum ſit, aperturam labro craſſo & dentibus, repetitis vicibus, veſtire, eumque terreſtrem potius quam fluviatilem eſſe e ſtructura & craſſitie teſtæ argumentatur; Caro edulis, ſapore grato.

Habitat in Indiis, *Davila;* in Indiæ orientalis paludoſis, *Linnæus, Otto Müller;* in paludibus ſalſuginoſis Ceramiæ, *Rumph.*

(a) Otto Müller Hiſt. Vermium II. pag. 111.

VOLUTA AURIS SILENI.

Tab. IX. f. 3, 4. *Germ.* Das Langohr.

Testa ovali, gibba, umbilicata, columellæ plica unica, crassa, flexuosa.

TAB. IX. fig. 3, 4.

Testa ovata, gibba, lævis, longitudinaliter obsolete striata; Spira ex anfractibus quatuor convexis, subito decrescentibus, in verticem obtusum terminata; Apertura ovata, coarctata; Labrum marginatum; Labium tenue, replicatum, & supra columellam expansum, dente subtus obliquo, crasso; Basis perforata; Color rubro-fuscus, fasciis undulatis longitudinaliter rufis.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 10. lin.

Patria ignota.

II. *CYLINDROIDEÆ, EFFUSÆ.*

VOLUTA PORPHYRIA.

Linn. S. N. Sp. 398. Muf. L. U. pag. 592.

Germ. Die Lagerwalze. *Belg.* Porphyr-Daädel *Gronov.* *Angl.* The Camp *Da Costa.* *Gall.* Le Porphyre *Argenville.*

Testa subcylindrica, lævi, spiræ anfractibus acute marginatis, infimis planiusculis, columella incrassata, oblique plicata.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 140.
Gualtieri Test. tab. 24. f. P.
Argenville Conch. tab. 12. f. K.
Knorr Vergn. I. tab. 15. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 4.
Da Costa Elem. tab. 5. f. 4.
Martini Konch. Kab. II. tab. 47. f. 498.

Testa subcylindrica, glaberrima; Spira acuminata; Anfractus septem declives, infimis planiusculis, suturis canaliculatis, acute marginatis; Labrum acutum, integrum; Labium reflexum, adnatum, striis transversis oblique plicatum; Basis emarginata, extremitate effusa; Color rubescens, lineis angulatis concurrentibus fuscis.

Long. 4. poll. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in America meridionali, *Davila*; in Brasilia, *Bonanni*, *Linnæus*; ad Porto bello & Panama, *Martini.*

VOLU-

VOLUTA OLIVA.

Linn. S. N. Sp. 399. Muf. L. U. pag. 593.

Germ. Die Olivenwalze. *Belg.* Daadel. *Angl.* The Olive Shell. *Gall.* L'Olive.

Tefta fubcylindrica, lævi, fpiræ anfractibus planiufculis, extimo tumido reflexo, columella incraffata, oblique plicata.

α) Albida, lineis undulatis, fafciisque reticulatis rufis.

Germ. Der weiffe Brokard mit rothbraunen Bändern.

MARTINI Konch. Kab. II. tab. 51. f. 561.

β) Virefcens reticulata, fafciis duabus transverfis nigris, columella crocea.

Germ. Die olivenfarbige Netzdattel. *Belg.* Groenkleurige bandeerde Net-Daadel.

LISTER Hift. Conch. tab. 739. f. 28.
RUMPH amboin. tab. 39. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 48. f. 512, 513.

Habitat ad Bataviam Indiæ orientalis, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph.*

γ) Cærulefcens luteo maculata, fafciis transverfis viridibus.

Germ. Die gelbgeflammte Olive mit grünen Bändern. *Belg.* Groengebandeerte Satyne-Daadel *Oudaan.*

LISTER Hift. Conch. tab. 739. f. 26.
SEBA Thef. III. tab. 53. f. H.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 48. f. 511.

Locus natalis idem cum præcedenti, *Martini.*

δ) Olivacea, fafciis transverfis interruptis nigris.

Germ. Das Prinzenbegräbniß. *Belg.* Prince-Begraafenis *Rumph.* *Angl.* Prince Stamper *Petiver.* *Gall.* Drap mortuaire *Davila.*

LISTER Hift. Conch. tab. 24. f. E.
RUMPH amboin. tab. 39. f. 4.
PETIVER amboin. tab. 2. f. 1.

Valentin Abhand. tab. 8. f. 68.
Gualtieri Teſt. tab. 24. f. E.
Argenville Conch. tab. 13. f. S.
Seba Theſ. III. tab. 53. f. M. a.
Knorr Vergn. V. tab. 19. f. 1.
Martini Konch. Kab. II. tab. 45. f. 480.

Habitat in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Bataviam, *Martini.*

ε) Obſcure luteſcens, faſciis longitudinalibus undulatis rufis.

Germ. Rothbraune gewäſſerte Dattel. *Belg.* Koskleurig gewaterde Daadel.

Martini Konch. Kab. II. tab. 47. f. 505, 506.

ζ) Alba, luteo fuſcoque nebuloſa, faſciis duabus transverſis fuſcis, fauce roſea.

Germ. Die Porphyrwalze. *Belg.* Porphyrſteene Daadel *Rumph.* *Angl.* The pourple Marble Date.

Lister Hiſt. Conch. tab. 727. f. 14.
Rumph amboin. tab. 39. f. 1.
Gualtieri Teſt. tab. 24. f. O.
Argenville Conch. tab. 13. f. N.
Seba Theſ. III. tab. 53. f. A—D.
Regenfus Samml. I. tab. 2. f. 15.
Martini Konch. Kab. II. tab. 45. f. 476, 477.

Habitat in Indiis, *Regenfus*; ad Amboinam, *Rumph.*

η) Aurantia, faſciis transverſis obſoletis violaceis.

Germ. Die Orangenwalze mit violeten Bändern. *Belg.* Achaatje *Rumph.*

Martini Konch. Kab. II. tab. 46. f. 495.

ϑ) Aurantia, faſcia media transverſa nivea.

Germ. Die Orangenwalze mit weiſſem Bande.

ι) Pallide

ι) Pallide lutea, maculis cærulescentibus adspersa, fauce violacea.

Germ. Die blaugetropfte Dattel. *Belg.* Swarte Droppels *Rumph.*

LISTER Hist. Conch. tab. 721. f. 6.
RUMPH amboin. tab. 39. f. 6.
PETIVER amboin. tab. 22. f. 5.
GUALTIERI Test. tab. 23. f. T.
ADANSON Seneg. tab. 4. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 46. f. 493, 494.

Habitat in littore sabuloso ad ostia Nigri in Africa, *Adanson.*

κ) Fusca unicolor.

Germ. Die braune Dattel. *Belg.* Bruine Rolletje. *Gall.* Olive brune.

SEBA Thes. III. tab. 53. f. K.
KNORR Vergn. V. tab. 27. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 47. f. 501.
DA COSTA Elem. tab. 5. f. 7.

λ) E fusco nigra, unicolor.

Germ. Die schwarzbraune Dattel. *Belg.* Zwaarte Daadel *Rumph.* *Gall.* La Moresque *Davila.*

LISTER Hist. Conch. tab. 739. f. 27.
RUMPH amboin. tab. 39. f. 2.
GUALTIERI Test. tab. 23. f. B.
SEBA Thes. III. tab. 53. f. L.
KNORR Vergn. V. tab. 28. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 45. f. 472, 473.

Habitat ad Amboinam, *Rumph.*

Testa subcylindrica, glabra; Spira acuminata, brevis, anfractibus senis, planiusculis, suturis canaliculatis, extimo anfractuum reflexo tumido; Labrum obtusum integrum; Labium oblique sulcatum, reflexo-adnatum; Basis obtuse & oblique emarginata, extremitate effusa.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 1. lin.

VOLUTA GIBBOSA.

Germ. Die dicke Schlauchdattel. *Belg.* Sluik-Daadel *Oudaan.* *Angl.* The clouded Olive *Hill.* *Gall.* Agathe bossue *Argenville.*

Testa

Testa ovata ventricosa, columella callosa, spiræ acuminatæ anfractibus infimis incrassatis.

LISTER Hist. Conch. tab. 723. f. 10.
PETIVER Gazoph. I. tab. 19. f. 9.
ARGENVILLE Conch. tab. 13. f. M.
HILL Hist. of anim. tab. 8.
KNORR Vergn. II. tab. 12. f. 4, 5.
— — — V. tab. 4. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 51. f. 565, 566.

Testa ovata, oblonga, ponderosa, glabra; Spira acuminata; Anfractus sulco suturali distincti, infimis tumidis, gibbis; Labrum integerrimum, acutum; Labium reflexum, tumidum, callosum, supra incrassatum, subtus oblique sulcatum, emarginatum; Venter extus fucescens, maculis oblongis & fascia transversa albida; Faux alba.

Long. 2. poll. 3. lin. lat. 1. poll.

Patria fors Indiæ?

VOLUTA ISPIDULA.

Linn. S. N. Sp. 400. Mus. L. U. pag. 594.

Germ. Die Spitzdattel.

Testa subcylindrica, lævi, spira conica suturis acutis, columella incrassata, oblique plicata.

α) Albida, fusco-maculata.

Germ. Die weiß- und braungefleckte Spitzdattel. *Belg.* Gemarmelde Glimertje.

ARGENVILLE Conch. tab. 13. f. Q.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 49. f. 526.

β) Alba, maculis undatis fuscis.

Germ. Die Buchstabendattel. *Belg.* Fraaye Zikzak-Daadel. *Gall.* Olive lettrée.

LISTER Hist. Conch. tab. 732. f. 21.
GUALTIERI Test. tab. 23. f. N.
ADANSON Seneg. tab. 4. f. 7.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 46. f. 487, 488.

Habitat ad ostia Nigri in Africa, *Adanson.*

γ) Albi-

γ) Albida, maculis venisque fuſcis.

Germ. Die braungeaderte lange Spitzdattel.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 722. f. 9.
RUMPH amboin. tab. 39. f. 9.
PETIVER Gazoph. I. tab. 102. f. 18.
GUALTIERI Teſt. tab. 23. f. R, R.
SEBA Theſ. III. tab. 53. f. P.
KNORR Vergn. III. tab. 17. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 50. f. 553.

Habitat ad Bataviam Indiæ orientalis, *Martini.*

δ) Nivea, unicolor.

Germ. Die weiſſe Spitzdattel.

KNORR Vergn. VI. tab. 34. f. 4, 5.

ε) Alba, maculis raris & faſcia prope ſpiram transverſa rufa.

Germ. Die punktirte Spitzdattel, mit rothbraunen Bändern.

MARTINI Konch. Kab. II. tab. 49. f. 524, 525.

ζ) Alba, parva, ſtriis fuſcis tenuiſſimis undata.

Germ. Die kleine gewäſſerte Spitzdattel.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 733. f. 22.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 50. f. 543, 544.

η) Griſea, parva, lineis angulatis violaceis.

Germ. Die kleine Spitzdattel mit violetten Winkelzügen.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 725. f. 13.
PETIVER Gazoph. I. tab. 152. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 50. f. 546, 547.

Habitat ad Barbados, *Liſter.*

ϑ) Caſtanea.

Germ. Die braune Spitzdattel.

MARTINI Konch. Kab. II. tab. 49. f. 537.

ι) Fuſca, albo - maculata.

Germ. Die braun und weißgefleckte Spitzdattel.

Martini Konch. Kab. II. tab. 49. f. 538.

κ) Alba, punctis luteis, maculisque undatis fuſcis, fauce violacea.

Germ. Der groſſe Kamelot. *Belg.* Kamelotje.

Lister Hiſt. Conch. tab. 719. f. 3.
Petiver Gazoph. I. tab. 156. f. 18.
Rumph amboin. tab. 38. f. 5.
Gualtieri Teſt. tab. 23. f. F.
Martini Konch. Kab. II. tab. 48. f. 518—521.

Teſta emarginata ſubcylindrica, lævis; Spira conica, longior; Anfractuum ſuturæ acutæ; Columella incraſſata, oblique plicata. Dignoſcitur a V. Oliva, cui multum eſt affinis, baſi ſpirali tumida, neque reflexa; Colorum differentia varietates, quas adduximus, diſtinguit.

Long. 2. poll. 9. lin. lat. 1. poll.

Patriam, ubi conſtitit, varietatum deſcriptioni addidimus.

VOLUTA BULLATA.

Germ. Die Baſenwalze.

Teſta emarginata, ovata, lævi, ſpira obliterata, complanata, columella quadriplicata.

Bonanni Muſ. Kirch. f. 269.
Lister Hiſt. Conch. tab. 83. f. 11.
Knorr Vergn. IV. tab. 23. f. 1. tab. 27. f. 1.

Teſta emarginata, ovata, lævis; Spira obliterata, complanata; Apertura lanceolata extremitatibus ſubeffuſis; Columella convexa, glabra, ſubtus plicata, plicis quatuor craſſis obliquis; Labrum obtuſum extrorſum reflexum, incraſſatum; Baſis infra plicas oblique marginata; Color pallide rubeſcens, faſciis transverſis, obſoletis, albis.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in mari indico, *Bonanni.*

III. OVATÆ, EFFUSÆ.

VOLUTA DACTYLUS [(a)]

Linn. S. N. Sp. 401.

Germ. Das Schweinchen. *Belg.* Varkentje.

Testa obovata lævi, decussatim striata, columella sexplicata.

LISTER Hist. Conch. tab. 812. f. 23.
GUALTIERI Test. tab. 28. f. P.

Testa ovata, obtusa, effusa, transversim & prope spiram decussatim striata; Spira brevis, obtuso-conica, anfractibus quinque; Labrum integrum, non emarginatum; Columella plicata, plicis transversis compressis; Color albus, maculis dispersis incarnatis rubris.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 7. lin.

Habitat in India, *Linnæus*; in sinu bengalico, *Lister*.

(a) Hæc & sequens species in Indice Musei prætermissa fuit.

VOLUTA MONILIS.

Linn. S. N. Sp. 403.

Germ. Die Ringelwalze. *Belg.* Witte Hals-Kraaltje *Gronov.*

Testa integra obovata, alba, spira obliterata, columella oblique striata.

PETIVER Gazoph. I. tab. 102. f. 13.
ADANSON Seneg. tab. 5. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 42. f. 426, 427.

Testa ovata, glabra; Spiræ locus retusus; Labrum integrum, non emarginatum; Basis emarginata, effusa; Columella plicis quatuor tenuibus transversis; Color niveus; Variat maculis nebulosis luteis.

Long. 6. lin. lat. 2. lin.

Indiæ gentes nonnullæ testas has e filo seriatim suspendunt, & inde monilia, armillas &c. in ornamentum parant; Hinc venter in omnibus fere pertusus.

Habitat in China, *Linnæus*; ad littora Senegalliæ, *Adanson*.

VOLUTA PERSICULA.

Linn. S. N. Sp. 404.

Teſta emarginata, lævi, ſpira retuſo-umbilicata, columella ſeptemplicata, labro marginato, crenato.

α) Lineis transverſis fulvis cincta.

Germ. Die geſtreifte Kornelkirſche. *Belg.* Gebandeerde Kornoeltje. *Gall.* Cornouille faſciée. *Angl.* Saffran girdled Cowrykin.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 238.
Lister Hiſt. Conch. tab. 803. f. 9.
Petiver Gazoph. I. tab. 8. f. 10.
Gualtieri Teſt. tab. 28. f. B.
Adanson Seneg. tab. 4. f. 4.
Knorr Vergn. VI. tab. 21. f. 6.
Martini Konch. Kab. II. tab. 42. f. 419, 420.

β) Punctis incarnatis adſperſa.

Germ. Die punktirte Kornelkirſche. *Belg.* Geſtippelte Kornoeltje. *Gall.* Cornouille ponctuée.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 246.
Lister Hiſt. Conch. tab. 803. f. 10.
Petiver Gazoph. I. tab. 8. f. 2.
Gualtieri Teſt. tab. 28. f. C, D, E.
Martini Konch. Kab. II. tab. 42. f. 421.

Teſta ovata, glabra; Spiræ locus retuſus, umbilicatus; Labrum extus incraſſato-marginatum, intus tenuiter ſtriatum; Columella plicis transverſis ſeptem; Apertura utrinque effuſa; Baſis marginata; Color albus.

Long. 10. lin. lat. 6. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; ad promontorium viride & inſulam Goream, *Adanſon.*

VOLUTA MARGINATA.

Tab. IX. f. 5, 6. *Germ.* Die geſaumte Kornelkirſche.

Teſta ovata, ſpira obſoleta, lateribus incraſſato-marginatis, columella quadriplicata.

TAB. IX. fig. 5, 6.

Testa ovata, lævis; Spira turbinata, adnata labro incrassato; Latera cincta margine lato, tumido; Columella plicata, plicis crassis obliquis quatuor; Apertura lanceolata, extremitatibus effusis; Color niveus.

Long. 1. poll., lat. 7. lin.

Patria ignota.

VOLUTA FABA.

Linn. S. N. Sp. 406.

Germ. Die Bohne. *Belg.* Gestipt Boontje *Gronov.* *Angl.* Blakspeckled Zilver Cowrykin *Petiver.* *Gall.* Cocombre pointée.

Testa ovata, lævi, spiræ mucronatæ anfractibus plicatis, columella quadriplicata.

LISTER Hist. Conch. tab. 812. f. 22.
GUALTIERI Test. tab. 28. f. Q.
KNORR Vergn. IV. tab. 17. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 432, 433.

Testa ovata, lævis; Spiræ anfractus quatuor longitudinaliter plicati; Labrum incrassato-marginatum; Columella plicis obliquis quatuor compressis; Basis vix emarginata, vixque effusa; Color glaucus, punctis oblongis fuscis, per series longitudinales pictis.

Long. 9. lin. lat. 5. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus.*

VOLUTA GLABELLA.

Linn. S. N. Sp. 407. Mus. L. U. pag. 574.

Germ. Die glatte Gurke. *Belg.* Kokomertje *Gronov.* *Gall.* La Prune.

Testa ovata, lævi, mucronata, columella quadriplicata, labro incrassato, reflexo.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 326.
LISTER Hist. Conch. tab. 818. f. 31.
GUALTIERI Test. tab. 28. f. L.
KLEIN Meth. ostrac. tab. 5. f. 92.
ADANSON Seneg. tab. 4. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 42. f. 422, 423.

Teſta ovata, glaberrima; Spira acuminata, anfractibus quatuor convexis; Labrum incraſſato-marginatum, antice ſeparatum; Baſis non marginata, vix effuſa; Columella oblique quadriplicata; Color extus glaucus, marginis ſulco & cavitate incarnatis.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 7. lin.

Animalis hiſtoriam lege apud Adanſonium (a).

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; ad Goream, *Adanſon.*

(a) Adanſon Hiſt. natur. du Senegal pag. 57. & ſeq.

VOLUTA MERCATORIA.

Linn. S. N. Sp. 409.

Germ. Das brütende Täubchen. *Belg.* Koopwaar *Gronov.* *Angl.* Common american Olive *Petiver.* *Gall.* La Pigeonne couvante.

Teſta ovata, transverſim ſtriata, columella retuſa & labro denticulatis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 823. f. 43.
PETIVER Gazoph. I. tab. 9. f. 4.
GUALTIERI Teſt. tab. 43. f. I, L.
ADANSON Seneg. tab. 9. 29.
KNORR Vergn. IV. tab. 12. f. 5.
— — — VI. tab. 16. f. 6. tab. 18. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 44. f. 452—458.

Teſta ovata, transverſim ſtriata; Spiræ obtuſæ anfractibus tribus; Columella retuſa unidentata; Labrum gibbum, denticulatum; Color albo luteoque varius, cingulis punctatis fuſcis, apice amethyſtino.

Long. 5. lin. lat. 3. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Goream Africæ, *Adanſon*; ad Jamaicam, *Liſter*, *Sloane.*

VOLUTA RUSTICA.

Linn. S. N. Sp. 410.

Germ. Der Olivenkern. *Belg.* Gepleekt Boetje *Gronov.* *Angl.* Barbadoes Net Olive *Petiver.*

Teſta ovata, lævi, ſpira mucronata, columella labroque denticulatis.

LISTER

LISTER Hist. Conch. tab. 826. f. 49. a.
PETIVER Gazoph. I. tab. 30. f. 6.
GUALTIERI Test. tab. 43. f. E, G, H.
ADANSON Seneg. tab. 9. f. 28.
KNORR Vergn. VI. tab. 18. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 44. f. 469, 470.

Testa ovata, lævis; Spiræ acutæ anfractibus tribus; Columella planiuscula, retusa, denticulata; Labrum introrsum gibbum, denticulatum; Color fuscus, maculis dispersis niveis.

Long. 8. lin. lat. 4. lin.

Animal a congeneribus differt punctis ophthalmicis infra medietatem tentaculorum positis, & operculo minuto [a].

Habitat in mari mediterraneo & africano, *Linnæus*; ad insulam Goream, *Adanson*; ad Barbados, *Petiver*.

(a) Adanson l. c. pag. 136.

VOLUTA PAUPERCULA.

Linn. S. N. Sp. 411.

Germ. Das arme Weibchen. *Angl.* Zebra Rhomb *Huddesford*. *Gall.* La Mignature.

Testa ovata, oblonga, lævi, columella quadriplicata, labro obtuso.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 40.
LISTER Hist. Conch. tab. 819. f. 35.
GUALTIERI Test. tab. 54. f. L.
KNORR Vergn. IV. tab. 26. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 149. f. 1386.

Testa ovato-oblonga, lævis; Anfractus circiter septem, in spiram conicam attenuati; Apertura angustata, oblonga, subtus effusa; Labrum solidum integrum; Labium replicatum, adnatum, oblique quadriplicatum; Color fuscus, lineis longitudinalibus repandis niveis.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Syracusam, *Bonanni*.

VOLUTA MENDICARIA.

Linn. S. N. Sp. 412.

Germ. Das trauernde Täubchen.

Testa ovata, transversim tenuissime striata, spira coronata, columella complanata & labro denticulatis.

Lister Hist. Conch. tab. 826. f. 47.
Petiver Gazoph. I. tab. 11. f. 5.
Gualtieri Test. tab. 52. f. E.
Knorr Vergn. IV. tab. 16. f. 3.
Martini Konch. Kab. II. tab. 44. f. 460, 461.

Testa ovata, transversim substriata; Spirae conicae anfractus tres obsolete granulati; Columella complanata, labroque denticulatis; Basis vix emarginata, extremitate effusa; Color niger, ventre fasciis tribus & anfractu quovis fascia una transversa nivea picto.

Long. 7. lin. lat. 4. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Petiver*; in Asia, *Linnaeus*; in mari mexicano, *Statius Müller*.

VOLUTA CANCELLATA.

Tab. IX. f. 7, 8.

Linn. S. N. Sp. 413.

Germ. Die netzförmige Faltenschnecke.

Testa ovata, striis elevatis transversis, plicisque obliquis reticulatim intertexta, columella umbilicata, biplicata, contorta.

TAB. IX. fig. 7, 8.

Gualtieri Test. tab. 48. f. B, C.
Seba Thes. III. tab. 49. f. 45—48.
Adanson Seneg. tab. 8. f. 16.
Knorr Vergn. IV. tab. 5. f. 5.?

Testa ovata, striis elevatis plicisque obliquis, sese decussantibus, intertexta; Spirae acutae anfractus sex; Columella supra replicata, infra plicis elevatis, compressis, obliquis, binis ternisve notata; Labrum intus transversim plicatum; Basis emarginata contorta, extremitate effusa; Color albus, fasciis transversis croceis.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 9. lin.

Ob

Ob ſuturas membranaceas & labrum canaliculatum Muricibus affinis, quo a Linnæo in Syſt. Nat. edit. X. n. 473. reponebatur.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; ad promontorium Bernardi, *Adanſon*; in Antillis, *Statius Müller*.

IV. FUSIFORMES, MARGINATÆ, EFFUSÆ.

VOLUTA FILOSA.

Germ. Die Schnurwalze. TAB. IX. f. 9, 10.

Teſta fuſiformi, tenuiſſime reticulato-ſtriata, cingulis elevatis, transverſis, columella quadriplicata, labro crenulato.

TAB. IX. fig. 9, 10.

Teſta fuſiformis, ſtriis minutiſſimis inciſis reticulata, cingulis filiformibus elevatis remotis circumdata, quorum in ventre duodecim, in anfractibus vero quatuor ſunt; Columella umbilicata, replicata, plicis elevatis obliquis quatuor; Labrum acutum, ſub cingulis ſulcatum; Baſis effuſa, extus marginata; Color teſtæ albus, cingulorum rufus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 5. lin.

Patria non innotuit.

VOLUTA SCABRICULA.

Linn. S. N. Sp. 417.

Germ. Die rauhe Nadelwalze. *Belg.* Rauwe Penhoorn.

Teſta fuſiformi, ſtriis elevatis, transverſis, longitudinalibus, inciſis, columella quadriplicata, labro crenato.

GUALTIERI Teſt. tab. 53. f. D.
KNORR Vergn. III. tab. 27. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 149. f. 1389.

Teſta fuſiformis; Anfractus ſeptem, ſtriis elevatis transverſis & longitudinalibus ſeſe decuſſantibus inciſi; Columella plicis obliquis compreſſis quatuor; Labrum acutum; Baſis emarginata, extremitate effuſa; Color pallidus, ſtriis elevatis luteis.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 6. lin.

Habitat in India orientali, *Linnæus*.

VOLUTA SANGUISUGA.

Linn. S. N. Sp. 419.

Germ. Die Fahnennadel. *Belg.* Overlangs ſtreepige Bandpen *Gronov.*

Teſta fuſiformi, longitudinaliter ſulcata, ſtriis inciſis transverſis, columella quadriplicata, labro lævi.

Lister Hiſt. Conch. tab. 821. f. 38.
Rumph amboin. tab. 29. f. V.
Petiver Gazoph. I. tab. 4. f. 5.
Gualtieri Teſt. tab. 53. f. F.
Seba Theſ. III. tab. 49. f. 11, 12.
Regenfus Samml. I. tab. 1. f. 5.
Knorr Vergn. IV. tab. 11. f. 3.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 148. f. 1367.

Teſta fuſiformis; Anfractus ſeptem, longitudinaliter ſulcati, ſtriis transverſis inciſis decuſſati; Columella replicata, plicis obliquis tribus; Labrum acutum læve; Baſis emarginata, extremitate effuſa; Color glaucus aut pallidus, punctis croceis per ſeries transverſas digeſtis, baſi fuſca.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 4. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

VOLUTA CAFFRA.

Linn. S. N. Sp. 420. Muſ. L. U. pag. 595.

Germ. Die braune Brandnadel. *Belg.* Band-pen.

Teſta fuſiformi, lævi, ſpiræ anfractibus longitudinalibus rugoſis, columella quadriplicata.

Gualtieri Teſt. tab. 53. f. E.
Seba Theſ. III. tab. 49. f. 21, 22.
Knorr Vergn. V. tab. 19. f. 4.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 148. f. 1369.

Teſta fuſiformis; Anfractus ſpiræ ſeptem longitudinaliter plicati, prope ſuturam transverſim ſtriati; Columella plicis obliquis quatuor; Baſis transverſim ſtriata, extremitate effuſa; Color fuſcus, faſciis transverſis albis.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 7. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus.*

VOLU-

VOLUTA VULPECULA.

Linn. S. N. Sp. 422. Muf. L. U. pag. 595.

Germ. Der Fuchsthurm. *Belg.* Geele Band-pen *Gronov.*

Tefta fufiformi, longitudinaliter angulata, ftriis transverfis incifis, columella quadriplicata.

RUMPH amboin. tab. 29. f. R.
VALENTIN Abhand. tab. 2. f. 12.
GUALTIERI Teft. tab. 54. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. V.
KNORR Vergn. V. tab. 16. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 148. f. 1366.

Tefta fufiformis; Anfractus octo longitudinaliter fulcato-angulati, ftriis transverfis incifi; Columella in medio quadriplicata, plicis obtufis, quarum anteriores majores funt; Bafis emarginata, afcendens; Color ferrugineus, fafciis transverfis fufcis.

Long. 1. poll. 11. lin. lat. 8. lin.

Habitat in oceano afiatico, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

VOLUTA PLICARIA.

Linn. S. N. Sp. 423. Muf. L. U. pag. 596.

Germ. Die knotige Bandnadel. *Belg.* Geknobbelde Band-pen *Gronov.* *Gall.* Le Minaret *Davila.*

Tefta fufiformi, angulis antice fubfpinofis, columella quadriplicata, labro lævi.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 65.
LISTER Hift. Conch. tab. 820. f. 37.
PETIVER Gazoph. I. tab. 56. f. 1.
GUALTIERI Teft. tab. 54. f. F.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. Q.
SEBA Thef. III. tab. 49. f. 23, 24.
KNORR Vergn. I. tab. 15. f. 5, 6.
— — — III. tab. 27. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 148. f. 1362, 1363.

Teſta fuſiformis; Anfractus octo longitudinaliter plicati, angulis intermediis ſuperne ſubſpinoſis; Columella quadriplicata; Labrum incraſſatum, integrum; Baſis emarginata, transverſim rugoſa; Color albus, faſcia livida cingulisque transverſis fuſcis.

Long. 2. poll. lat. 9. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; in mari indico, *Bonanni*.

VOLUTA PERTUSA.

Tab. IX. f. 11, 12. Linn. S. N. Sp. 424. Muſ. L. U. pag. 596.

Germ. Die durchgeſtochene Nadel. *Belg.* Gepunčteerde Pompadoer-pen *Gronov.*

Teſta fuſiformi, ſtriis punctatis transverſim pertuſa, columella quinqueplicata.

TAB. IX. fig. 11, 12.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 838. f. 65.
GUALTIERI Teſt. tab. 54. f. G.
SEBA Theſ. III. tab. 50. f. 28, 50, 51.
KNORR Vergn. IV. tab. 28. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 147. f. 1358, 1359.

Teſta ventricoſa, fuſiformis; Anfractus octo, punctis per ſeries transverſas pertuſi; Columella plicis quinque, obliquis, compreſſis, notata; Labrum acutum, integrum; Baſis transverſim ſtriata, emarginata, extremitate effuſa.

Long. 2. poll. 1. lin. lat. 10. lin.

Habitat ad inſulam Mauritii, *Liſter*.

VOLUTA MITRA EPISCOPALIS.

Linn. S. N. Sp. 425. Muſ. L. U. pag. 597.

Germ. Die Biſchofsmütze. *Belg.* Biſſchops Myter *Gronov.* *Gall.* La tiare epiſcopale *Argenville.*

Teſta fuſiformi, lævi, columella quadriplicata.

BONANNI Reer. Cl. 3. f. 120.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 839. f. 66.
RUMPH amboin. tab. 29. f. K.

PETI-

Petiver amboin. tab. 13. f. 11.
Gualtieri Teſt. tab. 53. f. G.
Argenville Conch. tab. 9. f. C.
Regenfus Samml. I. tab. 5. f. 33.
Seba Theſ. III. tab. 51. f. 7—14.
Hill Hiſt. of anim. tab. 7.
Knorr Vergn. I. tab. 6. f. 2.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 147. f. 1360.

Teſta fuſiformis, lævis; Anfractus ſeptem connati; Columella quadriplicata; Labrum denticulatum; Baſis transverſim ſtriata, extremitate effuſa; Color albus, maculis diſperſis miniatis.

Long. 4. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Teſtam pulcherrimam hujus & ſequentis ſpeciei hoſpes incolit venenatus, qui oſſiculo ſpiniformi lethaliter vulnerat.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; ad inſulam Ceram, *Rumph*, *Seba.*

VOLUTA MITRA PAPALIS.

Linn. S. N. Sp. 426. Muſ. L. U. pag. 597.

Germ. Die Pabſtkrone. *Belg.* Pauſe Kroon *Gronov.* *Angl.* The papal Crown *Da Coſta.* *Gall.* La Tiare papale *Davila.*

Teſta fuſiformi, anfractibus coronatis, labro denticulato, columella quadriplicata.

Bonanni Recr. Cl 3. f. 119.
Lister Hiſt. Conch. tab. 839. f. 67.
Rumph amboin. tab. 29. f. I.
Petiver amboin. tab. 9. f. 15.
Gualtieri Teſt. tab. 53. f. I, L.
Argenville Conch. tab. 9. f. E.
Seba Theſ. III. tab. 51. f. 1—5. 37.
Regenfus Samml. I. tab. 1. f. 1.
Knorr Vergn. I. tab. 6. f. 1.
Da Costa Elem. tab. 4. f. 3.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 147. f. 1354, 1355.

Differt a Voluta mitra epiſcopali margine ſuperiore anfractuum denticulato, maculisque majoribus ſanguineis.

Long. 3. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Patria eadem cum præcedenti.

VOLUTA MUSICA.

Linn. S. N. Sp. 427. Muſ. L. U. pag. 597.

Germ. Die Notenſchnecke. *Belg.* Muſick-hooren *Gronov.* *Angl.* The Muſick-Shell *Hill.* *Gall.* La Muſique *Davila.*

Teſta marginata, anfractibus obtuſe ſpinoſis, columella octoplicata.

Bonanni Recr. Cl. V. f. 296, 297.
Lister Hiſt. Conch. tab. 805. f. 4.
Gualtieri Teſt. tab. 28. f. X, Z.
Argenville Conch. tab. 14. f. F.
Klein Meth. oſtrac. tab. 5. f. 88.
Seba Theſ. III. tab. 57. f. 7—19.
Hill Hiſt. of anim. tab. 8.
Knorr Vergn. I. tab. 23. f. 1.
— — — III. tab. 12. f. 1.
Murray Fund. Teſt. tab. 1. f. 17.
Müller Linn. Naturſyſt. VI. 1. B. tab. 14. f. 5.
Martini Konch. Kab. III. tab. 96. f. 926—929.

Teſta ovata, fuſiformis, ſolida; Spiræ obtuſæ apex crenatus; Anfractus ſeptem, ſupra obtuſe ſpinoſi, longitudinaliter plicati; Columella rugis octo aut decem plicata, quarum infimæ ſolidæ, ſuperiores tenuiſſimæ ſunt; Labrum integrum; Baſis emarginata, extremitate ſinu lato effuſa; Color pallidus, glauco-maculatus, lineis transverſis parallelis, punctisque fuſcis, notas muſicas imitantibus.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in oceano americano, ad Jamaicam, *Linnæus;* ad Barbados, Coraſſao, *Liſter;* ad Antillas, *Rochefort.*

VOLUTA VESPERTILIO.

Linn. S. N. Sp. 428. Muſ. L. U. pag. 598.

Germ. Die Fledermaus. *Belg.* De Vledermuis *Gronov.* *Angl.* The wild Muſic *Petiver.* *Gall.* Chauve Souris *Davila.*

Teſta marginata, anfractibus acute ſpinoſis, columella quadriplicata.

a) Spinis

α) Spinis brevibus.

Bonanni Muſ. Kirch. f. 394.
Lister Hiſt. Conch. tab. 807. f. 16.
Petiver Gazoph. I. tab. 70. f. 10.
Valentin Abhand. tab. 7. f. 62.
Gualtieri Teſt. tab. 28. f. F.
Seba Theſ. III. tab. 67. f. 2—5.
Knorr Vergn. II. tab. 6. f. 4.
Martini Konch. Kab. III. tab. 98. f. 938, 939.

β) Spinis acutis, rectis.

Rondelet Teſt. pag. 78.
Bonanni Recr. Cl. 3. f. 294.
Lister Hiſt. Conch. tab. 808. f. 17.
Petiver amboin. tab. 15. f. 8.
Gualtieri Teſt. tab. 28. f. G.
Klein Meth. oſtrac. tab. 5. f. 89.
Seba Theſ. III. tab. 67. f. 7. 10. 11.
Knorr Vergn. I. tab. 22. f. 3.
— — Delic. nat. I. tab. B. VI. f. 5.
Martini Konch. Kab. III. tab. 98. f. 937.

γ) Maxima, ſpinis acutis incurvis.

Seba Theſ. III. tab. 67. f. 20.
Martini Konch. Kab. III. tab. 97. f. 934, 935.

Teſta obovata, conica, marginata; Spira brevis, anfractibus ſex elongato-ſpinoſis; Apex papillaris, rotundus, lævis; Columella quadriplicata, plicis obliquis craſſis; Color extus pallidus, maculis confluentibus angulatis, fuſcis, fauce pallida.

Long. 8. poll. 8. lin. lat. 5. poll.

Habitat in Indiis, *Linnæus*, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Jamaicam, *Liſter*; ad Chinam, *Martini*.

VOLUTA HEBRÆA.

Linn. S. N. Sp. 429.

Germ. Die wilde Muſik. *Belg.* Wilde Muſick. *Angl.* The oriental Muſic *Huddesford*. *Gall.* Le Bois veiné.

Teſta ovata, anfractibus acute ſpinoſis, plicis quinque craſſioribus, tribusque obſoletis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 293.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 809. f. 18.
RUMPH amboin. tab. 32. f. I.
PETIVER amboin. tab. 15. f. 12.
GUALTIERI Teſt. tab. 28. f. I, M.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. D.
SEBA Theſ. III. tab. 57. f. 1—3. 6. tab. 64. f. 5, 6.
KNORR Vergn. I. tab. 24. f. 1, 2.
— — — VI. tab. 15. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 96. f. 924, 925.

Teſta ovata; Spira acuminata; Anfractus ſex acute angulati; Columella octoplicata, plicis inferioribus quinque craſſis, ſupremis tenuibus; Baſis marginata, extremitate effuſa; Color pallidus, lineis confluentibus fuſcis.

Long. 4. poll. 3. lin. lar. 2. poll. 4. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Jamaicam, *Martini.*

VOLUTA CAPITELLUM.

Linn. S. N. Sp. 431. Muſ. L. U. pag. 633.

Germ. Die Vaſe. *Belg.* Antike Vaas *Gronov.* *Angl.* The white Muſic *Huddesford.* *Gall.* L'Aigrette *Davila.*

Teſta ovata, nodoſa, rugoſa, columella triplicata, baſi umbilicata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 270.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 810. f. 19.
GUALTIERI Teſt. tab. 37. f. A.
ARGENVILLE Conch. tab. 15. f. K.
SEBA Theſ. III. tab. 49. f. 76.
KNORR Vergn. VI. tab. 35. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 98. f. 948.

Teſta ovata, rugoſo-nodoſa; Spira conica; Anfractus ſeptem, angulati, transverſim plicati, plicis parallelis; Apertura oblonga; Colomellæ labium triplicatum; Baſis umbilicata; Labrum crenatum; Color pallide incarnatus.

Long. 2. poll. 6. lin. lar. 1. poll. 5. lin.

Habitat in oceano indico, *Linnæus;* in America, *Davila;* ad Jamaicam, *Liſter.*

VOLU-

VOLUTA MURICATA.

Germ. Die rothmündige Vase. *Belg.* Capitaale Switzersbroek.

Testa plicata, spinisque muricata, columella quinqueplicata, perforata.

MARTINI Konch. Kab. III. tab. 99. f. 949, 950.

Testa ponderosa, transversim sulcata, sulcis acutis alternatim æqualibus; Spira conica, nodosa; Anfractus ventrisque basis spinosa, spinis conicis, fornicatis, obtusis; Apertura oblonga; Labrum exterius denticulatum, subtus plicatum; Columella lævis, quinqueplicata, plicis transversis tribus majoribus, duabus alternis minoribus; Basis perforata; Color testæ albus, aperturæ roseus.

Long. 4. poll. 2. lin. lat. 3. poll.

Habitat in India orientali ad St. Croix, Madagascar, Jamaicam, *Martini.*

VOLUTA CERAMICA.

Linn. S. N. Sp. 432. Mus. L. U. pag. 634.

Germ. Die gezackte Vase. *Belg.* Switzersbroek *Gronov.* *Angl.* Ceram Spuc-Shell *Petiver.* *Gall.* Chausse Trappe *Davila.*

Testa utrinque acuminata, spinis divergentibus, columella quinqueplicata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 286.
LISTER Hist. Conch. tab. 829. f. 51.
RUMPH amboin. tab. 24. f. A. tab. 49. f. L.
PETIVER amboin. tab. 11. f. 13.
GUALTIERI Test. tab. 55. f. D.
ARGENVILLE Conch. tab. 15. f. E.
KNORR Vergn. 6. tab. 35. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 99. f. 943.

Testa ovata, utrinque acuminata; Spira conica; Anfractus sex tuberculati; Venter spinarum elongatarum divergentium serie quintuplici cinctus; Columellæ plicæ tres, obliquæ, crassæ, intermediis binis solitariis tenuibus; Color fusco-niger, maculis albis.

Long. 3. poll. 9. lin. lat. 2. poll. 3. lin.

Operculo ſeu ungue odorato clauditur apertura teſtæ.

Habitat in oceano indico, *Davila*; ad Ceram, *Linnæus*; ad Coromandel, *Martini*.

VOLUTA PYRUM

Linn. S. N. Sp. 433.

Germ. Die Birnwalze. *Belg.* Offerhooren *Gronov.* *Gall.* La Rave *Davila.*

Teſta pyriformi, roſtrata, ponderoſa, columella tri- quadriplicata.

α) Major, alba, columella triplicata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 194.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 815. f. 25.
GUALTIERI Teſt. tab. 46. f. C.
KNORR Vergn. VI. tab. 39. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 95. f. 916.

β) Minor, fuſco punctata, columella quadriplicata.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 816. f. 26.
RUMPH ambein. tab. 36. f. 7.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 4. f. 79. a.
KNORR Vergn. VI. tab. 27. f. Z.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 95. f. 918.

Teſta pyriformis, lævis; Spira brevis, acuminata; Anfractus convexi ſeptem; Apertura ovata; Columella replicata, plicis transverſis tribus; Baſis attenuata, roſtrata, elongata; Color extus albus.

Long. 5. poll. lat. 3. poll.

Habitat ad Tranquebar, *Sprengler*; ad Ceylon, *Valentin.*

V. VENTRICOSÆ.

VOLUTA ÆTHIOPICA.

Linn. S. N. Sp. 435. Muſ. L. U. pag. 598.

Germ. Die Mohrenkrone. *Belg.* Kroon Tepelbak *Gronov.* *Angl.* Ceram Coronet. *Gall.* Couronne d'Ethiopie *Davila.*

Teſta

Teſta ovata, ventricoſa, ſpira coronata ſpinis fornicatis, apice papillari, columella quadriplicata.

α) Spinis fornicatis erectis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 1.
Lister Hiſt. Conch. tab. 797. f. 4. tab. 801. f. 76.
Rumph amboin. tab. 31. f. B.
Petiver amboin. tab. 7. f. 5.
Gualtieri Teſt. tab. 29. f. H.
Argenville Conch. tab. 17. f. F.
Seba Theſ. III. tab. 64. f. 1, 2.
Knorr Vergn. II. tab. 4. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. 6. f. 2.
Martini Konch. Kab. III. tab. 73, 74. f. 777—783.

β) Spinis fornicatis, decumbentibus.

Rumph amboin. tab. 31. f. A.
Gualtieri Teſt. tab. 29. f. I.
Seba Theſ. III. tab. 64. f. 2.
Müller Linn. Naturſyſt. VI. 1. B. tab. 15. f. 1.
Martini Konch. Kab. III. tab. 75, 76. f. 784—786.

γ) Spinis obſoletis.

Knorr Vergn. V. tab. 8. f. 1.
Martini Konch. Kab. III. tab. 72. f. 772, 773.

Teſta ovata, ventricoſa, lævis; Anfractus ſex; Spira plana, brevis, plicis ſpinoſis coronata; Apex ovatus, obtuſus, glaber; Apertura patentiſſima, ovalis; Columella torta, oblique triplicata; Baſis extus marginata, extremitate effuſa; Color carneus, vel luteſcens, ſæpe maculis nigreſcentibus ſeriatim pictus.

Long. 10. poll. 5. lin. lat. 7. poll.

Habitat in mari perſico, & ad inſulam Key Aſiæ, *Bonanni*, *Rumph*, *Linnæus*.

VOLUTA CYMBIUM.

Linn. S. N. Sp. 436. Muſ. L. U. pag. 599.

Germ. Die Gondel. *Belg.* Jacobs-Kruck. *Angl.* The clouded Melon *Huddesford*. *Gall.* Cuiller de Neptune *Davila*.

Testa ventricosa, anfractibus canaliculatis, acute marginatis, apice papillari, columella quadriplicata.

Columna Purp. pag. 41.
Bonanni Recr. Cl. 3. f. 6.
Lister Hist. Conch. tab. 796. f. 3. tab. 800. f. 7.
Gualtieri Test. tab. 29. f. B.
Adanson Seneg. tab. 3. f. 2.
Seba Thes. III. tab. 65. f. 5, 6. tab. 66. f. 6.
Knorr Vergn. II. tab. 30. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. VI. f. 3.
Martini Konch. Kab. III. tab. 70. f. 762—765.

Testa elongata, ventricosa, laevis; Spira retusa, complanata, margine extimo acuto; Columella plicis quatuor; Basis extus emarginata, subtus effusa; Color testaceus albo fuscoque maculatus.

Long. 1. ped. 2. poll. 9. lin. lat. 7. poll.

Habitat in mari iberico, *Bonanni*, *Linnaeus*; ad promontorium viride Africae, *Adanson*; ad Curacao Indiae orientalis, *Valentin.*

VOLUTA OLLA.

Linn. S. N. Sp. 437. Mus. L. U. pag. 599.

Germ. Der Topf. *Belg.* Gladde Teepelbak *Gronov.* *Angl.* The Melon-Tun *Da Costa.* *Gall.* Tasse de Neptune *Davila.*

Testa ovata, ventricosa, spirae anfractibus canaliculato-convexis, columella bi- triplicata.

Aldrovandus Test. pag. 560.
Columna Purp. pag. 42.
Bonanni Recr. Cl. 3. f. 2.
Lister Hist. Conch. tab. 794. f. 1.
Gualtieri Test. tab. 29. f. A.
Argenville Conch. tab. 17. f. G.
— — — Suppl. tab. 2. f. A.
Adanson Seneg. tab. 3. f. 1.
Klein Meth. ostrac. tab. 5. f. 97.
Seba Thes. III. tab. 66. f. 13—16.
Knorr Vergn. V. tab. 28. f. 7.
— — — VI. tab. 22. f. 2.
Martini Konch. Kab. III. tab. 71. f. 766.
Da Costa Elem. tab. 4. f. 9.

Testa

Testa ovata, elongata, ventricosa, lævis; Spira brevis, erecta; Anfractus distantes tres; Suturæ canaliculatæ; Apex papillaris; Columella retusa, plicis compressis duabus obliquis; Basis extus emarginata, subtus effusa; Color rubro-testaceus.

Long. 4. poll. 2. lin. lat. 2. poll.

Habitat ad insulas philippinas, *Bonanni*, *Linnæus*; ad Senegalliam, *Adanson.*

BUCCINUM.

Linn. Syst. Nat. Gen. 323.

Germ. Das Kinkhorn. *Belg.* Kink-hooren *Statius Müller.* *Angl.* Whelk *Huddesford.* *Gall.* Buccin *Davila.* *Dan.* Krukfneffen *Brunnich.*

A Buccino, ad cujus cantum olim exsuscitari miles, agrestis ad compita vocari, pecus repetere septa consuevit, cochleas, ad similitudinem incurvæ hujus tibiæ formatas, Buccina Plinius appellavit [a], eoque Testacea retulit, quorum oris rotunditas in margine incisa est. Addimus characteri huic, Buccinis omnibus proprio, aperturam ovatam, desinentem in canaliculum dextrum, sæpe retusum, & labium explanatum, ut eo certius cochleæ hæ notis pluribus a ceteris distinguantur, variæque Buccini familiæ

I. Ampullaceæ, inflatæ,
II. Cassideæ, rostro recurvo,
III. Cassideæ, labro muricato,
IV. Callosæ ad columellam reflexam,
V. Abrasæ ad columella planam,
VI. Glabræ,
VII. Angulatæ,
VIII. Turritæ,

in unum genus cogantur, ita ut a testæ & anfractuum fabrica potissimum Familiarum, a superficie specierum, a colore vero varietatum differentiæ desumantur.

Communis omnibus hujus generis testis mollusci [b]: caput antice arcuatim sinuatum, tentaculis duobus subulatis, capite du-

plo longioribus, & ſubtus longitudinaliter ſulcatis inſtructum eſt, quibus circa medietatem ad angulum exteriorem oculi parvi, nigri, vix elevati inſunt; Os transverſum ovale proboſcidem occultat; Pes muſculoſus, ellipticus, ſulcis duobus profundis, altero longitudinali, altero transverſo, exaratus, in nonnullis ſpeciebus poſtice bifurcatus eſt (c); Pallium membranaceum, in margine fimbriatum, per interiora teſtæ explicatur, & ad collum animalis in canaliculum cylindricum contorquetur, quem, dum graditur, elevatum, dum vero quieſcit, incurvum gerit; Operculum cartilagineum, tenue, lunatum, fuſcum, ſulcis quinque notatum, pedem inter & pallium adnatum, aperturam claudit; Anatomen Buccini Liſterus exhibuit (d).

Plures Buccini ſpecies purpurea ſanie, quam recondunt, nobilitari & Plinius, & recentiores obſervarunt, inter quos eminet Reaumurius (e), qui de purpura e Buccino reticulato ejusque ovis elicienda coram Academia pariſina egregie diſſeruit.

Buccinum nonniſi petris adhæret, & inter ſcopulos legitur, quo & ova profundius ſub aqua reponit.

(a) Hiſt. nat. lib. 9. cap. 36.
(b) Adanſon Hiſt. nat. du Senegal. tab. 7. f. 1. pag. 102. Argenville Zoomorph. tab. 3. f. H.
(c) Fabius Columna de Purpura cap. 4. Liſter tab. anat. tab. 8. f. 7.
(d) Liſteri tab. anat. tab. 7 & 8.
(e) Memoires de l'Academie des ſciences, annèe 1711. pag. 218.



I. *AMPULLACEA, INFLATA.*

BUCCINUM GALEA.

Linn. S. N. Sp. 439.

Germ. Das Schellenhorn. *Belg.* Dungelipte Belhooren *Gronov.* *Gall.* Tonne cannelée *Davila.*

Testa subrotunda, inflata, sulcis transversis, linea elevata interstinctis, labro edentulo.

Rondelet Test. pag. 106.
Aldrovandus Test. pag. 396.
Bonanni Recr. Cl. 3. f. 183.
Lister Hist. Conch. tab. 898. f. 18.
Gualtieri Test. tab. 42. f. A, A.
Ginanni adriat. II. tab. 12. f. 93.
Martini Konch. Kab. III. tab. 116. f. 1070.

Testa ovato-rotunda, ventricosa, lævis, transversim sulcata, sulcis prope spiram linea intermedia bifariam partitis; Anfractus spiræ convexi quinque, suturis canaliculatis; Apertura ovata; Labrum obsolete marginatum; Labium replicatum; Basis marginata, effusa; Color pallide griseus.

Long. 10. poll. lat. 9. poll.

Labrum in specimine nostro majori dentatum est.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; in adriatico, *Ginanni*; in India orientali, *Martini.*

BUCCINUM PERDIX.

Linn. S. N. Sp. 440. Mus. L. U. pag. 600.

Germ. Das Rebhun. *Belg.* Patrys-hooren *Gronov.* *Angl.* The Partidge-Ton *Huddesford.* *Gall.* Le Perdrix *Argenville.*

Testa ovata, inflata, transversim sulcata, albo-maculata, labro edentulo.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 191.
Lister Hist. Conch. tab. 984. f. 43.
Petiver Gazoph. I. tab. 153. f. 13.
— — amboin. tab. 4. f. 11.
Rumph amboin. tab. 27. f. C.

GUALTIERI Teft. tab. 51. f. F.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. A.
ADANSON Seneg. tab. 7. f. 5.
SEBA Thef. III. tab. 68. f. 12, 13. 16.
HILL Hift. of anim. tab. 8.
KNORR Vergn. III. tab. 8. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 117. f. 1078—1080.

Tefta ovata, ventricofa, fragilis, fulcis transverfis, obtufis, parallelis exarata; Spira brevis; Anfractus convexi feptem, infimo inflato; Apertura lunaris, patula; Labrum tenue reflexum; Labium membranaceum antice media fui parte adnatum; Umbilicus intra labium abruptum; Bafis emarginata, non reflexa, obtufe effufa; Color grifeus aut pallide fucefcens, lineis longitudinalibus undulatis albis.

Long. 4. poll. 2. lin. lat. 3. poll.

Habitat in America, *Linnæus*; ad Jamaicam, *Lifter*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Senegalliam, *Adanfon*.

BUCCINUM POMUM.

Linn. S. N. Sp. 441. Muf. L. U. pag. 600.

Germ. Die dicklippige Sturmhaube. *Belg.* Geribde Dik-lip *Gronov.* *Angl.* Thiklip'd Partidge *Petiver.* *Gall.* Perdrix a groffe levre *Oudaan.*

Tefta fubovata, inflata, transverfim fulcata, apertura dentata.

BONANNI Muf. Kirch. f. 22.
RUMPH amboin. tab. 27. f. B.
PETIVER amboin. tab. 12. f. 6.
GUALTIERI Teft. tab. 51. f. C.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. L.
SEBA Thef. III. tab. 70. f. 3, 4.
KNORR Vergn. VI. tab. 23. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 36. f. 370, 371.

Tefta fubovata, folida, inflata, transverfim fulcata, fulcis latis convexis; Spiræ brevis anfractus quinque; Apertura oblonga; Labrum reflexum, dentatum; Columella retufa, plicis transverfis inæqualibus; Bafis perforata, effufa, haud recurva; Color albo pallidoque maculatus.

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in America hifpanica, *Bonanni*; ad Javam, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCI-

BUCCINUM SULCOSUM.

Germ. Die gefurchte Sturmhaube.

Testa ovata, inflata, transversim sulcata, labio explanato, granuloso.

SEBA Thes. III. tab. 68. f. 14, 15.
GINANNI adriat. II. tab. 5. f. 44.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 118. f. 1081.

Testa ovata, inflata, ponderosa, sulcis numerosis, æqualibus, planis, transversim cincta; Spiræ acuminatæ, reticulatim striatæ anfractus quinque, suturis canaliculatis; Labrum denticulatum, dentibus introrsum geminatis; Labium explanatum, punctis elevatis scabrum, tenue, efformans columellam umbilicatam; Basis desinens in canalem recurvum, ascendentem; Color albidus, fasciis transversis luteis, apice nigro.

Long. 3. poll. 9. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in mari adriatico, *Ginanni*; ad littora Coromandel, *Martini*.

BUCCINUM DOLIUM.

Linn. S. N. Sp. 442. Mus. L. U. pag. 601.

Germ. Das Faß. *Belg.* Geribde en geplekde Belhooren *Gronov.* *Angl.* The spotted Ton *Huddesford.* *Gall.* Tonne dentelée *Davila.*

Testa rotundata, ventricosa, cingulis elevatis, sulcisque remotis transversis, rostro prominulo, labro dentato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 17, 25.
LISTER Hist. Conch. tab. 899. f. 19.
PETIVER Gazoph. I. tab. 99. f. 11.
— — amboin. tab. 12. f. 5.
RUMPH amboin. tab. 27. f. A.
GUALTIERI Test. tab. 39. f. E.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. C.
ADANSON Seneg. tab. 7. f. 6.
HILL Hist. of anim. tab. 8.
SEBA Thes. III. tab. 68. f. 9.
KNORR Vergn. III. tab. 8. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 117. f. 1073.

Teſta ovata, inflata, transverſim ſulcata, ſulcis latis, planis, linea elevata bifariam diviſis; Spiræ anfractus quinque; Apertura ovato-oblonga; Labrum exterius undato-tentatum, interius membranaceo-replicatum, efformans columellam umbilicatam; Baſis emarginata reflexa, extremitate effuſa; Color albus, coſtis inter ſulcos albo luteoque articulatis.

Long. 3. poll. lat. 2. poll. 3. lin.

Habitat ad Siciliam & Africam, *Linnæus*; in mari ſiculo, & India orientali, *Bonanni*; ad Senegalliam, *Adanſon*; in freto Malava, *Liſter*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Tranquebar, *Martini*.

II. CASSIDEA, ROSTRO RECURVO.

BUCCINUM ECHINOPHORUM.

Linn. S. N. Sp. 443. Muſ. L. U. pag. 601.

Germ. Die Knottenſchelle. *Belg.* Geknobbelte Belhooren, *Rumph.* *Angl.* Knot-liſted Kasket *Petiver.* *Gall.* Caſque tuberculé.

Teſta rotunda, cingulis tuberculatis, roſtro aſcendente.

Rondelet Teſt. pag. 99.
Bonanni Recr. Cl. 3. f. 18, 19.
Lister Hiſt. Conch. tab. 1003. f. 68.
Rumph amboin. tab. 27. f. 1.
Petiver amboin. tab. 7. f. 14.
Argenville Conch. tab. 17. f. P.
— — — Zoomorph. tab. 3. f. H.
Seba Theſ. III. tab. 68. f. 18.
Ginanni adriat. II. tab. 5. f. 43.
Knorr Vergn. I. tab. 17. f. 1.
Müller Linn. Naturſyſt. VI. 1. B. tab. 16. f. 1.
Da Costa Elem. tab. 4. f. 8.
Martini Konch. Kab. II. tab. 41. f. 407, 408.

Teſta ovata, inflata, cincta coſtis transverſis tuberculatis, ſulcisque intermediis transverſim ſtriatis; Spira prominens acuta, anfractibus quinque carinatis, & transverſim ſtriatis, carina tuberculata; Apertura lunato-ovata; Labrum craſſum, marginatum, reflexum; Labium latum, expanſum, membranaceum, antice ſeriebus aliquot tuberculorum notatum; Baſis terminata in caudam elongatam reflexam; Color albido-luteſcens.

Long. 3. poll. 8. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

E teſta hac echinophora colorem janthinum effluere vidit Bonanni [a], qui vivam Antio ad ſe miſſam cochleam diſſecuit.

Habitat in mari mediterraneo, *Liſter*, *Linnæus*; in adriatico, *Ginanni*.

(a) Recr. ment. & ocul. pag. 149.

BUC-

BUCCINUM CORNUTUM.

Linn. S. N. Sp. 445. Muf. L. U. pag. 602.

Germ. Die geftrickte Sturmhaube. *Belg.* Gebreide Kasket *Gronov.* *Angl.* Knot-lifted Amboin-Kasket *Petiver.* *Gall.* Cafque tricoté *Davila.*

Tefta turbinata, reticulata, tuberculis fpinofis, apertura dentata.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 155.
Lister Hift. Conch. tab. 1006. f. 70.
Rumph amboin. tab. 23. f. 1.
Petiver amboin. tab. 7. f. 14.
Gualtieri Teft. tab. 40. f. D.
Seba Thef. III. tab. 73. f. 7, 8. 17, 18.
Knorr Vergn. III. tab. 2. f. 1.
Martini Konch. Kab. II. tab. 33. f. 348, 349.

Tefta turbinata, conica, ponderofa, ftriis elevatis punctisque excavatis reticulatim decuffata, cincta ferie triplici fpinarum obtufarum conicarum; Anfractus complanati; Spira obtufa, brevis; Apertura angufta, elongata, poftice finuata, definens in canalem reflexum; Labrum patens, dentatum; Labium planum, poftice præcipue plicatum; Color albus, maculis grifeis.

Long. 1. ped. 1. poll. lat. 6. poll.

Habitat ad Amboinam, *Petiver*; in America, *Linnæus.*

BUCCINUM RUFUM.

Linn. S. N. Sp. 446. Muf. L. U. pag. 603.

Germ. Die rothe Stürmhaube. *Belg.* Gevlamd rood Kasket *Gronov.* *Angl.* Red Helmet *Huddesford.* *Gall.* Le Turban rouge *Argenville.*

Tefta ovata, ftriata, cingulis nodofis, ftriis geminis interftinctis, apertura dentata, cauda recurva.

Aldrovandus Teft. pag. 351.
Bonanni Muf. Kirch. f. 327.
Lister Hift. Conch. tab. 1004. f. 69.
Rumph amboin. tab. 23. f. B.
Petiver Gazoph. I. tab. 153. f. 1.
Gualtieri Teft. tab. 40. f. F.

SEBA Thes. III. tab. 73. f. 9.
REGENFUS Samml. I. tab. 12. f. 69.
KNORR Vergn. II. tab. 9. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 32, 33. f. 341. 346, 347.

Testa ovata, solida, longitudinaliter arcte striata, cincta transversim striis geminatis; Spirae obtusae anfractus septem; Apex mucronatus, suturis coalitis; Apertura sublinearis, arcta; Labrum reflexum, intus dentatum; Labium reflexo-expansum, adnatum, plicis transversis, arctis & confluentibus; Basis emarginata, effusa, canali recurvo; Color dorsi albido & rubro-varius, aperturae rufus; Caro edulis.

Long. 5. poll. 6. lin. lat. 4. poll.

Habitat in oceano americano, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Chinam, Tranquebar, & insulas fridericianas, *Regenfus.*

BUCCINUM TUBEROSUM.

Linn. S. N. Sp. 447. Mus. L. U. pag. 602.

Germ. Die Knotensturmhaube. *Belg.* Rood-geknobbeld Kasket *Gronov.* *Gall.* Casque triangulaire.

Testa ovata, albido fuscoque varia, cingulis tribus tuberculatis, rostro recurvo.

GUALTIERI Test. tab. 41.
SEBA Thes. III. tab. 73. f. 10, 11.
KNORR Vergn. III. tab. 10. f. 1, 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 38. f. 381, 382.

Testa ovata, rotundata, nodorum serie transversa gemina aut terna cincta; Spirae anfractus quinque; Apertura lunato-ovata; Labrum reflexum, crassum, interne scabrum; Columella rugosa, subtus perforata; Basis marginata, canali reflexo brevi; Color pallidus.

Long. 7. poll. 2. lin. lat. 5. poll. 3. lin.

Habitat in oceano americano, *Linnæus;* in India orientali, *Martini.*

BUCCINUM FLAMMEUM.

Linn. S. N. Sp. 448. Mus. L. U. pag. 603.

Germ. Das attalische Kleid. *Belg.* Gevlamd Kasket *Gronov.* *Gall.* Drap d'Argent.

Testa

Teſta ovata, longitudinaliter plicata, cingulis aliquot tuberculatis, roſtro recurvo.

Lister Hiſt. Conch. tab. 1005. f. 72.
Rumph amboin. tab. 23. f. 2.
Valentin Abhand. tab. 11. f. 100.
Seba Theſ. III. tab. 73. f. 19, 20.
Knorr Vergn. IV. tab. 4. f. 1.
Martini Konch. Kab. II. tab. 34. f. 353, 354.

Teſta ovata, craſſa, longitudinaliter plicata, ſerie tuberculorum ſimplici prope ſpiram; Spira pyramidata, brevis, ſuturis articulata; Apertura oblonga, arcta; Labrum incraſſatum, intus dentatum; Columella transverſim inæqualiter plicata, ſubtus expanſa & deſinens in roſtrum reflexum; Color teſtaceus, lineis undatis albis, ſuturis albo nigroque maculatis.

Long. 2. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in India orientali, *Martini.*

BUCCINUM PULLUM.

Germ. Die Papierhaube. *Belg.* Turks-Papier zonder-Lippen. *Gall.* Caſque plume *Davila.*

Teſta ovata, oblonga, cingulis transverſim ſtriatis, labro edentulo, roſtro recurvo.

Lister Hiſt. Conch. tab. 1007. f. 71.
Rumph amboin. tab. 23. f. C.
Martini Konch. Kab. II. tab. 36. f. 372, 373.

Teſta ovata, lævis, glabra, longitudinaliter ſtriata, cingulis compoſitis e ſtriis quinque latis, profundis, parallelis; Spira planiuſcula, transverſim ſtriata, producta in mucronem centralem prominentem; Columella ſubtus umbilicata, & recurvata in roſtrum aſcendens; Labrum nullum, ſeu imperfectum; Color rufus, maculis diſperſis albis.

Long. 3. poll. 5. lin. lat. 2. poll. 1. lin.

Buccinum Pullus Linnæi diſtinctum a noſtro.

Habitat ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCINUM TESTICULUS.

Linn. S. N. Sp. 449. Muf. L. U. pag. 604.

Germ. Die pohlnische Mütze. *Belg.* Poolfche Muts *Gronov.* *Gall.* Bonnet de Pologne *Davila*.

Tefta ovata, ftriis elevatis longitudinalibus, apertura dentata, roftro recurvo.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 162.
Lister Hift. Conch. tab. 1001. f. 66.
Petiver Gazoph. I. tab. 152. f. 17.
Rümph amboin. tab. 23. f. 3.
Valentin Abhandl. tab. 7. f. 59.
Gualtieri Teft. tab. 39. f. C.
Seba Thef. III. tab. 72. f. 17—21.
Knorr Vergn. III. tab. 8. f. 2.
— — — VI. tab. 6. f. 1.
Martini Konch. Kab. II. tab. 37. f. 375, 376.

Tefta ovata, craffa, longitudinaliter fulcata, fulcis transverfis aliquot obfoletis; Spira conica, acuminata, anfractibus fex convexis; Apertura ovata, longitudinalis, arcta; Labrum incraffatum, dentatum; Labium replicatum, adnatum, transverfim inæqualiter plicatum; Canalis reflexus, extremitate effufa; Color albus rubroque varius, maculis difperfis nigricantibus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in India occidentali, *Martini*; ad Jamaicam, *Lifter*; ad Isle de France, *Davila*.

BUCCINUM DECUSSATUM.

Linn. S. N. Sp. 450. Muf. L. U. pag. 604.

Germ. Der Schuppen Bezoar. *Belg.* Gefchubd Kasket *Gronov.* *Gall.* Cafque pavé *Davila.*

Tefta ovata, decuffatim ftriata, teffulis luteis maculata, apertura dentata, roftro recurvo.

Bonanni Reer. Cl. 3. f. 157.
Lister Hift. Conch. tab. 1000. f. 65.
Gualtieri Teft. tab. 40. f. B.
Knorr Vergn. II. tab. 10. f. 3, 4.
Martini Konch. Kab. II. tab. 35. f. 360, 361.

Tefta

Testa ovata, striis elevatis longitudinalibus, transversisque incisis, sese ad angulos rectos decussantibus; Spiræ acuminatæ anfractus convexi sex, varicibus interrupti; Apertura oblonga; Sutura lateralis opposita labro incrassato, reflexo, intus dentato; Labium replicatum, expansum, transversim inæqualiter plicatum; Canalis reflexus, effusus; Color lividus, fasciis longitudinalibus flavis, fauce rufa.

Long. 2. poll. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; in mari mediterraneo, *Martini*; ad littora lusitanica, *Bonanni*.

BUCCINUM AREOLA.

Linn. S. N. Sp. 451. Mus. L. U. pag. 605.

Germ. Das Gartenbeetchen. *Belg.* Dambord *Gronov.* *Angl.* Smal dice Kasket *Petiver.* *Gall.* Casque truité *Argenville.*

Testa substriata, tessulis oblongis transversim maculata, apertura dentata, rostro recurvo.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 154.
Lister Hist. Conch. tab. 1012. f. 76.
Rumph amboin. tab. 25. f. B, & 1.
Petiver Gazoph. I. tab. 2. f. 11.
Gualtieri Test. tab. 39. f. H.
Argenville Conch. tab. 15. f. I.
Seba Thes. III. tab. 70. f. 7—9.
Klein Meth. ostrac. tab. 6. f. 102.
Knorr Vergn. III. tab. 8. f. 5.
Martini Konch. Kab. II. tab. 34. f. 355, 356.
Da Costa Elem. tab. 4. f. 10.

Testa ovata, ventricosa, decussatim striata, ventre nonnunquam lævi, sutura laterali ventri opposita; Spiræ acuminatæ anfractus sex suturis interrupti; Apertura oblonga; Labrum incrassatum, marginatum, intus dentatum; Labium reflexum, expansum, transversim plicatum; Canalis reflexus effusus; Color albus, maculis quadrato-oblongis luteis, per series transversas digestis.

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; in mari mediterraneo, & ad Javam, *Linnæus*.

BUCCINUM GRANULATUM.

Germ. Das gekörnte Beetchen. *Belg.* Gestreppte Beddetje. *Angl.* Gray Kasket *Petiver.* *Gall.* Gros Casque cannelé.

Testa ovata, transversim obsolete sulcata, tessulis luteis seriatim maculata, labio granulato, rostro recurvo.

RUMPH amboin. tab. 25. f. C.
PETIVER amboin. tab. 9. f. 6.
GUALTIERI Test. tab. 20. f. E.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 32. f. 344, 345.

Testa ovata, transversim obsolete sulcata, striis longitudinalibus tenuissimis; Spira conica, decussatim striata; Labrum marginatum, extrorsum reflexum, intus dentatum; Labium transversim plicatum, subtus expansum, punctisque elevatis seu granis adspersum; Basis desinens in canalem rostratum recurvum; Sutura lateralis prope columellam nulla; Color albus, maculis quadratis luteis secundum series digestis.

Long. 2. poll. 11. lin. lat. 1. poll. 10. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph.*

III. CASSIDEA, LABRO MURICATO.

BUCCINUM ERINACEUS.

Linn. S. N. Sp. 452. Mus. L. U. pag. 605.

Germ. Das gefaltene Säumchen. *Belg.* Gestreepte Zoomtje *Rumph.* *Angl.* Small curl'd Casket *Petiver.*

Testa ovata, longitudinaliter subplicata, papillis coronata, labro postice muricato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 152.
LISTER Hist. Conch. tab. 1015. f. 73.
RUMPH amboin. tab. 25. f. D. 6, 7.
PETIVER amboin. tab. 9. f. 9.
GUALTIERI Test. tab. 39. f. D.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. G.
SEBA Thes. III. tab. 53. f. 13—16.
KNORR Vergn. VI. tab. 11. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 35. f. 363.

Testa

Teſta ovato-oblonga, longitudinaliter plicata, prope ſpiram ſerie tuberculorum ſimplici cincta; Anfractus ſpiræ conicæ quinque, convexi, læves; Apertura ovato-oblonga; Labrum incraſſatum, marginatum, prope baſin acute denticulatum; Labium replicatum, adnatum, læve, introrſum oblique plicatum; Canalis reflexus, effuſus, brevis; Color albido pallidoque rubellus, labri margo fuſco-maculatus.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 9. lin.

Habitat in oceano americano, & ad Alexandriam, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Tranquebar & inſulas fridericianas, *Martini*.

BUCCINUM GLAUCUM.

Linn. S. N. Sp. 453. Muſ. L. U. pag. 606.

Germ. Der graue Bezoar. *Belg.* Achaate Bezoar *Gronov.* *Angl.* Smooth gray Kasket *Petiver.* *Gall.* Caſque Bezoard *Davila.*

Teſta ovata, lævi, papillis coronata, labro poſtice muricato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 996. f. 60.
RUMPH amboin. tab. 25. f. A.
PETIVER amboin. tab. 7. f. 4. tab. 11. f. 18.
GUALTIERI Teſt. tab. 40. f. A.
SEBA Theſ. III. tab. 71. f. 11—16.
KNORR Vergn. III. tab. 8. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 32. f. 342—344.

Teſta ovata, ventricoſa, ſerie transverſa ſimplici nodorum prope ſpiram; Venter lævis; Spiræ acuminatæ anfractus ſex, transverſim ſtriati, apice papilloſo; Apertura lunato-ovata; Labrum incraſſato-marginatum, intus dentatum, extus antice dentibus acutis armatum; Labium replicato-expanſum, membranaceum, prope baſin transverſim plicatum; Columella umbilicata; Canalis reflexus, effuſus; Baſis transverſim ſulcata; Color lividus, glaucus, pallidusve.

Long. 3. poll. 7. lin. lat. 2. poll. 2. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; in Indiis, *Davila*.

BUCCINUM VIBEX.

Linn. S. N. Sp. 454. Muſ. L. U. pag. 606.

Germ. Der glatte Bezoar. *Belg.* Gevlamde Bezoar *Gronov.* *Angl.* Smooth-lipd Casket *Petiver.* *Gall.* Caſque en baudrier *Davila.*

 Teſta

Teſta ovata, læviſſima, labro poſtice muricato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 151.
RUMPH amboin. tab. 25. f. E.
PETIVER amboin. tab. 4. f. 9.
GUALTIERI Teſt. tab. 39. f. F, L.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. H.
SEBA Theſ. III. tab. 53. f. 5—7. 10, 17.
REGENFUS Samml. I. tab. 10. f. 40.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 35. f. 364, 365.

Teſta ovato-oblonga, læviſſima, nodis obliteratis rarioribus cincta; Spiræ ovatæ anfractus quinque, convexi, læves; Apertura oblongo-ovata; Labrum incraſſatum, marginatum, ad baſin denticulis aliquot acutis armatum; Labium replicatum, adnatum, læve, introrſum oblique plicatum; Canalis reflexus, ſinuatus; Color albus, lineis longitudinalibus luteis undulatis, labro extus fuſco-maculato.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 10. lin.

Habitat ad Jamaicam & Alexandriam, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Tranquebar & inſulas fridericianas, *Regenfus*.

BUCCINUM PAPILLOSUM.

Linn. S. N. Sp. 455. Muſ. L. U. pag. 607.

Germ. Das körnige Kinkhorn. *Belg.* Ryſtenbrey-hooren *Gronov.*

Teſta ovata, oblonga, undique tuberculata, labro poſtice muricato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 969. f. 23.
RUMPH amboin. tab. 29. f. M.
GUALTIERI Teſt. tab. 44. f. G.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. I.
SEBA Theſ. III. tab. 49. f. 57—59.
KNORR Vergn. II. tab. 27. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 125. f. 1204, 1205.

Teſta ovata, cincta undique tuberculis papilloſis per ſeries transverſas digeſtis; Anfractus octo, connati; Spira acuminata, ventre longior; Apertura ſubrotunda, prope ſpiræ baſin excavata ſinu anguſto; Labrum marginatum, dentatum; Labium reflexum, incraſſatum, læve; Baſis emarginata; Canalis effuſus, reflexus; Color rubro-luteſcens, albidoque varius, apice ſpiræ roſeo.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 10. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCI-

BUCCINUM GLANS.

Linn. S. N. Sp. 456. Muf. L. U. pag. 607.

Germ. Das linirte Kinkhorn. *Belg.* Moedervlakje *Gronov.*

Tefta ovata, oblonga, lævi, fpiræ apice longitudinaliter fulcato, labro poftice muricato.

RUMPH amboin. tab. 29. f. P.
SEBA Thef. III. tab. 39. f. 56, 57. 60.
KNORR Vergn. III. tab. 5. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 125. f. 1196, 1197.

Tefta ovato-oblonga; Anfractus convexi octo, ventre longiores, quorum fupremi longitudinaliter papillofo-plicati, infimi glabri funt; Apertura ovata; Labrum acutum, obfolete denticulatum; Labium reflexum, explanatum, in ventre uniplicatum; Bafis emarginata; Canalis reflexus, effufus; Color albo fulvoque maculatus, lineis transverfis parallelis fufcis.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 11. lin.

Incola teftæ venenatus.

Habitat in oceano afiatico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

IV. CALLOSA AD COLUMELLAM REFLEXAM.

BUCCINUM ARCULARIA.

Linn. S. N. Sp. 457. Muf. L. U. pag. 608.

Germ. Das weiffe Kofferhörnchen. *Belg.* Koffer hoorentje *Gronov.* *Angl.* Smoll Koffer-Shell. *Gall.* Arculaire blanc.

Tefta ovata, transverfim ftriata, longitudinaliter plicata, papillis coronata, labio explanato, callofo.

LISTER Hift. Conch. tab. 970. f. 24.
RUMPH amboin. tab. 27. f. M.
PETIVER amboin. tab. 12. f. 9.
GUALTIERI Teft. tab. 44. f. R, O.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. C.
SEBA Thef. III. tab. 53. f. 32, 33.
KNORR Vergn. VI. tab. 22. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 125. f. 1174, 1175.

Teſta ovata, ventricoſa, angulata; Anfractus ſeptem, transverſim ſtriati, longitudinaliter plicati & carinati, carina coronata; Spira longitudine ventris; Apertura ovata, prope ſpiram effuſa, intusque transverſim ſtriata; Labrum acutum, integrum; Labium explanatum, planum; Baſis marginata, torta; Canalis reflexus, effuſus; Color albus, maculis lividis fuſcisque.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 10. lin.

Habitat ad Javam, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCINUM MUTABILE.

TAB. IX. f. 13. Linn. S. N. Sp. 460.

Germ. Die After-Sturmhaube.

Teſta ovata, oblonga, ſpira acuminata, labio explanato.

TAB. IX. fig. 13.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 975. f. 30.
GUALTIERI Teſt. tab. 44. f. B.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 125. f. 1194, 1195.

Teſta ovata, longitudinaliter plicata, ſtriis rarioribus transverſis inciſa; Spira conica; Anfractus ſex, diſtincti; Apertura ovata; Labrum incraſſatum; Labium replicatum, expanſum; Baſeos ſubtus effuſæ canalis reflexus, extus oblique marginatus; Color pallidus albo luteoque varius.

Long. 1. poll. lat. 7. lin.

Pro ætate teſtæ ſuperficies variat.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*.

BUCCINUM NERITEUM.

TAB. X. f. 3, 4. Linn. S. N. Sp. 461.

Germ. Die Dosenschnecke. *Belg.* Neritagtig Kasketje *Gronov.*

Teſta orbiculata, lævi, ſubtus planiuſcula, labio explanato, gibbo.

TAB. X. fig. 3, 4.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 973. f. 28.
GUALTIERI Teſt. tab. 65. f. I.

Teſta

Teſta orbiculata, utrinque convexa, lævis; Spira complanata, obtuſa; Baſis planiuſcula, gibboſa; Apertura poſtice emarginata, transverſa; Labrum incraſſatum, marginatum; Labium reflexum, calloſum, adnatum; Color glaucus rufusque, cingulo ſuturali rubeſcente.

Long. 3. lin. lat. 2. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

V. COLUMELLA QUASI ABRASA, PLANA.

BUCCINUM HARPA.

Linn. S. N. Sp. 462. Muſ. L. U. pag. 609.

Germ. Die Harfe. *Belg.* Davids Harp *Gronov.* *Angl.* The muſical Harp *Huddesford.* *Gall.* La belle Harpe *Davila.*

Teſta ovata, coſtata, coſtis carinatis, antice mucronatis, columella plana, lævi.

BONANNI Recr. Cl 3. f. 185.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 992. f. 55. tab. 994. f. 57.
RUMPH amboin. tab. 32. f. K, L.
PETIVER amboin. tab. 2. f. 2. tab. 7. f. 8. tab. 15. f. 4.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 6. f. 185.
GUALTIERI Teſt. tab. 29. f. C, E, G.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. D.
SEBA Theſ. III. tab. 70. f. 10.
HILL Hiſt. of anim. tab. 8.
REGENFUS Samml. I. tab. 2. f. 14.
MURRAY Fund. Teſt. tab. 1. f. 14.
KNORR Vergn. I. tab. 9. f. 3.
— — — II. tab. 8. f. 2. tab. 19. f. 1, 2.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 119. f. 1090—1097.

Teſta ovata; Spiræ acutæ, brevis, anfractus ſeptem, coſtis ſpinoſis coronati; Coſtæ longitudinales, compreſſæ, antice mucronatæ; Apertura oblonga; Labrum integrum, denticulatum; Columella convexa, elabiata, lævis; Color rubicundus, roſeus, aut pallidus, maculis diſperſis, lineisque coſtarum transverſis fuſcis.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 10. lin.

Variat coſtis complanatis, latis, & coſtis carinatis anguſtioribus.

Animalis caput operculi loco carne musculosa, crassa, decidua tegitur, quam intra testam abscondere aut retrahere nequit.

Habitat in Indiis, *Bonanni*; in India orientali, *Regensus*; ad Bengalam, *Linnæus*; ad insulam Mauritii, *Lister*; ad Amboinam, *Rumph*; ad littus Coromandel, *Martini*.

BUCCINUM PERSICUM.

Linn. S. N. Sp. 464. Mus. L. U. pag. 609.

Germ. Die Rudolphsschnecke. *Belg.* Rudolphus Hoorn *Gronov.* *Angl.* The persian Music *Huddesford.* *Gall.* La Conque persique *Davila.*

Testa ovata, lævi, anfractibus tuberculatis, labro crenato, columella complanata.

LISTER Hist. Conch. tab. 987. f. 46, 47.
RUMPH amboin. tab. 27. f. E.
GUALTIERI Test. tab. 51. f. H, I.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. E.
SEBA Thes. III. tab. 72. f. 10—16.
HILL Hist. of anim. tab. 8.
KNORR Vergn. III. tab. 2. f. 5.
— — — IV. tab. 5. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 69. f. 760.

Testa ovata, lævis; Spiræ acuminatæ tuberculatæ anfractus quinque; Apertura ovata; Labrum acutum, intus transversim striatum; Labium planum, falciforme, læve; Basis oblique marginata, subtus effusa; Color fuscus, lineis transversis fasciisque articulatis albis.

Long. 2. poll. 7. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in oceano asiatico, *Linnæus*; in Indiis, & sinu persico, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph*.

BUCCINUM HÆMASTOMA.

Linn. S. N. Sp. 466.

Germ. Der Rothmund.

Testa ovata, nodosa, labro intus striato, fauce fulva.

LISTER

LISTER Hist. Conch. tab. 988. f. 48.?
GUALTIERI Test. tab. 51. f. A.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 101. f. 964, 965.

Testa ovata, solida, tuberculis seriatim digestis muricata; Spirae brevis, acuminatae anfractus quinque; Labrum acutum, intus striatum; Columella elabiata, explanata, laevis, notata antice plica solitaria, introrsum continuata; Basis oblique marginata, subtus effusa; Color testae cinereus, fauce crocea.

Long. 2. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in oceano europaeo, *Linnaeus*; ad Massiliam, *Martini*.

BUCCINUM LAPILLUS.

Linn. S. N. Sp. 467.

Germ. Das Steinchen. *Belg.* Steentje *Gronov.* *Angl.* Massy Whelk *Pennant*.

Testa ovata, transversim striata, spira tuberculata, columella plana.

LISTER Hist. Conch. tab. 915. f. 18.
REAUMUR Mem. de Paris 1711. tab. 6. f. 5.
ADANSON Seneg. tab. 7. f. 4.
MÜLLER Linn. Natursyst. VI. 1. B. tab. 16. f. 2.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 72. f. 89.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 121. f. 1111, 1112.

Testa ovata, transversim striata; Spirae anfractus quinque, quorum infimus duplici, ventralis vero simplici tuberculorum serie cingitur; Apertura ovata; Labrum integrum, in fauce plicatum; Labium replicatum, adnatum; Columella subperforata; Basis effusa; Color albus fusco-maculatus.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 11. lin.

Ex animalis carne & ovis exprimitur sanies purpureo colore tingens, illi similis, quam e Buccino quodam minori Plinius (a) ellici refert. Purpuram hanc parandi methodum docet Reaumur (b).

Habitat in oceano europaeo, *Linnaeus*; ad littora Sueciae, *Faun. Suec.*; Islandiae, *Olaffen*; Daniae, *Otto Müller*; Galliae, *Reaumur*, *Adanson*; Angliae, *Lister*, *Pennant*; ad Surinam, *Statius Müller*; ad insulas canarias & asoreas, *Adanson*.

(a) Hist. nat. lib. 9. cap. 36.
(b) Memoir. des Scienc. de Paris 1711 pag. 218.

BUCCINUM SMARAGDULUS.

Linn. S. N. Sp. 468. Muf. L. U. pag. 670.

Germ. Die Smaragdschnecke. *Belg.* Smaragdetje *Gronov.* *Gall.* L'Emeraude *Argenville.*

Tefta ovata, glaberrima, columella complanata, plicata.

ARGENVILLE Conch. tab. 6. f. P.
SEBA Thef. III. tab. 54. f. 14—16.
KNORR Vergn. III. tab. 14. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 120. f. 1104, 1105.

Tefta ovata, ponderofa, glaberrima; Anfractus convexi feptem; Apertura ovata; Labrum acutum, crenulatum, intus transverfim ftriatum; Columella convexa, fupra compreffa, in medio plicis fex obliquis exarata; Bafis attenuata, non emarginata; Canalis fubrectus, effufus; Color albus, lineis numerofis, transverfis, parallelis, teftaceis.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in India orientali, & ad Tranquebar, *Martini.*

VI. GLABRA.

BUCCINUM SPIRATUM.

Linn. S. N. Sp. 469. Muf. L. U. pag. 611.

Germ. Die Treppe. *Belg.* Omwonde Plek-hooren *Gronov.* *Angl.* The Joppe Whelk *Da Cofta.* *Gall.* La Tour de Coppenhague *Regenfus.*

Tefta ovata, oblonga, lævi, anfractibus canali plano diftinctis, columella abrupta, perforata.

COLUMNA Purp. pag. 4.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 70, 370.
LISTER Hift. Conch. tab. 981. f. 41.
RUMPH amboin. tab. 49. f. C, D.
PETIVER amboin. tab. 9. f. 21.
GUALTIERI Teft. tab. 51. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. N.
SEBA Thef. III. tab. 73. f. 21—26.
REGENFUS Samml. I. tab. 10. f. 41.

KNORR Vergn. II. tab. 6. f. 5.
— — — III. tab. 3. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 122. f. 1118—1121.
DA COSTA Elem. tab. 4. f. 6.

Teſtá ovata, lævis; Spiræ acuminatæ anfractus convexi ſeptem, prope ſuturam canaliculati, canaliculis introrſum declivibus; Apertura ovata; Labrum integrum; Labium reflexo-adnatum, prope baſin ſpiræ ruga ſolitaria transverſa notatum; Baſis umbilicata, emarginata; Canalis reflexus, oblique effuſus; Color ferrugineus, maculis confluentibus niveis.

Long. 1. poll. 11. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Neapolin, *Fab. Columna*; in mari indico, *Bonanni*; ad Tranquebar, *Regenſus*.

BUCCINUM GLABRATUM.

Linn. S. N. Sp. 470. Muſ. L. U. pag. 611.

Germ. Der Kanarienvogel. *Belg.* Geele Kuipers-Boor *Gronov.*

Teſta ovato-oblonga, glaberrima, ſuturis obſoletis, baſi ventricoſa, transverſim ſulcata.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 974. f. 29.
GUALTIERI Teſt. tab. 43. f. T.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. G.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 2. f. 47.
KNORR Vergn. II. tab. 16. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 122. f. 1117.

Teſta ovato-oblonga, glaberrima; Anfractus ſex convexi, connati, ſuturis obliteratis; Apertura oblonga; Labrum integrum; Labium replicatum; Columella umbilicata, torta; Baſis plicis aliquot oblongis emarginata, extremitate effuſa, canali ſubrecto; Color flavus.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in oceano americano, & ad Tranquebar, *Linnæus*.

BUCCINUM SULCATUM.

Tab. X. f. 5, 6. *Germ.* Das gefurchte Kinkhorn.

Testa ovata, transversim sulcata, anfractibus contiguis, labro crenulato, intus striato.

TAB. X. fig. 5, 6.

Lister Hist. Conch. tab. 976. f. 31.

Testa ovata; Anfractus sex transversim sulcati, suturis contiguis; Apertura congenerum; Labrum crenulatum; Faux striata; Labium replicatum, complanatum; Basis effusa, abbreviata; Color fuscus, maculis dispersis niveis.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 7. lin.

Patria ignota.

VII. ANGULATA.

BUCCINUM UNDOSUM.

Linn. S. N. Sp. 472. Muf. L. U. pag. 612.

Germ. Das Eckhorn. *Belg.* Boereyonge. *Angl.* Small rough Whelk *Petiver*. *Gall.* Bouche de Lait *Davila*.

Testa ovato-oblonga, transversim sulcata, obtuse quinquangulari, labro intus striato.

Lister Hist. Conch. tab. 938. f. 33.
Rumph amboin. tab. 29. f. O.
Petiver amboin. tab. 13. f. 4.
Argenville Conch. tab. 9. f. N.
Klein Meth. ostrac. tab. 3. f. 61.
Seba Thes. III. tab. 52. f. 26.
Knorr Vergn. II. tab. 14. f. 4, 5.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 122. f. 1126, 1127.

Testa ovata, striis elevatis transversis exasperata; Spirae conicae anfractus septem, infimo obtuse quinquangulari; Apertura ovata; Labrum crassum, intus profunde striatum; Labium replicatum, adnatum; Columella per-

perforata; Basis oblique emarginata, subtus effusa; Color testæ niveus, striarum fulvus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 10. lin.

Habitat in Asia, *Linnæus*; ad Bandam Indiæ orientalis, *Seba*; ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCINUM BEZOAR.

Linn. S. N. Sp. 473.

Germ. Die Muskatennuß. *Belg.* Getakte Noote-Muskat. *Gall.* Noix muscade.

Testa ovata, decussatim rugosa, spinis transversis concavis, anfractibus infimis lamellatis, columella perforata.

ARGENVILLE Conch. tab. 15. f. G.
KNORR Vergn. VI. tab. 24. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 40. f. 398, 399.

Testa ovato-turbinata, rudis, transversim sulcata; Spiræ pyramidatæ anfractus longitudinaliter plicati; Venter serie transversa quadruplici spinarum concavarum cinctus, suprema suturam infimam, altera medium ventris, binis demum basin ambientibus; Apertura ovata, basi effusa; Labrum integrum plicatum, antice sinuatum; Labium replicatum, adnatum; Columella umbilicata; Color albus, fasciis transversis rubris.

Long. 2. poll. lat. 1. poll. 3. lin.

Affinis maxime Murici.

Habitat in Indiis, *Statius Müller.*

BUCCINUM UNDATUM.

Linn. S. N. Sp. 475. TAB. IX. f. 14, 15.

Germ. Das Wellenhorn. *Belg.* Gewoone Wulk *Gronov.* *Angl.* Waved Whelk *Pennant.*

Testa ovata, transversim striata, anfractibus multangulis.

α) Dextrorsa.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 189.
LISTER Hist. Conch. tab. 962. f. 14. A.
— — angl. tab. 3. f. 2.

SEBA Thef. III. tab. 39. f. 78—80.
KNORR Vergn. IV. tab. 19. f. 1.
MÜLLER Linn. Naturfyft. VI. 1. B. tab. 16. f. 3, 4.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 73. f. 90.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 126. f. 1206, 1207.

β) Siniftrorfa.

TAB. IX. fig. 14, 15.

Tefta ovata, transverfim tenuiffime ftriata, plicis longitudinalibus curvatis; Spiræ conicæ acutæ anfractus circiter quinque; Apertura ovata; Labrum integrum, acutum; Labium replicatum, adnatum, læve; Bafis oblique emarginata, fubtus effufa; Color luteus, albus, aut niger.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Speciei hujus ovula veficularia, rotunda, botrytim cohærent.

Habitat in oceano europæo, *Linnæus*; ad Sueciæ littora, *Faun. Suec.* Daniæ, *Otto Müller*; Belgii, *Seba*; Angliæ, *Lifter*, *Pennant*.

BUCCINUM RETICULATUM.

TAB. IX. f. 16.

Linn. S. N. Sp. 476.

Germ. Das Gitterohr. *Belg.* Overlangs geknobbet Topje *Gronov.* *Angl.* Reticulated Whelk *Pennant.*

Tefta ovato-oblonga, transverfim ftriata, longitudinaliter rugofa, apertura dentata.

TAB. IX. fig. 16.

LISTER Hift. Conch. tab. 966. f. 21. A.
REAUMUR Mem. de Paris 1710 tab. 10. f. 18. & 1711 tab. 6. f. 9.
PETIVER Gazoph. I. tab. 64. f. 8. tab. 75. f. 4.
GUALTIERI Teft. tab. 44. f. E.
ADANSON Seneg. tab. 8. f. 10.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 72. f. 92.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 124. f. 1164.

Tefta ovata, plicis longitudinalibus ftriisque transverfim incifis reticulatim decuffata; Spiræ conicæ anfractus fex; Apertura ovata; Labrum integrum; Faux transverfim ftriata; Labium replicatum, expanfum; Bafis fubtus effufa, canali inflexo, extus oblique marginato; Color lutefcens.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 7. lin.

Diftin-

Diſtinctum a reliquis Buccini incolis animal teſtam hanc habitare aſſerit Linnæus.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Angliam, *Pennant*; ad Galliam, *Reaumur*; ad inſulas canarias & aſoreas, *Adanſon*.

BUCCINUM CLATHRATUM.

Germ. Das Netzhorn. Tab. IX. f. 17, 18.

Teſta ovata, longitudinaliter plicata, ſtriis elevatis transverſis decuſſata, roſtro recurvo.

TAB. IX. fig. 17, 18.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 62.

Teſta ovata, ventricoſa, reticulata, plicis obliquis ſulcisque transverſis decuſſata, punctis decuſſationum nodoſis; Spiræ acuminatæ, porrectæ, anfractus ſeptem, ſutura canaliculata; Apertura rotundato-ovata; Labrum acutum, crenatum, intus ſulcatum; Labium replicatum, expanſum, tenue; Columella ſubperforata; Baſis deſinens in canalem brevem, recurvum; Color glaucus.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 10. lin.

Patria ignota.

VIII. TURRITA, LÆVIA, SUBULATA.

BUCCINUM MACULATUM.

Linn. S. N. Sp. 479. Muſ. L. U. pag. 613.

Germ. Die Stricknadel. *Belg.* Malpriem *Gronov.* *Angl.* The brown Mitre *Huddesford.* *Gall.* Le Cloud *Argenville.*

Teſta turrita, ſubfuſiformi, anfractibus lævibus, indiviſis, integerrimis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 317.
Lister Hiſt. Conch. tab. 846. f. 74.
Rumph amboin. tab. 30. f. A.
Petiver amboin. tab. 5. f. 4.
Gualtieri Teſt. tab. 56. f. I.
Argenville Conch. tab. 11. f. A.

SEBA Thes. III. tab. 56. f. 6.
KNORR Vergn. III. tab. 23. f. 2.
— — — VI. tab. 19. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 153. f. 1440.

Testa turrita, subulata, ponderosa, lævis; Anfractus circiter quatuordecim, infimis ventricosis indivisis, supremis linea incisa transversim bipartitis; Apertura ovata; Basis excavata; Labrum integrum, acutum; Labium subtus incrassatum, tortuoso-marginatum; Color pallidus, maculis latis purpurascentibus.

Long. 7. poll. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in oceano Asiæ & Africæ, *Linnæus;* in mari persico, *Lister;* in India orientali, *Seba;* ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCINUM SUBULATUM.

TAB. X. f. 9.

Linn. S. N. Sp. 480.

Germ. Die Tiegernadel. *Belg.* Tygerpen *Gronov.* *Angl.* Brown Tygers-hoorn *Petiver.* *Gall.* Vis-tigrée *Davila.*

Testa turrita, subulata, anfractibus lævibus, serie duplici macularum ferruginearum pictis.

TAB. X. fig. 9.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 118.
LISTER Hist. Conch. tab. 842. f. 70.
RUMPH amboin. tab. 30. f. B.
PETIVER amboin. tab. 4. f. 2.
GUALTIERI Test. tab. 56. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 11. f. X.
SEBA Thes. III. tab. 56. f. 28.

Testa turrita, elongato-subulata; Anfractus convexi, supremis bipartitis, infimis indivisis; Apertura & labia præcedentis; Color pallidus, serie duplici macularum ferruginearum in quovis anfractu.

Long. 5. poll. 10. lin. lat. 9. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

BUC-

BUCCINUM CANDIDUM.

Germ. Die weiße Nadel. TAB. X. f. 8.

Testa turrita, subulata, lævi, anfractibus integerrimis, prope suturam incrassatis.

TAB. X. fig. 8.

Testa turrita, subulata, lævis; Anfractus circiter viginti, indivisi, integerrimi, supra prope suturam incrassati, supremis linea transversa bifariam partitis, & ad suturam crenulatis; Apertura & basis congenerum; Color niveus.

Long. 4. poll. 7. lin. lat. 7. lin.

Patria ignota.

BUCCINUM FERRUGINEUM.

Germ. Die rostfärbige Nadel. TAB. X. f. 7.

Testa turrita, subulata, ferruginea, anfractibus lævibus integerrimis, bipartitis.

TAB. X. fig. 7.

LISTER Hist. Conch. tab. 843. f. 71.

Testa subulata, lævis; Anfractus circiter sexdecim integerrimi, linea transversa bifariam divisi; Apertura & basis congenerum; Color ferrugineus, maculis obsoletis albis.

Long. 4. poll. lat. 10. lin.

Patria ignota.

BUCCINUM CRENULATUM.

Linn. S. N. Sp. 481. Mus. L. U. pag. 613.

Germ. Die gekrönte Nadel. *Belg.* Gekartelde Naald *Rumph.* *Angl.* Tooth'd'Bodkin *Petiver.*

Testa turrita, anfractibus bipartitis, margine superiore crenatis.

LISTER Hift. Conch. tab. 846. f. 75.
RUMPH amboin. tab. 30. f. E.
PETIVER amboin. tab. 8. f. 13.
GUALTIERI Teft. tab. 57. f. L.
ARGENVILLE Conch. tab. 71. f. Y.
SEBA Thef. III. tab. 35. f. 10. tab. 56. f. 9.
KNORR Vergn. I. tab. 8. f. 7.

Tefta turrita, fubulata; Anfractus circiter quatuordecim, fupremis fulco transverfo bipartitis, infimis indivifis, margine futurali tuberculis, ferie fimplici digeftis, cincto; Apertura ovata, fubtus effufa; Labrum integrum, acutum; Columella planiufcula, fubtus oblique emarginata.

Long. 4. poll. 2. lin. lat. 9. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCINUM VITTATUM.

Linn. S. N. Sp. 483.

Germ. Die gekerbte Nadel.

Tefta ventricofo-turrita, transverfim ftriata, futura anfractuum duplicato-crenulata.

LISTER Hift. Conch. tab. 977. f. 34.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 7. f. 121.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 155. f. 1461.

Tefta ovato-turrita; Anfractus ftriis transverfis incifis, parallelis, ad futuram fuperiorem vero ferie duplici crenularum cincti; Apertura ovata, fubtus effufa; Labrum integrum, folidum; Labium replicatum, adnatum; Color lividus.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 8. lin.

Patria ignota.

BUCCINUM STRIGILATUM.

TAB. X. f. 10. Linn. S. N. Sp. 484. Muf. L. U. pag. 614.

Germ. Die geftriegelte Nadel. *Belg.* Gepuncteerd-Naaldje *Gronov.* *Gall.* Le Foret *Davila.*

Tefta fubulata, longitudinaliter ftriata, anfractibus indivifis, cingulo futurali niveo, fufco-maculato.

TAB.

TAB. X. fig. 10.

RUMPH amboin. tab. 30. f. H.
GUALTIERI Teſt. tab. 57. f. O.
ARGENVILLE Conch. tab. 11. f. R.

Teſta turrita, ſubulata; Anfractus decem longitudinaliter ſulcati, indiviſi; Apertura ovato-oblonga; Labrum acutum; Labium tortuoſo-marginatum; Baſis effuſa; Color cinereus, cingulo ſuturali niveo, fuſco-maculato.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 2. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCINUM DUPLICATUM.

Linn. S. N. Sp. 485. Muſ. L. U. pag. 614.

Germ. Die Nähenadel. *Belg.* Omslingende Pen *Gronov.* *Gall.* Vis de Preſſoir.

Teſta ſubulata, anfractibus bipartitis ſtriatis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 110.
GUALTIERI Teſt. tab. 57. f. N.
KNORR Vergn. VI. tab. 18. f. 6. tab. 24. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 155. f. 1455.

Teſta turrita, ſubulata; Anfractus duodecim longitudinaliter plicati, ſulco transverſo bipartiti; Apertura ovata, ſubtus effuſa; Labrum integrum, acutum; Labium tortum, emarginatum; Color lividus aut pallidus, maculis obſoletis fuſcis ſeriatim digeſtis.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 7. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus.*

BUCCINUM LANCEATUM.

Linn. S. N. Sp. 486.

Germ. Die Lanzennadel. *Belg.* Piekenjerte *Gronov.* *Angl.* Furrow Pen *Petiver.* *Gall.* L'Aléne *Davila.*

Teſta ſubulata, lævi, anfractibus integris, lineis longitudinalibus fulvis.

RUMPH amboin. tab. 30. f. G.
PETIVER amboin. tab. 13. f. 20.
ARGENVILLE Conch. tab. 11. f. Z.
KNORR Vergn. VI. tab. 24. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 154. f. 1450.

Teſta turrita, ſubulata; Anfractus fere quindecim indiviſi, glabri, ſupremis longitudinaliter plicatis; Apertura ovato - oblonga; Labrum integrum, acutum; Labium complanatum; Baſis oblique incraſſata, effuſa; Color albus, lineis longitudinalibus fulvis.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 3. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCINUM DIMIDIATUM.

Linn. S. N. Sp. 487.

Germ. Die umwundene Nadel. *Belg.* Omwonde Pen *Gronov.*

Teſta ſubulata, lævi, anfractibus bipartitis integerrimis.

α) Alba, macularum crocearum ſerie transverſa triplici picta.

SEBA Theſ. III. tab. 56. f. 16, 23, 24, 27.
KNORR Vergn. I. tab. 23. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 154. f. 1443.

γ) Luteſcens, maculis longitudinalibus niveis, anfractuum margine ſuperiore compreſſo.

RUMPH amboin. tab. 30. f. C.
SEBA Theſ. III. tab. 56. f. 15, 19.
KNORR Vergn. I. tab. 23. f. 5.
— — — VI. tab. 18. f. 5.

Teſta turrita, ſubulata, lævis; Anfractus circiter ſexdecim plani, ſulco transverſo bipartiti, glabri, ſupremis longitudinaliter ſtriatis; Apertura ovata; Labrum integrum, acutum; Labii columella complanata, prope baſin ſinuatam incraſſata & marginata.

Long. 3. poll. 6. lin. lat. 7. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

BUCCI-

BUCCINUM CINEREUM.

Germ. Die aschengraue Nadel. TAB. X. f. 11, 12.

Testa subulata, anfractibus indivisis, prope suturam longitudinaliter striatis.

TAB. X. fig. 11, 12.

Testa turrita, subulata, glabra; Anfractus quatuordecim indivisi, integerrimi, ad marginem superiorem longitudinaliter striati; Columella complanata; Apertura & basis congenerum; Color cinereus, fascia prope suturam transversa, nigricante, obsoleta.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 5. lin.

Patria ignota.

BUCCINUM PERTUSUM.

Germ. Die durchstochene Nadel. TAB. X. f. 13.

Testa subulata, anfractibus bipartitis, striis longitudinalibus elevatis, & transversis excavato-punctatis.

TAB. X. fig. 13.

MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 155. f. 1457.

Testa turrita, subulata; Anfractus circiter viginti striati, striis longitudinalibus elevatis, punctisque excavatis per series transversas digestis; Apertura & basis congenerum; Color croceus aut albus, maculis dispersis, fulvis.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 5. lin.

Patria ignota.

BUCCINUM SINUATUM.

Germ. Die Faltennadel.

Testa turrita, anfractibus longitudinaliter plicatis, prope suturam attenuatis, labro postice sinuato.

Martini Konch. Kab. IV. tab. 155. f. 1464.

Testa turrita; Anfractus circiter novem longitudinaliter plicati, prope suturam complanati; Labrum explanatum, postice sinu brevi excisum; Columella replicata; Apertura & basis congenerum; Color lutescens, epidermide decidua nigra.

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Patria ignota.

STROMBUS.

Linn. Syst. Nat. Gen. 324.

Germ. Die Flügelschnecke. *Belg.* Pennen *Gronov. Angl.* Screw *Huddesford. Gall.* Rochers ailés *Davila. Dan.* Skrubsnekken *Brunnich.*

Meminit Plinius [a] inter alia testacea marina Strombi, quem definimus testam esse spiralem, cui apertura angusta, in canalem potissimum sinistrum desinens, labrumque ampliatum est & dilatatum. A labri forma cochleæ hæ passim alatæ audiunt, & distributio generis in Strombos

I. Digitatos,
II. Lobatos &
III. Ampliatos desumitur, quibus
IV. Turritos

labro incrassato, spiraque longissima adcensemus. Quæ vero in digitorum numero, proportione, situ, nexu, directione, in testæ

ſtæ figura, anfractuumque ſuperficie & colore obſervantur differentiæ, ad diſtinguendas recte ſpecies faciunt.


Deſideratur adhuc molluſci Strombi hiſtoria; Id enim, quod Rumphius de hujus generis incolis narrat (b), ad accuratiorem animalis cognitionem non pertinet, Adanſonius (c) autem Strombi lentiginoſi vermem molluſco Buccini maxime affinem eſſe, & nonniſi oculis infra medium tentaculorum locatis, operculoque, extremitati poſticæ pedis adnato, deflectere docet.

Victitant Strombi ad littora ſaxoſa.

(a) Plin. Hiſt. nat. lib. 32. cap. 11.

(b) Rumph amboiniſche Raritätenkammer S. 83, 84, 87.

(c) Hiſt. nat. du Senegal pag. 132.



I. LABRO DIGITATO.

STROMBUS FUSUS.

Linn. S. N. Sp. 489. Muſ. L. U. pag. 638.

Germ. Die Sternnadel. *Belg.* Dikke Starre-pen. *Gall.* Grand Fuſeau a dents *Davila*. *Angl.* The Spindle *Huddesford.*

Teſta turrita, lævi, roſtro ſubulato, labro dentato.

α) Teſta craſſa, luteſcente, apice longitudinaliter crenato, labro dentato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 121.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 854. f. 11, 12.
ARGENVILLE Conch. tab. 10. f. D.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 7. f. 77.
SEBA Theſ. III. tab. 56. f. 1, 2.
KNORR Vergn. V. tab. 6. f. 1. tab. 7. f. 1.
NATURFORSCHER IX. tab. 6. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. tab. 158. f. 1495, 1496.

β) Teſta attenuata, alba, apice reticulatim ſtriato, roſtro elongato; fors prioris varietas pulla?

LISTER Hiſt. Conch. tab. 916. f. 9.
ARGENVILLE Conch. tab. 10. f. A.
SEBA Theſ. III. tab. 56. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 158. f. 1497. tab. 159. f. 1502.

Teſta turrita, lævis; Anfractus duodecim, infimis ventricoſis; Spira ſubulata; Apertura anguſtata; Labrum marginatum, antice dentatum; Labium reflexum, incraſſatum, adnatum, poſtice effuſum, cum plica transverſa, craſſa; Baſis attenuata in canalem ſubulatum; Color teſtæ luteus, cavitatis albus.

α) Long. 6. poll. 4. lin. lat. 2. poll. 2. lin.
β) Long. 5. poll. lat. 11. lin.

Habitat in America, *Linnæus.*

STROMBUS PES PELICANI.

Linn. S. N. Sp. 490. Muſ. L. U. pag. 615.

Germ. Der Vogelfuß. *Belg.* Vogel Klaautje *Gronov.* *Angl.* The Pelicans-foot *Huddesford* *Gall.* Patte d'oie *Davila.*

Teſta

Teſta pyramidali, labro tetradactylo, ſpirarum marginibus nodoſis, fauce lævi.

RONDELET Teſt. pag. 92.
ALDROVANDUS Teſt. pag. 358. f. 1—5.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 85, 87.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 865. f. 20. tab. 866. f. 21. b.
PETIVER Gazoph. I. tab. 79. f. 6. tab. 127. f. 11.
GUALTIERI Teſt. tab. 53. f. A, B, C.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. M.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 2. f. 41, 42.
GINANNI adriat. II. tab. 7. f. 58—60.
SEBA Theſ. III. tab. 62. f. 17.
KNORR Vergn. III. tab. 7. f. 4.
MURRAY Fund. Teſt. tab. 1. f. 21.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 75. f. 94.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 83. f. 848—850.

Teſta pyramidalis, utrinque attenuata; Spira ventre longior; Anfractus ſex carinati, cincti ſerie duplici punctorum elevatorum; Apertura ampliata; Labrum expanſum, palmatum, ſpinis quatuor patentiſſimis, acutis, ſubtus canaliculatis, quarum prima, adnata ſpiræ, brevior eſt, ultima roſtrum baſeos conſtituit; Labium reflexum, adnatum; Faux lævis; Color pallidus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 11. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Liſter*; adriatico, *Ginanni*; atlantico, *Faun. Suec.* norvegico, *Linnæus*; ad littora Luſitaniæ, *Bonanni*; Angliæ, *Pennant*; Daniæ, *Otto Müller*.

STROMBUS CHIRAGRA.

Linn. S. N. Sp. 491. Muſ. L. U. pag. 615.

Germ. Die Bootshacke. *Belg.* Duivels-Klaaw *Gronov.* *Angl.* Devils-Claw *Petiver.* *Gall.* Araignée femmélle *Davila.*

Teſta ovata, labro hexadactylo, digitis curvis, roſtro recurvato, labro ſtriato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 315.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 870. f. 24.
RUMPH amboin. tab. 35. f. A, B.
PETIVER amboin. tab. 14. f. 3.
GUALTIERI Teſt. tab. 53. f. A.

SEBA Thes. III. tab. 82. f. 1.
KNORR Vergn. I. tab. 27. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. II. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 85, 86. f. 851—854.

Testa ovata, gibba, transversim sulcata; Anfractus septem, infimo cingulis aliquot circumdato, primo altiore & magis nodoso; Spira pyramidata, incumbens & adnata labro, quod in spinas sex arcuatas exit, quarum prima & caudalis ad dextram magis reflectitur, secunda vero ante spiram prominet; Labium reflexum, adnatum; Faux rubra, striis labiorum albidis; Lobus ad initium faucis incrassatus; Color albidus, griseo-maculatus.

Long. 4. poll. 3. lin. lat. 2. poll. 5. lin. (a)

Habitat an Bandam Asiae, *Rumph*, *Linnæus*; ad insulam Mauritii, *Martini*.

(a) In hoc & sequentibus Strombis digitatis testæ tantum longitudinem & latitudinem metimur, neglectis digitis.

STROMBUS SCORPIUS.

Linn. S. N. Sp. 492. Mus. L. U. pag. 616.

Germ. Die Podagraschnecke. *Belg.* Podegra-Kreeft *Gronov.* *Angl.* The Scorpion *Huddesford.* *Gall.* Le Scorpion *Argenville.*

Testa oblonga, labro heptadactylo, digitis nodosis, postico longissimo.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 313.
LISTER Hist. Conch. tab. 867. f. 22.
RUMPH amboin. tab. 36. f. K.
PETIVER amboin. tab. 3. f. 2.
GUALTIERI Test. tab. 36. f. C.
VALENTIN Abhand. tab. 3. f. 28.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. B.
SEBA Thes. III. tab. 82. f. 11, 15.
KNORR Vergn. II. tab. 3. f. 1.
MURRAY Fund. Test. tab. 1. f. 29.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 88. f. 860.

Testa oblonga; Anfractus transversim striati; Spira conica, incumbens labio, eoque brevior, cincta margine carinato, crenulato; Labium antice dilatatum, subtus sinu distinctum, exserit spinas septem subulatas, nodosas, quarum prima ante spiram prominet, ultima rostrum format, & quinæ inter-

termediæ verſus latus extrorſum excurrunt; Faux violacea, lineis transverſis albis; Color extus albo teſtaceoque nebuloſus.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; in Indiis, *Davila;* ad Amboinam, *Rumph.*

STROMBUS LAMBIS.

Linn. S. N. Sp. 493. Muſ. L. U. pag. 617.

Germ. Die Krabbenſchnecke. *Belg.* Geplekte Krab *Gronov.* *Angl.* The Spider *Huddesford.* *Gall.* L'ambis *Argenville.*

Teſta ovata, labro heptadactylo, digitis rectiuſculis, fauce lævi.

α) Digitis perfectis elongatis.

RONDELET Teſt. pag. 79.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 866. f. 21.
RUMPH amboin. tab. 35. f. E, F, H.
PETIVER amboin. tab. 14. f. 4, 5.
GUALTIERI Teſt. tab. 35. f. C. tab. 36. f. A.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. E.
SEBA Theſ. III. tab. 82. f. 8.
HILL Hiſt. of anim. tab. 8.
REGENFUS Samml. I. tab. 4. f. 45.
KNORR Vergn. I. tab. 28 f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 86. f. 855.

β) Digitis imperfectis, haud productis.

RUMPH amboin. tab. 36. f. G.
PETIVER amboin. tab. 14. f. 1.
KNORR Vergn. III. tab. 7. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 92. f. 902, 903.

Teſta ovata, utrinque attenuata, transverſim ſtriata, cincta cingulis duobus, anteriore tuberculo obtuſo, compreſſo, poſteriore tuberculo minore evidenti notatis; Anfractus octo; Labrum patens, repando-plicatum, in ſpinas ſeptem læves, ſurſum flexas, abiens, quarum prima vix ſpiræ

latus attingit, poſtrema vero inflexa eſt; Faux læviſſima; Color pallidus griſeo-maculatus, vel pallidus immaculatus.

Long. 8. poll. lat. 5. poll.

Habitat in oceano Aſiæ, *Linnæus;* ad littora maris rubri, *Forskæl;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Bandam & inſulas fridericianas, *Regenfus;* ad Bataviam, *Martini.*

STROMBUS MILLEPEDA.

Linn. S. N. Sp. 494. Muſ. L. U. pag. 618.

Germ. Die Vielfußſchnecke. *Belg.* Duizend-been *Gronov.* *Angl.* The Millepede *Huddesford.* *Gall.* Millepied *Davila.*

Teſta ovato-oblonga, labro decadactylo, digitis inflexis, dorſo gibboſo, compreſſo.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 311.
Lister Hiſt. Conch. tab. 868. f. 23.
Rumph amboin. tab. 36. f. I.
Petiver amboin. tab. 14. f. 7.
Argenville Conch. tab. 15. f. B.
Martini Konch. Kab. III. tab. 88. f. 861, 862.

Teſta ovato-oblonga; Dorſum cingulis tribus nodoſis gibbum, nodo ſecundo primæ ſeriei majori; Spira conica, adnata labio reflexo; Anfractus ſeptem transverſim ſtriati; Labrum dilatatum, margine acuto, repando, antice ſinuato, plicatum, deſinens in ſpinas decem, quarum prima verſus dentem ante ſpiram flectitur, poſtrema caudam conſtituit; Faux antice inſtructa, dente incraſſato, obtuſo, cum ſulco eidem oppoſito; Color cinereus, margine roſeo; Faux pallida, ſulcis transverſis, fulvis.

Long. 3. poll. 5. lin. lat. 2. poll. 3. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus;* in India orientali, *Martini.*

II. LABRO LOBATO.

STROMBUS LENTIGINOSUS.

Linn. S. N. Sp. 495. Muſ. L. U. pag. 619.

Germ. Die Sommerſproſſen. *Belg.* Kikvòrſch *Gronov.* *Angl.* The african Pinck-Conch *Huddesford.*

Teſta

Testa ovata, labro antice trilobo, dorso tuberculato, coronato, basi obtusa.

Rondelet Test. pag. 91.
Bonanni Recr. Cl 3. f. 300.
Lister Hist. Conch. tab. 861. f. 18.
Rumph amboin. tab. 37. f. Q.
Petiver amboin. tab. 14. f. 10.
Gualtieri Test. tab. 32. f. A.
Argenville Conch. tab. 15. f. C.
Seba Thes. III. tab. 62. f. 11.
Adanson Seneg. tab. 9. f. 30.
Klein Meth. ostrac. tab. 6. f. 107.
Knorr Vergn. III. tab. 13. f. 2. tab. 26. f. 2, 3.
Martini Konch. Kab. III. tab. 80, 81. f. 825—828.

Testa ovata; Spira conica, nodulosa, brevis; Anfractus septem; Dorsum serie quadruplici nodorum, qui in serie prima majores sunt, cinctum; Labrum dilatatum, margine acuto, repando, antice & prope basin plicato-sinuatum, in medio incrassatum; Labium replicatum, læve; Basis obtusa, postice emarginata; Faux alba, lævis; Color albus, maculis nebulosis, fusco-virescentibus, aut roseis.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Animali succus inest purpureus, unde a Rondeletio l. c. cum conchylio veterum comparatur. Operculum, quo testa clauditur, Blattæ byzantinæ nomine in officinis veniit, cujus suffitui Medici olim varias virtutes tribuerunt.

Habitat in oceano asiatico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad littora Goreæ in Africa, *Adanson*.

STROMBUS GALLUS.

Linn. S. N. Sp. 496. Mus. L. U. pag. 619.

Germ. Der Kampfhahn. *Belg.* Kemphaan *Gronov.* *Angl.* The Plough *Da Costa.* *Gall.* Aile d'Ange *Davila.*

Testa ovata, labro mucronato, longissimo, dorso spinoso, rostro recto.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 310.
Lister Hist. Conch. tab. 873, 874. f. 30.
Rumph amboin. tab. 37. f. 5.
Gualtieri Test. tab. 32. f. M.

SEBA Thes. III. tab. 62. f. 1, 2.
KNORR Vergn. IV. tab. 12. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 84. f. 841, 842. tab. 85. f. 846.
DA COSTA Elem. tab. 5. f. 1.

Testa ovata, crassa, transversim sulcata; Spiræ anfractus septem, obtuso-nodosi, quorum infimus spinis validis coronatur; Labrum patens, amplum, spiræ basi non adhærens, elongatum in lobum acuminatum, spira duplo-longiorem; Labium replicatum, adnatum; Rostrum integrum, rectum; Color albus, aut rubens, griseo-nebulosus.

Long. 3. poll. 6. lin. lat. 2. poll. 10. lin.

Habitat in Asia & America, *Martini*; ad littora maris rubri, *Forskæl.*

STROMBUS AURIS DIANÆ.

Linn. S. N. Sp. 497. Mus. L. U. pag. 620.

Germ. Der Dianenflügel. *Belg.* Rood-Snee *Gronov.* *Angl.* Horned Broad-Lip *Petiver.* *Gall.* Oreille d'Ane *Argenville.*

Testa ovata, labro antice mucronato, dorso tuberculato, rostro erecto.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 301, 302.
LISTER Hist. Conch. tab. 872. f. 28.
RUMPH amboin. tab. 37. f. R.
PETIVER amboin. tab. 14. f. 11.
GUALTIERI Test. tab. 32. f. H.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. O.
KLEIN Meth. ostrac. tab. 6. f. 106.
SEBA Thes. III. tab. 61. f. 1—6. tab. 62. f. 13.
KNORR Vergn. II. tab. 15. f. 1, 2.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 84. f. 838, 839.

Testa ovata, læviuscula; Anfractus septem, supra tuberculati, tuberculis sex conicis, acutis; Spira oblonga, muricata; Labrum crassum, gibbum, usque ad anfractum alterum adnatum, elongatum in lobum acutum longitudine spiræ, a qua per sinum separatur; Faux miniata; Color extus testaceo albidoque nebulosus.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in oceano Asiæ, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

STROM-

STROMBUS PUGILIS.

Linn. S. N. Sp. 498. Muf. L. U. pag. 620.

Germ. Das Fleischhorn. *Belg.* Vleesch-Hooren *Gronov.* *Gall.* Oreille de Cochon *Davila.*

Tefta ovata, labro rotundato, fpira fpinofa, roftro trilobo, fauce rubra.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 299.
Lister Hift. Conch. tab. 871. f. 26.
Gualtieri Teft. tab. 32. f. B.
Argenville Conch. tab. 15. f. A.
Knorr Vergn. I. tab. 9. f. 1.
— — — III. tab. 16. f. 1.
Martini Konch. Kab. III. tab. 81. f. 830, 831.

Tefta ovata, craffa, lævis; Anfractus feptem, fpinis conicis coronati; Labrum integrum, obtufum, breve, craffum, fpiræ anfractum primum haud æquans, antice inftructum lobo parvo obtufo, quem finus a fpira fejungit, lobo poftico diftincto a bafi extus ftriata; Color teftæ lutefcens, bafeos violaceus, faucis croceus.

Long. 3. poll. 5. lin. lat. 2. poll.

Habitat ad Jamaicam, *Lifter*, *Linnæus*; in India occidentali, *Martini.*

STROMBUS LUHUANUS.

Linn. S. N. Sp. 500. Muf. L. U. pag. 621.

Germ. Die Luchonesferschnecke. *Belg.* Lochoenfe Strepmond *Gronov.* *Angl.* Lohoe Broad-Lip *Petiver.* *Gall.* Gueule noire *Argenville.*

Tefta turbinata, labro prominulo, anfractibus rotundatis, æqualibus, fauce fanguinea, columella nigra.

Lister Hift. Conch. tab. 851. f. 6.
Petiver Gazoph. I. tab. 98. f. 10.
Rumph amboin. tab. 37. f. S.
Gualtieri Teft. tab. 31. f. H, I.
Argenville Conch. tab. 14. f. N.
Seba Thef. III. tab. 61. f. 20, 21. tab. 62. f. 31, 32.
Knorr Vergn. V. tab. 16. f. 5.
Martini Konch. Kab. III. tab. 77. f. 789, 790.

Teſta cylindrica, turbinata, lævis; Anfractus ſex convexi; Spira obtuſa, brevis; Labrum obtuſum, intus tenuiter transverſim ſtriatum, ad baſin & apicem emarginatum, nec antice ad primum ſpiræ anfractum aſcendens, poſtice obſolete lobatum; Roſtrum nullum; Faux purpurea, columella nigra; Color extus pallido teſtaceoque varius.

Long. 2. poll. lat. 1. poll.

Habitat in oceano Aſiæ, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

STROMBUS FASCIATUS.

Germ. Die gebänderte Flügelſchnecke. *Gall.* Buccin de la mer rouge *Davila.*

Teſta turbinata, labro prominulo, anfractibus infimis obtuſe ſpinoſis, ventre faſciis fuſcis cincto.

Martini Konch. Kab. III. tab. 78. f. 800—802.

Teſta cylindrico-turbinata, lævis; Anfractus ſeptem gibboſi, infimis duobus ſpinoſis, ſpinis obtuſis; Labrum dilatatum, rotundatum, antice anfractum ſpiræ primum haud attingens, juxta baſin & poſtice ſinuatum, intus ſtriatum; Labium reflexum; Columella gibba; Baſis obtuſa, biloba; Color pallidus, faſciis interruptis fuſcis pictus, fauce roſea.

Long. 2. poll. lat. 1. poll.

Habitat in mari rubro, *Davila.*

STROMBUS GIBBERULUS.

Linn. S. N. Sp. 501. Muſ. L. U. pag. 621.

Germ. Die höckerige Kanarienſchnecke. *Belg.* Kanarietje *Gronov.* *Gall.* Ailée boſſue. *Angl.* Spotted Pouter *Huddesford.*

Teſta turbinata, labro prominulo, dorſo lævi, anfractibus gibboſis inæqualibus.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 150.
Lister Hiſt. Conch. tab. 847. f. 1.
Rumph amboin. tab. 37. f. V.
Seba Theſ. III. tab. 61. f. 51—53.
Knorr Vergn. II. tab. 14. f. 3.
— — — III. tab. 13. f. 4.
Martini Konch. Kab. III. tab. 17. f. 792—796.

Teſta

Testa cylindrico-turbinata, subtus planiuscula, lævis, ad marginem & basin nonnunquam transversim striata; Spiræ anfractus inferior gibbosus; Labrum vix manifeste dilatatum, anfractum primum spiræ non attingens, juxta basin & antice sinuatum; Columella gibba; Faux rosea, non raro intus nigricans; Color pallido testaceoque varius.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 9. lin.

Habitat in oceano Asiæ, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; in insula Mauritii, *Martini*.

STROMBUS ONISCUS.

Linn. S. N. Sp. 502.

Germ. Die Asselschnecke. *Belg.* Grauwe Moerbey *Valentin.*

Testa ovata, cingulis nodosis, spiræ apice mucronato, labro granulato, basi obtusa.

LISTER Hist. Conch. tab. 791. f. 44.
PETIVER Gazoph. I. tab. 48. f. 16.
GUALTIERI Test. tab. 22. f. I.
VALENTIN Abhand. tab. 4. f. 33.
SEBA Thes. III. tab. 55. f. 23.
KNORR Vergn. IV. tab. 12. f. 4.
— — — VI. tab. 15. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 34. f. 357, 358.

Testa obovata; Anfractus sex; Spira obtusa, cingulo solitario noduloso tuberculata, apice tenuissimo albo; Dorsum cinctum serie triplici nodorum; Apertura angusta, longitudinalis; Labrum denticulatum, vix repandum; Labium reflexum, adnatum, papillosum; Columella lævis; Basis haud manifeste emarginata; Color pallidus, maculis nigricantibus sparsis.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 8. lin.

Habitat in India occidentali, *Martini*.

III. LABRO AMPLIATO.

STROMBUS LUCIFER.

Linn. S. N. Sp. 503.

Germ. Die Kameelschnecke. *Belg.* Kameel-Hooren *Gronov.* *Angl.* Spiked-Whelk. *Gall.* Le Chameau.

Teſta turbinata, transverſim dupliciter ſtriata, labro rotundato, integro, ſpira carinata, ſubtuberculata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 303, 304.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 887. f. 8.
VALENTIN Abhand. tab. 10. f. 88.
GUALTIERI Teſt. tab. 55. f. A, B.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 4. f. 85.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. I.
SEBA Theſ. III. tab. 61. f. 8. tab. 62. f. 38—40.
KNORR Vergn. II. tab. 29. f. 1.
— — — III. tab. 5. f. 4. tab. 16. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 90. f. 878—886.
DA COSTA Elem. tab. 5. f. 2.

Teſta turbinata, utrinque attenuata, tenuis; Anfractus octo, transverſim duplicato-ſtriati; Spira conica, carinata, ſpinoſo-tuberculata; Apertura oblonga; Labrum imperfectum; Columella tecta labio reflexo, adnato, tenui; Baſis ſubtus effuſa; Color albidus aut flaveſcens, nonnunquam maculis obſcurioribus nebuloſus.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 9. lin.

Habitat ad Americam auſtralem, *Linnæus*; ad Jamaicam, *Liſter*; in India occidentali, *Martini*.

STROMBUS GIGAS.

Linn. S. N. Sp. 504.

Germ. Die gezäckte Schweizerhose. *Belg.* Gevleugeld Kroon-Hooren *Gronov.* *Gall.* La grande Ailée d'Amerique *Davila.*

Teſta labro rotundato maximo, ventris ſpiræque ſpinis patentibus.

RONDELET Teſt. pag. 76.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 307, 321.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 864. f. 19.
GUALTIERI Teſt. tab. 33. f. A.
KNORR Vergn. III. tab. 17. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 80. f. 824.

Teſta ovata, ponderoſa, transverſim plicata; Anfractus decem ſpinis compreſſis longis coronati; Labrum expanſum, rotundatum, ſpira vix brevius;

vius; Apertura patentiſſima, lævis; Columella roſea; Baſis lobata, ſubtus ſinu lato effuſa; Color teſtaceus, nebuloſus.

Long. 10. poll. 8. lin. lat. 8. poll.

Differt præcipue a præcedenti: teſta ponderoſa, craſſa, & ſpinis ſpiræ validioribus.

Habitat in America, *Davila*; ad Carthagenam, *Bonanni*; ad Jamaicam, *Sloane*; ad Barbados, *Martini*.

STROMBUS EPIDROMIS.

Linn. S. N. Sp. 506. Muſ. L. U. pag. 622.

Germ. Das Baſansſegel. *Belg.* Bezaantje *Rumph.* *Angl.* Great Canarie *Petiver.* *Gall.* La Tourterelle *Davila.*

Teſta ovato-gibba, labro rotundato brevi, ventre lævi, ſpira ſubnodoſa.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 853. f. 10.
RUMPH amboin. tab. 36. f. M.
PETIVER amboin. tab. 14. f. 18.
SEBA Theſ. III. tab. 62. f. 21—23.
KNORR Vergn. VI. tab. 33. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 79. f. 821.

Teſta ovato-gibba; Anfractus ſeptem; Spira conica, obtuſe carinata, ſubnodoſa; Labrum expanſum, planum, verſus medium incraſſatum; Labium longitudinaliter adnatum, antice ſinu lineari exciſum; Faux alba; Color teſtaceus, faſciis linearibus albis, teſtaceo articulatis.

Long. 2. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in oceano Aſiæ, *Linnæus*; ad littora maris rubri, *Forskæl*; in India orientali, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph.*

STROMBUS CANARIUM.

Linn. S. N. Sp. 507. Muſ. L. U. pag. 623.

Germ. Das Täubchen. *Belg.* Bultje *Rumph.* *Angl.* Hunchbackt-Canarie *Petiver.* *Gall.* La Pigeonne.

Testa tumida, lævi, labro rotundato, brevi, retuso.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 147.
LISTER Hist. Conch. tab. 853. f. 9.
RUMPH amboin. tab. 36. f. N.
PETIVER Gazoph. I. tab. 98. f. 11.
— — amboin. tab. 14. f. 17.
GUALTIERI Test. tab. 32. f. N, L.
ARGENVILLE Conch. tab. 14. f. Q.
SEBA Thes. III. tab. 62. f. 28, 29.
KLEIN Meth. ostrac. tab. 4. f. 73.
KNORR Vergn. I. tab. 18. f. 5.
MARINI Konch. Kab. III. tab. 79. f. 817, 818.

Testa obovata, gibba, lævis; Anfractus septem; Spiræ acutæ apex striatus; Labrum expansum, crassum, antice gibbum, adnatum unico anfractui spiræ; Faux lævis, alba; Color pallide testaceus, longitudinaliter subundulatus.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in oceano asiatico, *Linnæus;* ad littora maris rubri, *Forskæl;* ad Amboinam, *Rumph.*

STROMBUS VITTATUS.

Linn. S. N. Sp. 508. Mus. L. U. pag. 623.

Germ. Das aufgewickelte Besansſegel. *Belg.* Opgerollde Bezaantje *Rump.* *Gall.* Artimon entortillé *Davila.*

Testa oblonga, labro rotundato, ventre lævi, spiræ elongatæ anfractibus sutura distinctis.

LISTER Hist. Conch. tab. 955. f. 12. a.
RUMPH amboin. tab. 36. f. O.
PETIVER Gazoph. I. tab. 98. f. 12.
— — amboin. tab. 7. f. 9.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. F.
SEBA Thes. III. tab. 62. f. 18—20.
KNORR Vergn. III. tab. 20. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 79. f. 822.

Testa ovato-oblonga; Anfractus octo, sutura lineari distincti; Spira elongata, longitudinaliter plicata, transversim striata; Labrum antice gibbum,

bum, poftice repandum, fpiræ anfractum fecundum non attingens; Labium replicatum, adnatum; Faux labri fubftriata; Color albidus teftaceoque varius.

Long. 3. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in oceano Afiæ, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

STROMBUS ACCINCTUS.

Linn. S. N. Sp. 509. TAB. X. f. 14, 15.

Germ. Die breite Kanarienschnecke. *Belg.* Geblomte Kanarie. *Angl.* Broad knobbed Canarie *Petiver.*

Tefta ovata, labro rotundato, fpiræ anfractibus ftriatis, ventre lævi, cingulis quatuor albo-maculatis.

TAB. X. fig. 14, 15.

RUMPH amboin. tab. 37. f. X.
PETIVER amboin. tab. 14. f. 19.
GUALTIERI Teft. tab. 33. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 10. f. C.
SEBA Thef. III. tab. 61. f. 15.

Tefta ovata, lævis; Anfractus octo; Spira acuminata, transverfim ftriata; Dorfum gibbum, læve; Labrum rotundatum, acutum, intus transverfim plicatum; Labium replicatum, incraffatum, adnatum; Bafis attenuata, transverfim ftriata; Color albo teftaceoque nebulofus, cingulis niveis, teftaceo-articulatis.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 7. lin.

Habitat in India, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

STROMBUS URCEUS.

Linn. S. N. Sp. 512. Muf. L. U. pag. 624.

Germ. Die knottige Kanarienschnecke. *Belg.* Gebulde Kanarie *Rumph.* *Angl.* Knobbed Canarie *Petiver.*

Tefta ovata, labro attenuato, ftriato, ventre fpiraque plicato-nodofis.

LISTER Hist. Conch. tab. 857. f. 13.
RUMPH amboin. tab. 37. f. T.
PETIVER Gazoph. I. tab. 98. f. 14.
— — amboin. tab. 14. f. 21.
VALENTIN Abhand. tab. VII. f. 65.
GUALTIERI Test. tab. 32. f. G.
SEBA Thes. III. tab. 60. f. 28, 29.
KNORR Vergn. III. tab. 13. f. 5.
MARTINI Konch. tab. III. tab. 78. f. 804—806.

Testa ovata, utrinque attenuata, transversim striata aut reticulata; Anfractus sex, cincti serie simplici plicarum longitudinalium acutarum; Labrum expansum, supra sinuatum, distinctum a spira, intus transversim striatum; Labium replicatum, adnatum, læve; Color albus, vel fusco-maculatus, fauce nigra.

Long. 1. poll. 11. lin. lat. 7. lin.

Habitat in oceano asiatico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Malacam, Sincapur, & Javam, *Petiver*; ad insulam Mauritii, *Martini*.

IV. *STROMBI TURRITI.*

STROMBUS TUBERCULATUS.

Tab. X. f.16,17. Linn. S. N. Sp. 514.

Germ. Die knottige Nadel.

Testa turrita, transversim striata, nodis glabris cincta, labro incrassato.

TAB. X. fig. 16, 17.

MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 157. f. 1490.

Testa turrita; Anfractus circiter sex, transversim striati, cincti tuberculis glabris; Apertura ovata; Labrum crassum, integrum; Labium reflexum, adnatum, concavum, gibbum; Basis brevis, terminata canali obtuso; Color atro fuscus, punctis nigerrimis.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*.

MUREX.

Linn. Syst. Nat. Gen. 325.

Germ. Die Stachelschnecke. *Belg.* Roots-hooren *Oudaan.* *Angl.* Rock-Shell *Huddesford.* *Gall.* Rocher *Davila.* *Dan.* Purpursnekken *Brunnich.*

Collegit Linnæus in unum Murices & Purpuras, dum communem utrique cochleæ characterem adsignavit: Testam scilicet spiralem suturis longitudinalibus potissimum donatam, cujus apertura in canalem rectum aut subascendentem desinit.

Dispecimus genus hoc, plures comprehendens familias, in Murices

I. Spinosos, rostro elongato,
II. Frondosos, suturis foliaceis,
III. Varicosos, suturis rotundis, torosis,
IV. Echinatos, absque rostro,
V. Inermes, rostro elongato, &
VI. Turritos, rostro brevi.

A superficie spinosa, tuberculata, nodosa, sulcata, striata, plicata, costata, vel suturis, cingulis, carinis, varium in modum digestis, notata; & ab anfractuum forma specierum diagnosin mutuamus, nullo ad colores habito respectu, qui sine lege variant.


Muricis molluscum Argenvillius [a] exhibet, narratque: hospitis Muricis spinosi caput parvum, cylindricum, antice lunatum, tentaculis duobus conicis, ad basin extus oculatis, stipari, ore medio ovali; Corpus tenerum circumdari pallio, quod versus collum in canaliculum longiorem contorquetur; Pedique adnatum esse operculum, testa multum brevius; Ab eo autem Muricis varicosi incolam discrepare: ore rotundo, tentaculis acuminatis, pilosis, & proboscide longiore, cujus extremitas pilis quoque coronatur.

Plures hujus generis teſtæ colore purpureo prægnant, unde Purpuræ paſſim audiunt. Tinctas murice & purpura veſtes olim ſummo in pretio, & pro vario coloris temperamento varias fuiſſe Purpuræ ſpecies, nemo eſt, qui ignorat. Non tamen Murici ſolum nobilis hæc ſanies propria eſt, cum & Helices nonnullæ, Turbines & Buccina liquore purpureo inficiant. Nos hodie minori pretio & labore eundem colorem parantes, artem purpuram e cochleis eliciendi neglexímus potius, quam perdidimus.

Ad rupes marinas habitant Murices, & in arena latentes lingua duriore reliqua Teſtacea perforare, eorumque ſucco nutriri feruntur; inde in proverbium abiiſſe videtur: Purpuræ voracitas [b].

(a) Argenville Zoomorph. tab. 4. fig. C, D. pag. 43.

(b) Eraſmi Roterod. Adag. Chil. II. Cent. III.



I. SPI-

I. SPINOSI, ROSTRO ELONGATO.

MUREX HAUSTELLUM.

Linn. S. N. Sp. 518. Muſ. L. U. pag. 626.

Germ. Der Schnepfenſchnabel. *Belg.* Snippe-bek *Gronov.* *Angl.* The Snipe *Huddesford.* *Gall.* Tete de Becaſſe *Davila.*

Teſta ſubovata, tuberculata, roſtro elongato, ſubulato, recto, inermi.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 268.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 903. f. 23.
RUMPH amboin. tab. 26. f. F.
PETIVER amboin. tab. 4. f. 8.
GUALTIERI Teſt. tab. 30. f. E.
ARGENVILLE Conch. tab. 16. f. B.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 4. f. 81.
SEBA Theſ. III. tab. 78. f. 5, 6.
HILL Hiſt. of anim. tab. 8.
KNORR Vergn. I. tab. 12. f. 2, 3.
— — — III. tab. 9. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 115. f. 1066.

Teſta ſubovata, transverſim ſtriata, cincta nodis & interdum ſpinis rarioribus breviſſimis; Suturæ longitudinales tres, gibbæ, adglutinatæ; Anfractus ſeptem; Spira brevis, coſtata, nodoſa; Apertura ovata, margine prominente, intus ſtriata; Labium expanſum, porrectum; Roſtrum longiſſimum, rectum, tuberculis ſcabrum, ſubtus rima longitudinali, clauſa, donatum; Color incarnatus maculis griſeis, aut niveus maculis rufis.

Long. 5. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 10. lin.

Clauditur apertura operculo rotundo, rugoſo-ſulcato.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; in mari rubro, *Bonanni*, *Forskæl*; in India orientali ad littus Coromandel, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph*; in America, *Davila*; in ſinu maraibico, *Knorr.*

MUREX TRIBULUS.

Linn. S. N. Sp. 519. Muſ. L. U. pag. 626.

Germ. Die Spinne. *Belg.* Spinne Koppen-kelde *Gronov.* *Angl.* Therney Wood-cock *Huddesford.* *Gall.* La Becaſſe epineuſe *Davila.*

Teſta ovata, ſpinis tenuibus trifariis, roſtro elongato, ſubulato, ſpinoſo.

α) Spinis ſimplicibus, alternis majoribus.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 269.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 902. f. 22.
PETIVER Gazoph. I. tab. 101. f. 16.
— — amboin. tab. 6. f. 8.
RUMPH amboin. tab. 26. f. G.
GUALTIERI Teſt. tab. 31. f. A.
SEBA Theſ. III. tab. 78. f. 8.
KNORR Vergn. I. tab. 11. f. 3, 4.
— — Delic. nat. tab. B. V. f. 5.
MURRAY Fund. Teſt. tab. 1. f. 15.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 113. f. 1053, 1054.
DA COSTA Elem. tab. 4. f. 5.

β) Spinis ſubæqualibus, duplicatis.

RUMPH amboin. tab. 26. f. 3.
GUALTIERI Teſt. tab. 31. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 16. f. A.
SEBA Theſ. III. tab. 78. f. 1—3.
KNORR Vergn. V. tab. 27. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 113. f. 1052.

Teſta ovata, transverſim ſulcata, ſulcis alternatim æqualibus, ſtriis intermediis elevatis & compoſitis e nodulis concatenatis; Anfractus octo canali diſtincti; Spira adſcendens, acuminata; Suturæ tres, longitudinales, adglutinatæ, incraſſatæ; Spinæ longæ, latere fiſſæ, inæquales, ſerie triplici ventrem, ſpiram & caudam juxta ſuturam ambientes; Apertura ovata, fiſſa ad ſpinas; Labrum membranaceum, patens; Roſtrum longum, teretiuſculum, rectum; Color in varietate α albus, in β rufus.

Long. 5. poll. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat ad littora maris rubri, *Forskæl*; in Indiis, *Davila*; in India orientali, *Martini*; ad Javam, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Neapolim, *Bonanni*.

MUREX CORNUTUS.

Linn. S. N. Sp. 520. Muſ. L. U. pag. 627.

Germ. Der gezackte Schnepfenkopf. *Belg.* Gedoornde Snippe-Kop *Gronov.* *Angl.* Thorney Snipe *Huddesford.* *Gall.* La grande Maſſue d'Hercule *Davila.*

Teſta

Teſta ſubrotunda, ſpinis ſubulatis obliquis, roſtro elongato, ſubſpinoſo.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 283.
Lister Hiſt. Conch. tab. 901. f. 21.
Rumph amboin. tab. 26. f. 5.
Gualtieri Teſt. tab. 30. f. D.
Adanson Seneg. tab. 8. f. 20.
Seba Theſ. III. tab. 78. f. 7—9.
Knorr Vergn. VI. tab. 17. f. 1.
Martini Konch. Kab. III. tab. 114. f. 1057.

Teſta ſubrotunda, rugoſa, transverſim ſtriata; Anfractus connati ſex; Spira acuminata; Suturæ longitudinales ſeptem, gibbæ, adnatæ, muricatæ ſpinis validis conicis, latere fiſſis, quæ ventrem ſerie duplici ambiunt; Apertura ovata, antice lacunoſa; Labrum ad ſpinas fiſſum; Labium dilatatum, ſubtus liberum; Roſtrum rectum longitudine teſtæ, incraſſatum verſus baſin, & armatum ſpinis oblique digeſtis; Color pallidus.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*, *Bonanni*; ad inſulas Magdalenæ Africæ, *Adanſon*; in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*.

MUREX BRANDARIS.

Linn. S. N. Sp. 521.

Germ. Der dornige Schnepfenkopf. *Belg.* Gerakte Snippe-Kop *Rumph.* *Angl.* Thorney Snipes-head *Huddesford.* *Gall.* Maſſue d'Hercule *Davila.*

Teſta ovata, ſpinis rectis, roſtro mediocri ſubulato, labio excavato.

Rondelet Teſt. pag. 64.
Bonanni Recr. Cl. 3. f. 281.
Lister Hiſt. Conch. tab. 900. f. 20.
Petiver Gazoph. I. tab. 68. f. 12.
Rumph amboin. tab. 26. f. 4.
Gualtieri Teſt. tab. 30. f. F.
Argenville Zoomorph. tab. 4. f. C.
Ginanni adriat. II. tab. 8. f. 61, 62.
Regenfus Samml. I. tab. 6. f. 67.
Knorr Vergn. II. tab. 18. f. 1, 2. tab. 22. f. 4, 5.
Martini Konch. Kab. III. tab. 114, 115. f. 1060—1065.

Teſta ovata, transverſim ſtriata; Spira acuminata; Anfractus ſeptem convexi; Suturæ decumbentes ſpinoſæ, ſpinis conicis in ſerie duplici circum ventrem diſpoſitis; Apertura ovata; Labrum integrum; Labium expanſum, excavato- impreſſum; Baſis roſtrata, roſtro elongato, ſubulato, tuberculis oblique cincto; Color pallido - luteſcens.

Long. 3. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Variat ſpinis ſolidis obtuſis & concavis.

Habitat in mari mediterraneo, *Rondelet*, *Liſter*, *Linnæus*, *Davila*; in adriatico, *Ginanni*; ad littora Africæ, *Bonanni*; ad Guineam, *Regenfus*.

MUREX TRUNCULUS.

Linn. S. N. Sp. 522. Muſ. L. U. pag. 627.

Germ. Das gehörnte Purpurhorn. *Belg.* Geknobbelde Brand - Hooren *Gronov.* *Gall.* Pourpre a bandes.

Teſta ovata, nodoſa, ſpinis anticis majoribus, roſtto truncato, brevi, perforato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 271, 274, 277.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 947. f. 42.
GUALTIERI Teſt. tab. 31. f. C.
ARGENVILLE Conch. tab. 16. f. G.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 6. f. 104.
SEBA Theſ. III. tab. 52. f. 15, 16.
KNORR Vergn. III. tab. 13. f. 1.
— — — V. tab. 13. f. 4. tab. 19. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 109. f. 1019, 1020.

Teſta ovata, transverſim ſtriata, ſcabra; Anfractus ſeptem, connati; Spira acuminata, brevis; Suturæ ſex longitudinales, crenatæ, adglutinatæ, armatæ ſpinis ſubulatis, ſubfornicatis, quarum ſæpius quinque in ventre ſerie duplici locatæ ſunt; Apertura edentula, ovata; Labium adnatum; Roſtrum teſta brevius, ſubtus dehiſcens, ad latus poſtice perforatum; Color albidus, faſciis transverſis fuſcis.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Liſter*, *Linnæus*; in mari rubro, *Bonanni*, *Davila*; ad Jamaicam, & inſulas antillas, *Martini*.

II. FRON-

II. FRONDOSI, SUTURIS FOLIACEIS.

MUREX TRIPTERUS.

Tab. X. f. 18, 19.

Germ. Die dreyflügliche Purpurschnecke. *Belg.* Vleugel-hoorentje. *Gall.* Pourpre triangulaire ailée *Davila.*

Testa elongata, triangulari, angulis alato-membranaceis.

TAB. X. fig. 18, 19.

DAVILA Cat. I. tab. 16. f. K.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 111. f. 1033.

Testa elongato-triangularis, transversim rugosa, rugis inæqualibus acutis, quæ striis elevatis longitudinalibus subtilissimis decussantur; Spiræ anfractus septem, tuberculis solitariis inter suturas obsiti; Suturæ longitudinales tres obsoletæ, formantes totidem angulos expansos in membranas plicatas, aliformes; Apertura tuberculata, ovato-oblonga, desinens in canalem rectum spira breviorem; Color niveus.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 10. lin.

Habitat in Indiis, *Davila;* in India orientali ad Bataviam,

MUREX TRIQUETER.

Tab. XI. f. 1, 2.

Germ. Die dreyseitige Purpurschnecke. *Belg.* Geplekte Vleugel-hoorentje. *Gall.* Pourpre triangulaire *Davila.*

Testa elongata, triquetra, subulata, reticulatim costata, rostro recto, clauso.

TAB. XI. fig. 1, 2.

DAVILA Cat. I. tab. 16. f. L.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 111. f. 1038.

Testa elongata, costis transversis & longitudinalibus reticulatim decussata; Spiræ pyramidatæ anfractus sex; Suturæ longitudinales tres, elevatæ, totidem constituentes angulos, in membranas plicatas obsoletas ex-

crescentes, quarum nonnisi illa labri manifesta est; Apertura elliptica, desinens in canalem rectum, elongatum, clausum; Labrum crenatum; Color albus, maculis dispersis rubris.

Long. 2. poll. 1. lin. lat. 9. lin.

Habitat in Indiis, *Davila;* ad Tranquebar, *Martini.*

MUREX RAMOSUS.

Linn. S. N. Sp. 523. Mus. L. U. pag. 628.

Germ. Die Krausschnecke. *Belg.* Ocean-Hoorn *Rumph.* *Angl.* The Caltrop-Shell *Hill.* *Gall.* Chausse Trape *Argenville.*

Testa oblonga, triangula, trifariam frondosa, anfractibus contiguis, rostro truncato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 275., 276.
LISTER Hist. Conch. tab. 946. f. 41.
RUMPH amboin. tab. 26. f. A. 1.
PETIVER amboin. tab. 12. f. 2.
GUALTIERI Test. tab. 37. f. G, L. tab. 38. f. A.
VALENTIN Abhand. tab. 4. f. 38. tab. 5. f. 42.
ARGENVILLE Conch. tab. 16. f. C, E, H.
— — — Zoomorph. tab. 4. f. D.
SEBA Thes. III. tab. 77. f. 1, 2, 7.
KLEIN Meth. ostrac. tab. 4. f. 82.
HILL Hist. of anim. tab. 8.
REGENFUS Samml. I. tab. 7. f. 6.
KNORR Vergn. I. tab. 26. f. 1, 2.
— — — III. tab. 9. f. 3.
— — — V. tab. 11. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 102—105. f. 980—989.

Testa ovato-oblonga, triangularis, scabra, transversim sulcata; Anfractus connati novem; Spira acuminata; Suturae longitudinales tres frondosae, vel membranaceo-planae, vel brevissimae, undulatae; Apertura ovata, intus dentata, margine scabro; Rostrum breve, truncatum; Color albus, fauce rosea, aut atro-fuscus, aut niger sulcis transversis albis.

Long. 5. poll. lat. 2. poll. 6. lin.

Variat colore, magnitudine, ramorum situ & frequentia, pro diversa patria.

Habitat in mari rubro, *Forskæl, Martini;* in sinu persico, *Bonanni;* in Indiis, *Davila;* in India occidentali, *Regenfus;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Jamaicam, *Linnæus.*

MU-

MUREX SCORPIO.

Linn. S. N. Sp. 524. Muſ. L. U. pag. 628.

Germ. Die Skorpionſchnecke. *Belg.* Doodje *Gronov.* *Angl.* The Skeleton *Da Coſta.* *Gall.* Patte de Crapaud *Davila.*

Teſta quadrifariam frondoſa, ſpira capitata, roſtro truncato.

RUMPH amboin. tab. 26. f. D.
VALENTIN Abhand. tab. 4. f. 36, 37.
GUALTIERI Teſt. tab. 37. f. M.
ARGENVILLE Conch. tab. 16. f. D.
SEBA Theſ. III. tab. 77. f. 13—16.
KNORR Vergn. II. tab. 11. f. 4, 5.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 106. f. 998—1003.
DA COSTA Elem. tab. 5. f. 6.

Teſta utrinque attenuata, transverſim ſtriata; Anfractus connati ſeptem; Spira obtuſiuſcula capitata; Suturæ longitudinales quatuor ſpinoſo-frondoſæ; Apertura acuta, utrinque ſinuata; Labium crenulatum; Labrum explanatum, integrum; Roſtrum elongatum, teſta vix brevius; Color albo rubroque varius.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 10. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; in India orientali, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph.*

MUREX SAXATILIS.

Linn. S. N. Sp. 525. Muſ. L. U. pag. 629.

Germ. Das Brandhorn. *Belg.* Dubbelde Brana-Hooren. *Angl.* The Endive-Shell *Hill.* *Gall.* La Chicorée *Davila.*

Teſta quinquefariam frondoſa, anfractibus contiguis, roſtro abbreviato.

RUMPH amboin. tab. 26. f. C. 2.
PETIVER amboin. tab. 12. f. 1.
ARGENVILLE Conch. tab. 16. f. F, K.
SEBA Theſ. III. tab. 77. f. 5, 6.
HILL Hiſt. of anim. tab. 8.
REGENFUS Samml. I. tab. 1. f. 6.

Knorr Vergn. II. tab. 7. f. 4, 5.
— — — III. tab. 9. f. 2.
— — — VI. tab. 19. f. 1, 4.
Murray Fund. Test. tab. 1. f. 26.
Martini Konch. Kab. III. tab. 107, 108. f. 1004—1014.

Testa subovata, rugosa, angulata; Anfractus contigui septem; Spira acuminata; Anguli testæ longitudinales quinque, suturis totidem adnatis frondosis; Apertura subovata, antice sinuata; Labrum repandum; Labium adnatum, umbilicatum; Rostrum curvum, breve; Color albus, frondibus nigris, aut albo rubroque variegatus, aut croceus; Variat quoque testa frondibus ramosis, laciniatis, vel obtusis.

Long. 5. poll. 2. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo ad Tarentum, *Regensus*; in oceano asiatico, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Guineam, *Martini*.

MUREX ERINACEUS.

Tab. XI. f. 3, 4.

Linn. S. N. Sp. 526.

Germ. Die vieleckige Purpurschnecke. *Belg.* Granaat-Appel *Statius Müller.* *Angl.* Urchin Murex *Pennant.*

Testa multifariam subfrondosa, spiræ anfractibus multangulis, rostro breviusculo.

TAB. XI. fig. 3, 4.

Gualtieri Test. tab. 49. f. H.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 76. f. 95.

Testa utrinque attenuata, plicata, plicis transversis alternatim æqualibus; Suturæ novem angulatæ; Anfractus septem contigui, subfrondosi; Apertura ovata; Labrum repandum; Labium adnatum; Rostrum breve, clausum; Color griseus.

Long. 2. poll. lat. 1. poll.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Angliam, *Pennant*; in insulis magellanicis, *Statius Müller*.

III. VA-

III. VARICOSI, SUTURIS ROTUNDIS, TOROSIS.

MUREX RANA.

Linn. S. N. Sp. 527. Muf. L. U. pag. 629.

Germ. Die Krötenſchnecke. *Belg.* Gedoornde Pad *Gronov.* *Gall.* La Racrocheuſe *Davila.*

Teſta ovata, ſuturis oppoſitis compreſſis, cingulis muricatis, apertura ovata.

α) Teſta rotundata, ſpinis dorſi & ſuturarum brevibus.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 182.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 995. f. 59.
PETIVER Gazoph. I. tab. 100. f. 12.
RUMPH amboin. tab. 24. f. G.
GUALTIERI Teſt. tab. 49. f. L.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. P.
SEBA Theſ. III. tab. 60. f. 15—18.
REGENFUS Samml. I. tab. 6. f. 64.
KNORR Vergn. II. tab. 13. f. 6, 7.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 133. f. 1270, 1271.

β) Teſta compreſſa, ſpinis ſuturarum elongatis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 949. f. 44.
SEBA Theſ. III. tab. 60. f. 19.
KNORR Vergn. III. tab. 7. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 133. f. 1275, 1276.

Teſta ovata, compreſſa, cincta ſtriis tuberculatis; Anfractus contigui ſeptem, carinati, carina nodoſo-coronata; Suturæ duæ longitudinales, varicoſæ, compreſſæ, adnatæ, una juxta labri marginem, altera huic oppoſita; Apertura ovata, antice lacunoſa, utrinque plicato-denticulata; Roſtrum obliquatum, breve; Color:

α) Niveus, nonnunquam maculis diſperſis rufis variegatus.

Long. 2. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

β) Pallidus, griſeo-maculatus.

Long. 2. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; ad Borneo, *Petiver*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Tranquebar, *Regenfus*.

MUREX GYRINUS.

Linn. S. N. Sp. 528.

Germ. Die Froschschnecke. *Belg.* Vorschenpopje *Gronov.* *Gall.* La Grenouillete.

Testa ovata, suturis oppositis, continuatis, cingulis tuberculosis, apertura rotunda.

SEBA Thes. III. tab. 60. f. 25—27.
KNORR Vergn. VI. tab. 25. f. 5, 6.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 128. f. 1233, 1234.

Testa ovata, utrinque attenuata, subcompressa, transversim tenuissime striata, & nodulis concatenatis fasciata; Anfractus connati septem; Spira conica longitudine ventris; Apertura ovata; Labrum & labium expansum, plicatum; Suturæ binæ longitudinales, oppositæ, contiguæ; Rostrum inflexum, breve, subperforatum; Color niveus, fasciis transversis fuscis, aut fulvis, vel pallidus tuberculis fulvis absque fascia.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 9. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

MUREX LAMPAS.

Linn. S. N. Sp. 529. Mus. L. U. pag. 630.

Germ. Der knottige Oelkuchen. *Belg.* Olykoek *Gronov.* *Angl.* Knopped Trumpet *Petiver.* *Gall.* Culotte de Suisse *Davila.*

Testa ovata, suturis oppositis, cingulis tuberculatis, labro dentato, labio striato.

RONDELET Test. pag. 81.
BONANNI Recr. Cl 3. f. 103.
LISTER Hist. Conch. tab. 1023. f. 88.
RUMPH amboin. tab. 28. f. C.
PETIVER amboin. tab. 12. f. 16.
GUALTIERI Test. tab. 50. f. D.
KNORR Vergn. II. tab. 28. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 129. f. 1238—1239.

Testa

Testa ovata, tuberculata; Anfractus septem contigui, adspersi punctis tuberculisque seriatim digestis, carina uniuscujusque anfractus spinis obtusis, transversim bifidis, cincta; Spira conica ventre vix longior; Suturæ longitudinales, varicosæ, agglutinatæ, oppositæ, in alternis anfractibus alternatim digestæ; Apertura ovata; Labrum repandum, intus tuberculis geminis aut ternis obsitum; Labium membranaceum, expansum, oblique rugulosum; Rostrum obliquum; Color pallidus, maculis, præsertim suturarum, fulvis.

Long. 3. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Tambucco Indiæ orientalis, *Rumph*.

MUREX OLEARIUM.

Linn. S. N. Sp. 530.

Germ. Der geribbte Oelkuchen. *Belg.* Ongetakte Oliekoek *Gronov.*

Testa ovata, suturis alternis, angulis nodosis, dorso postice transversim striato.

RONDELET Test. pag. 89.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 289.
LISTER Hist. Conch. tab. 936, 937. f. 31, 32.
GUALTIERI Test. tab. 50. f. A.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 127. f. 1223.

Testa ovata, striis transversis cingulisque nodosis cincta; Anfractus septem convexi, contigui; Suturæ longitudinales, agglutinatæ, alternæ; Basis transversim striata, obtusa; Apertura ovata; Labrum solidum; Labium reflexum, adnatum; Rostrum obtusum, effusum; Color lutescens, cingulis rufis, nodosis.

Long. 3. poll. 10. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, ad littora Europæ australis, *Linnæus*; in India orientali, *Bonanni*.

MUREX COSTATUS.

Germ. Der eckige Oelkuchen.

Testa subfusiformi, costis transversis angulatis, sutura solitaria, rostro elongato.

Seba Thes. III. tab. 57. f. 31.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 131. f. 1252, 1253.

Testa subfusiformis; Anfractus circiter octo, cincti costis crassis, convexis, angulatis; Sulci intermedii striati, striis elevatis, duplicatis; Sutura varicosa, solitaria, labro subopposita; Apertura ovato-oblonga, plicata, desinens in rostrum umbilicatum, canaliculatum, recurvum; Color pallide luteus.

Long. 5. poll. lat. 2. poll. 6. lin.

Patria ignota.

MUREX FEMORALE.

Linn. S. N. Sp. 531. Mus. L. U. pag. 630.

Germ. Das Fußhorn. *Belg.* Voet-Hooren *Rumph.* *Angl.* The triangular Whelk *Huddesford.* *Gall.* Le Dragon *Davila.*

Testa triquetra, rugosa, spiræ apice tuberculato, apertura edentula, margine repando.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 290.
Lister Hist. Conch. tab. 941. f. 37.
Rumph amboin. tab. 26. f. B.
Petiver amboin. tab. 12. f. 3.
Gualtieri Test. tab. 50. f. C.
Argenville Conch. tab. 10. f. B.
Seba Thes. III. tab. 63. f. 7—10.
Knorr Vergn. IV. tab. 16. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 2.
Martini Konch. Kab. III. tab. 111. f. 1039.

Testa elongata, triquetra, transversim rugosa & costata; Anfractus octo, contigui, irregulares; Suturæ longitudinales, adnatæ, oppositæ, in alternis anfractibus alternæ, nodosæ, totidem efficientes testæ angulos compressos; Apertura oblonga, postice attenuata; Labri margo repandus, tenuis; Labii membrana intus expansa, adnata; Rostrum elongatum, deflexum, ascendens.

Long. 6. poll. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in oceano asiatico, *Linnæus*; ad Jamaicam, *Lister*; ad Guineam, *Martini*; ad littora saxosa Amboinæ, *Rumph.*

MU-

MUREX CUTACEUS.

Linn. S. N. Sp. 532.

Germ. Die Hautschnecke. *Belg.* Velt-Hooren *Gronov.* *Gall.* Degrés bordés.

Testa ovata, sutura solitaria, nodisque transversim decussatis, apertura dentata, columella perforata.

Lister Hist. Conch. tab. 942. f. 38.
Seba Thes. III. tab. 49. f. 71, 72.
Knorr Vergn. II. tab. 24. f. 5.
Martini Konch. Kab. III. tab. 118. f. 1085, 1086.

Testa ovata, utrinque attenuata, cincta striis costisque angulatis, & transversim decussatis; Anfractus sex, subcontigui, inæquales; Suturæ longitudinales, nodosæ, solitariæ; Apertura ovata; Labrum repandum, subdentatum; Labium reflexum, adnatum, subtus umbilicatum; Rostrum breve, obtusiusculum; Color pallidus.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in India occidentali, & ad littora Guineæ, *Martini.*

MUREX PYRUM.

Linn. S. N. Sp. 535.

Germ. Die getrocknete Birne. *Belg.* Gedroogede Peer *Rumph.* *Angl.* Hairy Whelk *Petiver.* *Gall.* Poire seche.

Testa ovata, nodosa, transversim sulcata, rostro elongato, flexuoso.

Rumph amboin. tab. 26. f. E.
Petiver amboin. tab. 12. f. 4.
Gualtieri Test. tab. 37. f. F.
Argenville Conch. tab. 10. f. O.
Klein Meth. ostrac. tab. 6. f. 110.
Regenfus Samml. I. tab. 6. f. 60.
Knorr Vergn. II. tab. 7. f. 2, 3.
Martini Konch. Kab. III. tab. 112. f. 1040—1043.

Testa ovata; Anfractus septem subcontigui, inaequales, cincti striis punctatis, densis, tuberculisque elongatis; Suturae longitudinales, varicosae, adnatae, alternae; Spira testa brevior; Rostrum attenuatum, flexuosum; Apertura ovata; Labrum incrassatum, plicis solidis, crassis; Labium adnatum, reflexum, rugulis obliquis exaratum; Color pallidus, aut rufus.

Long. 4. poll. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in India orientali ad littus Coromandel, *Martini;* ad Amboinam, *Rumph.*

MUREX RUBECULA.

Linn. S. N. Sp. 536. Mus. L. U. pag. 631.

Germ. Die Livreeschnecke. *Belg.* Livreyhoorn.

Testa ovata, suturis oppositis, cingulis nodulosis, apertura dentata.

GUALTIERI Test. tab. 49. f. I.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. K.
SEBA Thes. III. tab. 49. f. 1—5.
KNORR Vergn. I. tab. 13. f. 3, 4.
— — — III. tab. 5. f. 2, 3.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 132. f. 1259—1266.

Testa ovata, utrinque attenuata; Anfractus septem connati, inaequales, cincti sulcis transversis & cingulis intermediis nodulosis, concatenatis; Anfractus varicosi, adnati, alternatim dispositi; Apertura ovato-oblonga; Labrum plicatum, incrassatum; Labium adnatum, replicatum, transversim rugosum; Rostrum incurvatum, breve; Color cinnabarinus aut roseus, cingulo ventrali luteo, varicibus albo flavoque maculatis.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 7. lin.

Habitat in Indiis, *Statius Müller;* ad maris rubri littora, *Forskæl.*

MUREX RETICULARIS.

TAB. XI. f. 5. Linn. S. N. Sp. 538. Mus. L. U. pag. 632.

Germ. Die Netzschnecke.

Testa ovata, tuberculata, suturis suboppositis, striis elevatis, reticulatis, rostro abbreviato.

TAB.

TAB. XI. fig. 5.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 193.
Lister Hift. Conch. tab. 935. f. 30.
Petiver Gazoph. I. tab. 153. f. 6.
Gualtieri Teft. tab. 49. f. M.

Tefta ovata, utrinque attenuata, rugis elevatis decuflata, punctis decuflationum tuberculatis; Anfractus octo canaliculo futurali diftincti; Spira longitudine ventris pyramidata; Apertura ovato-oblonga; Labrum tenue, denticulatum; Labium membranaceum, patens, reticulatum; Roftrum elongatum, attenuatum, reflexum.

Long. 4. poll. 9. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

Habitat in Carolina, *Linnæus.*

MUREX ANUS.

Linn. S. N. Sp. 539. Muf. L. U. pag. 632.

Germ. Das krumme Maul. *Belg.* Grimafe *Gronov.* *Angl.* Hairy-Ear *Petiver.* *Gall.* La Grimace *Davila.*

Tefta gibbofa, reticulatim tuberculata, futuris labro & labio dilatatis, membranaceis, roftro erecto.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 279, 280.
Lister Hift. Conch. tab. 833. f. 57.
Rumph amboin. tab. 24. f. F.
Petiver Gazoph. I. tab. 74. f. 9. tab. 99. f. 10.
— — amboin. tab. 6. f. 4.
Gualtieri Teft. tab. 37. f. B, E.
Argenville Conch. tab. 9. f. H.
Seba Thef. III. tab. 60. f. 6, 7.
Hill Hift. of anim. tab. 8.
Knorr Vergn. III. tab. 3. f. 5.
Martini Konch. Kab. II. tab. 41. f. 403, 404.
Da Costa Elem. tab. 4. f. 2.

Tefta ovata, gibbofa, tuberculata; Anfractus feptem contigui, inæquales, rugis transverfis, & longitudinalibus reticulatim intertexti; Spira acuminata; Suturæ longitudinales membranaceo-rugofæ, connatæ; Apertura triloba; Labrum repando-plicatum, incraffatum; Labium tuberculatum,

tum, membranaceum, undique expanſum, ſubtus tortuoſo-plicatum; Roſtrum reflexum, breve; Color albus, cingulis transverſis rufis.

Long. 2. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Martini*; in oceano aſiatico, *Linnæus*; iu Indiis, *Bonanni*; ad littus ſiamenſe, *Petiver*; ad Amboinam, *Rumph.*

IV. ECHINATI, SINE ROSTRO.

MUREX RICINUS.

Linn. S. N. Sp. 540. Muſ. L. U. pag. 633.

Germ. Die gezackte Maulbeere. *Belg.* Getakte Moerbey *Rumph.* *Angl.* Small Spur-Shell *Petiver.* *Gall.* L'Heriſſon *Davila.*

Teſta ecaudata, ovata, ſpinis ſubulatis, apertura dentata.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 173.
Lister Hiſt. Conch. tab. 804. f. 12.
Rumph amboin. tab. 24. f. E.
Petiver amboin. tab. 11. f. 11.
Gualtieri Teſt. tab. 28. f. N.
Seba Theſ. III. tab. 60. f. 37, 39.
Knorr Vergn. I. tab. 25. f. 5, 6.
— — — VI. tab. 24. f. 7.
Martini Konch. Kab. III. tab. 101, 102. f. 972, 973. 976, 977.

Teſta ovata, muricata; Anfractus ſex connati; Spira acuta, breviſſima; Ventris dorſum cinctum ſpinis concavis, ſeriatim diſpoſitis; Apertura elongata, arcta; Labrum repandum, dentatum, denticulis antice ternis, in medio geminis, poſtice binis ſolitariis; Labium transverſim plicatum, plica antice ſolitaria, tribusque in medio; Baſis obtuſa, brevis, oblique marginata; Color albidus aut luteus, tuberculis atro-fuſcis. Variat:

α) Ore luteo, ſpinis longioribus.

Long. 11. lin. lat. 8. lin.

β) Ore amethyſtino, ſpinis brevioribus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 11. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; ad littus Coromandel, *Martini.*

MUREX

MUREX NODUS.

Linn. S. N. Sp. 541. Muf. L. U. pag. 635.

Germ. Die groſſe Kaſtanie. *Belg.* Braamboos *Gronov.* *Angl.* The great Ches-nut. *Gall.* La Chataigne a bandes.

Teſta ovata, utrinque attenuata, ſpinis conicis, labro tuberculato, columella lævi.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 991. f. 52.
SEBA Theſ. III. tab. 60. f. 12.
KNORR Vergn. II. tab. 2. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 100. f. 957, 958.

Teſta ovata, muricata; Anfractus quinque contigui; Spira conica, ventre brevior; Venter ſerie multiplici ſpinarum conicarum cinctus; Apertura ovata; Labrum repandum, intus denticulatum; Labium adnatum; Baſis marginata, brevis; Color albo nigroque varius.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat ad Jamaicam, *Liſter.*

MUREX NERITOIDEUS.

Linn. S. N. Sp. 542.

Germ. Das Schminkpfläſterchen. *Belg.* Geknobbelde Moerbey *Gronov.* *Angl.* The Cocquet. *Gall.* La Coquette.

Teſta obovata, obtuſe nodoſa, labro angulato, columella complanata, bimaculata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 174.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 990. f. 50.
GUALTIERI Teſt. tab. 66. f. B; B.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. I. f. 30.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 100. f. 959, 960.

Teſta obovata, nodoſa, transverſim ſtriata; Anfractus circiter quinque connati; Spira obtuſa, planata, breviſſima; Dorſum cinctum ſeriebus nodorum transverſis; Labrum angulatum; Columella excavato-falciformis, lævis, maculis rotundis atro-fuſcis notata; Baſis obtuſa, marginata, brevis; Color albus, aut albido-rubellus.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat ad Guineam, *Martini.*

MUREX MANCINELLA.

TAB. IX. f. 19, 20. Linn. S. N. Sp. 544. Muſ. L. U. pag. 636.

Germ. Die lange Maulbeere. *Belg.* Langverpige Moerberzje. *Angl.* The Mulberry-Shell *Hill.* *Gall.* La Mure *Argenville.*

Teſta ovata, umbilicata, tuberculis acutis muricata, labro dentato.

TAB. IX. fig. 19, 20.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 954. f. 5.
RUMPH amboin. tab. 24. f. 5.
PETIVER Gazoph. I. tab. 48. f. 14.
ARGENVILLE Conch. tab. 17. f. H.
HILL Hiſt. of anim. tab. 8.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 101. f. 970.

Teſta ovato-oblonga, transverſim undique ſtriato-tuberculata, tuberculis brevibus acutis; Apertura ovata; Labrum obſolete dentatum; Anfractus circiter ſex connati; Columella planiuſcula, elabiata, umbilicata; Baſis emarginata, obtuſa, brevis; Color luteſcens, tuberculis rufis.

Long. 1. poll. lat. 9. lin.

Habitat in India orientali, *Martini;* ad inſulam Mauritii, *Liſter;* ad Amboinam, *Rumph.*

MUREX HIPPOCASTANUM.

Linn. S. N. Sp. 545. Muſ. L. U. pag. 636.

Germ. Das Pimpelchen. *Belg.* Stekelige Kasket. *Angl.* Thorney-Kasket *Petiver.*

Testa ovata, striata, quadrifariam spinosa, columella umbilicata.

Rumph amboin. tab. 24. f. 4.
Petiver amboin. tab. 11. f. 8.
Argenville Conch. tab. 14. f. L.
Gualtieri Test. tab. 31. f. F.
Seba Thes. III. tab. 49. f. 80—82.
Knorr Vergn. III. tab. 7. f. 3.
Martini Konch. Kab. II. tab. 40. f. 398.

Testa ovata, transversim striata, rudis; Spira conica; Anfractus contigui quinque, quorum inferior spinarum conicarum serie triplici cingitur; Apertura ovata, edentula; Labrum acutum, intus striatum; Columella lævis, umbilicata; Basis ecaudata; Color albo nigroque varius.

Long. 2. poll. 3. lin. lat. 1. poll.

Habitat in oceano Asiæ, ad Bandam, *Rumph*, *Linnæus*.

MUREX RUGOSUS. Tab. XI. f. 6, 7.

Germ. Die runzelichte Knottenschnecke.

Testa ovata, longitudinaliter rugosa, striis carinisque transversis nodosis, rostro brevi, umbilicato.

TAB. XI. fig. 6, 7.

Martini Konch. Kab. IV. tab. 124. f. 1155, 1156.

Testa ovata; Anfractus quinque connati, longitudinaliter rugosi, transversim striati & carinati, carinis angulatis; Apertura ovalis; Columella umbilicata; Rostrum breve, effusum; Color albidus, maculis seriatim digestis, rufis.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 10. lin.

Patria ignota.

MUREX SENTICOSUS.

Linn. S. N. Sp. 546.

Germ. Die Diſtelſchnecke. *Belg.* Diſtelhoorentje *Gronov.* *Angl.* Small prikle Whelk *Petiver.*

Teſta ſubturrita, longitudinaliter coſtato - muricata, transverſim cancellata, ore ſtriato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 35.
RUMPH amboin. tab. 29. f. N.
PETIVER amboin. tab. 9. f. 17.
GUALTIERI Teſt. tab. 51. f. G, I.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. O.
SEBA Theſ. III. tab. 49. f. 45—47.
KNORR Vergn. IV. tab. 23. f. 4, 5.

Teſta ovato-turrita, cancellata; Anfractus decem connati, longitudinaliter coſtati, ſtriis elevatis, membranaceis, transverſim decuſſati, punctis decuſſationum muricatis; Apertura ovato-oblonga; Labrum crenulatum, intus transverſim ſulcatum; Baſis oblique marginata, torta; Canalis deflexus, brevis, effuſus; Color pallide luteus.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 8. lin.

Habitat in mari adriatico, *Bonanni*; ad Amboinam, *Rumph.*

MUREX MELONGENA.

Linn. S. N. Sp. 547. Muſ. L. U. pag. 637.

Germ. Das Bettzeug. *Belg.* Beddetyk *Gronov.* *Angl.* The blue and white Murex *Hill.* *Gall.* Le Lard *Davila.*

Teſta pyriformi, ſpira ſubſpinoſa prominente, apertura lævi.

a) Ventre ſpinoſo.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 186, 295.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 904. f. 24.
RUMPH amboin. tab. 24. f. 2.
PETIVER amboin. tab. 21. f. 9.
GUALTIERI Teſt. tab. 26. f. F.
ARGENVILLE Conch. tab. 15. f. H.

SEBA

SEBA Thef. III. tab. 72. f. 1—9.
HILL Hift. of anim. tab. 8.
REGENFUS Samml. I. tab. 5. f. 49.
KNORR Vergn. I. tab. 17. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 39, 40. f. 391—394.

β) Ventre lævi.

LISTER Hift. Conch. tab. 904. f. 24.
RUMPH amboin. tab. 24. f. 3.
PETIVER amboin. tab. 21. f. 8.
KNORR Vergn. II. tab. 10. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. II. tab. 40. f. 395—397.

Tefta obovata, ponderofa; Anfractus feptem diftincti, fupremis longitudinaliter plicatis; Spira acuta, brevis; Venter convexus, læviufculus, nonnunquam fpinofus; Apertura oblonga, patula, lævis vel ftriata; Labrum acutum, crenatum; Labium expanfum, adnatum, convexum, læve; Bafis oblique marginata, obtufa; Color e purpureo lividoque varius, lineis transverfis albis, aut rufus, fafcia transverfa alba.

Long. 4. poll. 6. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in oceano orientali, *Bonanni*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Jamaicam, *Lifter*, *Sloane*; in America, *Linnæus*.

MUREX RAPIFORMIS.

Germ. Die dicke Rübe. *Belg.* Geknobbelde Knoll. *Gall.* Gros-Radix.

Tefta pyriformi, fpinis fornicatis obtufis, anfractibus carinatis, roftro brevi, incurvo, umbilicato.

α) Subfpinofa, albida.

LISTER Hift. Conch. tab. 894. f. 14.
KNORR Vergn. V. tab. 21. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 68. f. 750.

β) Foliaceo-fpinofa, fufca.

MARTINI Konch. Kab. III. tab. 68. f. 755.

Testa pyriformis, ponderosa; Anfractus sex transversim striati, carinati, carina spinis fornicatis obtusis coronata; Sutura canaliculata; Spira pyramidata; Labrum intus transversim striatum; Columella umbilicata, umbilico lato, profundo, lamelloso; Rostrum breve, inflexum.

Long. 4. poll. 6. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in China, & ad Tranquebar, *Martini.*

MUREX LACERUS.

Germ. Der ausgeschnittene Morgenstern.

Testa ovato-oblonga, striata, anfractibus carinatis, spinosis, labro antice soluto, columella perforata.

LISTER Hist. Conch. tab. 958. f. 11.
SEBA Thes. III. tab. 60. f. 30—32.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 100. f. 951, 952.

Testa ovata, utrinque attenuata; Anfractus quinque transversim carinati, carina spinis obtusis muricata; Venter cingulis binis spinosis fasciatus; Apertura ovato-oblonga; Labium antice sinu a columella solutum; Columella umbilicata; Color e pallido roseus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in India orientali, *Martini.*

V. INERMES, ROSTRO ELONGATO.

MUREX BABYLONIUS.

Linn. S. N. Sp. 549. Mus. L. U. pag. 639.

Germ. Der Babelsthurm. *Belg.* Babylonse Tooren *Rumph.* *Angl.* Tower of Babel *Huddesford.* *Gall.* La Tour de Babel *Davila.*

Testa fusiformi, cingulis acutis maculatis, labro fisso, rostro elongato, recto.

LISTER Hist. Conch. tab. 917. f. 11.
RUMPH amboin. tab. 29. f. L.
GUALTIERI Test. tab. 52. f. N, N.

ARGEN-

ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. M.
HILL Hist. of anim. tab. 7.
REGENFUS Samml. I. tab. 1. f. 9.
KNORR Vergn. VI. tab. 13. f. 2.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 6.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 143. f. 1331, 1332.

Testa fusiformis, attenuata; Anfractus circiter duodecim connati, transversim carinati, carinis obtusis, alternatim inæqualibus, media magis prominente; Apertura elongata; Labrum crenulatum, antice fissura lineari transversa excisum; Columella elabiata, flexuosa, lævis; Rostrum elongatum, rectum; Color niveus, maculis inæqualibus nigro-fuscis, seriatim per carinas dispositis.

Long. 3. poll. lat. 10. lin.

Habitat in Asia, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

MUREX JAVANUS.

Linn. S. N. Sp. 550.

Germ. Die javanische Spindel. *Belg.* Gordelige Knobbel-Spil *Gronov.*

Testa fusiformi, transversim striata, anfractibus carinato-tuberculatis, labro antice soluto.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 79.
KNORR Vergn. VI. tab. 27. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 143. f. 1334, 1335.

Testa fusiformis, attenuata, transversim striata; Anfractus decem connati, carinati, carina media plicis brevibus, acutis, obliquis exasperata; Apertura elongata; Labrum integrum, versus basin fissum, sinu latiusculo, obtuso; Columella elabiata, convexa, flexuosa; Rostrum attenuatum, rectum; Color griseus aut albus.

Long. 2. poll. lat. 10. lin.

Habitat ad Javam, *Linnæus.*

MUREX COLUS.

Linn. S. N. Sp. 551. Muf. L. U. pag. 639.

Germ. Die franzöſiſche Spindel. *Belg.* Franſe - Spil *Gronov.* *Angl.* Spindle - Shell *Petiver.* *Gall.* Le Fuſeau.

Teſta fuſiformi, transverſim ſtriata, carinato-nodoſa, labro crenulato, roſtro recto, elongato.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 360.
Lister Hiſt. Conch. tab. 918. f. 11. a.
Rumph amboin. tab. 29. f. F.
Petiver amboin. tab. 6. f. 5.
Gualtieri Teſt. tab. 52. f. L.
Argenville Conch. tab. 9. f. B.
Klein Meth. oſtrac. tab. 4. f. 78.
Seba Theſ. III. tab. 79.
Regenfus Samml. I. tab. 12. f. 62.
Knorr Vergn. III. tab. 5. f. 1. tab. 14. f. 1.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 144, 145. f. 1339, 1340. 1343, 1344.
Müller Linn. Naturſyſt. IV. 1. B. tab. 17. f. 3.
Da Costa Elem. tab. 4. f. 4.

Teſta fuſiformis, transverſim ſulcata; Anfractus ſæpe duodecim carinati, carina angulis obtuſis coronata; Spira elongata, attenuata; Apertura ovata, ſuperne indiviſa; Labrum crenatum; Labium integerrimum, expanſum, vix adnatum; Roſtrum longitudine teſtæ parum flexuoſum, attenuatum; Color pallidus, roſtro ferrugineo.

Long. 9. poll. lat. 2. poll. 6. lin.

Habitat in utraque India, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad maris rubri littora, *Forskæl.*

MUREX MORIO.

Linn. S. N. Sp. 552. Muf. L. U. pag. 640.

Germ. Der bandirte Mohr. *Belg.* Gebande zwarte Moor *Gronov.*

Teſta ventricoſa, nigra, faſcia transverſa alba, ſpiræ anfractibus nodoſis, columella rugoſa.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 357.
SEBA Thes. III. tab. 80.
ADANSON Seneg. tab. 2. f. 31.
REGENFUS Samml. I. tab. 11. f. 61.
KNORR Vergn. I. tab. 20. f. 1.
— — — II. tab. 6. f. 2.
— — Delic. nat. I. tab. B. V. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 139. f. 1300.

Testa subfusiformis, angulata, transversim striata; Anfractus septem, contigui, angulati, angulis anfractuum spiralium obtusis & detritis; Labrum integerrimum, intus rugosum; Columella elabiata; Rostrum attenuatum, longitudine fere testæ; Color atro-fuscus, fasciis spiræ duabus parallelis pallidis.

Long. 7. poll. 4. lin. lat. 2. poll.

Habitat in mari africano, *Linnæus*; ad insulas Goreæ & Magdalenæ, *Adanson*; ad Curacao Indiæ orientalis, *Statius Müller*.

MUREX COCHLIDIUM.

Linn. S. N. Sp. 553. Mus. L. U. pag. 640.

Germ. Die indische Spindel. *Belg.* Indian *Gronov.* *Gall.* L'Indien.

Testa ventricosa, transversim sulcata, anfractibus supra planis, rostro elongato, recto.

ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. A.
SEBA Thes. III. tab. 57. f. 27, 28.
KNORR Vergn. VI. tab. 26. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 143. f. 1333.

Testa ventricosa, utrinque attenuata, transversim sulcata, sulcis alternatim inæqualibus; Anfractus novem contigui, utrinque declives, supra planiusculi; Venter nodis conicis simplicibus aut obtusis bifidis, obsitus; Spira pyramidata; Apertura oblongo-ovata; Labrum integrum; Columella convexa, elabiata; Rostrum longum, rectum, attenuatum; Color pallidus aut lutescens.

Long. 1. ped. 5. poll. lat. 7. poll.

Habitat in India orientali, *Knorr.*

MUREX SPIRILLUS.

Linn. S. N. Sp. 554.

Germ. Die langschnabelichte Rübe. *Belg.* Lang-gestarte Knoll *Gronov.* *Gall.* Massue lisse.

Testa ventricosa, spira acuminata, anfractibus acute marginatis, labio expanso.

KNORR Vergn. VI. tab. 24. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 115. f. 1069.

Testa ventricosa, depressa, transversim striata; Spirae vertex cylindricus, obtusus; Anfractus contigui sex, eo, qui basin spirae constituit, acute carinato, carina obtuse coronata; Venter convexus, serie nodorum simplicium tuberculatus; Labrum integrum; Labium replicatum, expansum, in medio lacuna impressa excavatum, plica laterali solida; Rostrum elongatum, rectum, testa longius; Color pallidus, maculis parvis, rarioribus fulvis.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat ad Tranquebar, *Linnæus;* ad littora malabarica, *Martini.*

MUREX CANALICULATUS.

Linn. S. N. Sp. 555. Mus. L. U. pag. 641.

Germ. Die gezackte Spindel. *Belg.* Raap *Gronov.* *Angl.* Bottle-Whelk *Petiver.*

Testa ventricosa, spirae anfractibus canaliculatis.

LISTER Hist. Conch. tab. 878. f. 2.
VALENTIN Abhand. tab. 11. f. 92.
GUALTIERI Test. tab. 47. f. A.
SEBA Thes. III. tab. 68. f. 19—22.
BASTER Subsec. I. tab. VI. f. B.
ELLIS Naturgesch. de Koral. tab. 68. f. 22.
KNORR Delic. nat. I. tab. B. VI. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. III. tab. 67. f. 742, 743.

Testa

Testa ventricosa, transversim striata, subtus convexa; Anfractus octo, canaliculo suturali distincti; Spira pyramidata, contabulata; Apertura elongata; Labrum integrum; Labium convexum, reflexum, adnatum, tenue; Rostrum elongatum, rectum; Color albus, maculis longitudinalibus rarioribus rufis.

Long. 5. poll. 3. lin. lat. 2. poll. 3. lin.

Habitat ad Virginiam Americæ septentrionalis, *Ellis*; ad Canadam, *Linnæus*.

MUREX ARVANUS.

Linn. S. N. Sp. 556. Muf. L. U. pag. 641.

Germ. Die zweykielige Spindel. *Belg.* Trompet van Aru *Gronov.*

Testa oblonga, ventricosa, anfractibus bicarinatis, rostro elongato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 101.
RUMPH amboin. tab. 28. f. A.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 138. f. 1295.

Testa oblonga, ventricosa, transversim striata; Anfractus septem bicarinati, contigui; Spira acuminata, testa vix brevior; Apertura ovata; Labrum integrum; Labium convexum, læve; Rostrum elongatum, incurvatum; Color pallide lutescens.

Long. 4. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat ad novam Guineam, Chinam, *Linnæus*; ad insulam Aru Indiæ orientalis, *Rumph.*

MUREX PERVERSUS.

Linn. S. N. Sp. 557. Muf. L. U. pag. 642. TAB. XI. f. 8, 9.

Germ. Die linksgewundene Feige. *Belg.* Getakte regtse Vyg *Gronov.* *Angl.* The pointed Murex *Hill.* *Gall.* Buccin unique *Argenville.*

Testa ventricosa, anfractibus sinistrorsis, spinoso-coronatis, rostro elongato, recto.

TAB. XI. fig. 8, 9.

GUALTIERI Test. tab. 30. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 15. f. F.
HILL Hist. of anim. tab. 8.

Teſta ventricoſa, ſolida, gibba, transverſim obſolete ſtriata; Anfractus octo contrarii, ſeu a dextra ſiniſtrorſum flexi, inæquales, connati, carinati, carina ſerie ſimplici ſpinarum coronata; Spira pyramidata, teſta brevior; Venter ſubtus convexus, attenuatus; Apertura elongata; Labrum integrum; Labium reflexo-adnatum, convexum, læve; Roſtrum longum, rectum; Color pallidus, faſciis longitudinalibus rubellis.

Long. 1. ped. lat. 6. poll.

Habitat in oceano americano, *Linnæus.*

MUREX PUGILINUS.

Germ. Das unächte Fleiſchhorn.

Teſta ventricoſa, anfractibus canaliculatis, acute carinatis, roſtro recto, extus transverſim ſulcato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 885. f. 6. b.
GUALTIERI Teſt. tab. 47. f. B.
KNORR Vergn. I. tab. 30. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 152. f. 1323, 1324.

Teſta ventricoſa, craſſa; Anfractus ſeptem infra ſuturam canaliculati, in medio carinati, carina ſpinis acutis brevibus coronata; Venter lævis; Spira pyramidata; Roſtrum rectum, transverſim undulato-ſtriatum; Columella ſubumbilicata; Color fulvus, aut pallide luteus.

Long. 4. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Patria ignota.

MUREX DESPECTUS.

Linn. S. N. Sp. 559.

Germ. Die nordiſche Spindel. *Belg.* Noordſche Whulk. *Angl.* Deſpiſed Murex *Pennant.*

Teſta oblonga, ventricoſa, anfractibus teretibus, roſtro elongato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 190.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 962. f. 15.
— — angl. tab. 3. f. 1.

SEBA

SEBA Thes. III. tab. 83. f. 3—6.
DA COSTA Elem. tab. 1. f. 3—5.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 78. f. 98.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 138. f. 1292—1294.

Testa oblonga, ventricosa, rudis; Anfractus septem contigui, convexi; Apertura ovato-oblonga; Labrum integrum; Labium reflexum, adnatum, tenue; Rostrum elongatum, incurvatum; Color luteus.

Long. 4. poll. 5. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

Habitat in oceano septentrionali, & ad littora Islandiae, *Linnaeus*; Sueciae, *Faun. Suec.* Daniae, *Otto Müller*; Britanniae, *Bonanni*, *Lister*, *Pennant.*

MUREX TRITONIS.

Linn. S. N. Sp. 560. Mus. L. U. pag. 642.

Germ. Die Tritonsschnecke. *Belg.* Trompet-hooren *Gronov.* *Angl.* Tritons-Trumpet *Petiver.* *Gall.* Trompe marine *Davila.*

Testa oblonga, ventricosa, anfractibus teretibus, prope suturam crenulatis, varicibus longitudinalibus, apertura denticulata.

α) Rosea, aut lutescens immaculata.

MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 134. f. 1278, 1279.

β) Albo fuscoque variegata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 188.
LISTER Hist. Conch. tab. 959. f. 12.
RUMPH amboin. tab. 28. f. B.
PETIVER amboin. tab. 12. f. 15.
GUALTIERI Test. tab. 48. f. A.
SEBA Thes. III. tab. 81.
KNORR Vergn. II. tab. 16. f. 2, 3.
— — — V. tab. 5. f. 1.
— — Delic. nat. I. tab. B. VI. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 134. f. 1277. tab. 135, 136. f. 1282—1285.

Testa ovata, subfusiformis, ventricosa; Anfractus contigui, transversim sulcato-striati, convexi, tuberculis & suturis alternis varicosis notati; Spira pyramidata; Venter tumidus, desinens in rostrum attenuatum, breve;

 Aper-

Apertura ovata; Labrum patulum, margine dentato; Labium adnatum, patens, transverſim rugoſum, ad baſin denticulatum.

Long. 1. ped. 5. poll. lat. 8. poll.

Habitat in Archipelago, America, *Linnæus*; ad Barbados, *Liſter*; ad Amboinam, *Rumph.*

MUREX PUSIO.

Linn. S. N. Sp. 561.

Germ. Die geſleckte Spindel. *Belg.* Gnemoe-Hooren.

Teſta oblonga, ventricoſa, glabra, anfractibus rotundatis, apertura lævi, roſtro brevi.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 40.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 914. f. 17.
GUALTIERI Teſt. tab. 52. f. I.
KNORR Vergn. IV. tab. 21. f. 7.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 147. f. 1357.

Teſta oblonga, ventricoſa, lævis; Anfractus octo, contigui, convexi; Spira conica, ventre brevior; Apertura ovata, lævis; Labrum integrum; Columella planiuſcula; Roſtrum rectum, oblique emarginatum, breve; Color niveus, ſeriebus aliquot transverſis macularum confluentium.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Syracuſam, *Bonanni.*

MUREX ACCINCTUS.

Germ. Die Gürtelſpindel.

Teſta fuſiformi, lævi, fuſca, anfractibus convexis, faſcia articulata alba, roſtro recto, brevi.

MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 134. f. 1280, 1281.

Teſta fuſiformis, lævis; Anfractus octo, convexi, attenuati, connati; Apertura ovato-oblonga; Labrum intus ſtriatum; Columella lævis, ſupra plica una notata; Baſis extus transverſim ſtriata, conſtituens roſtrum abbreviatum, rectum; Color atro-fuſcus, cingulo anguſto, albo, lineis angulatis rufis articulato.

Long. 2. poll. lat. 10. lin.

Patria ignota.

MUREX VULPINUS.

Tab. XI. f. 10, 11.

Germ. Die rothbraune Spindel.

Teſta oblonga, ventricoſa, glabra, baſi anfractuumque marginibus ſtriatis, roſtro brevi, torto.

TAB. XI. fig. 10, 11.

Teſta oblonga; Anfractus octo læves, teretiuſculi, prope ſuturam transverſim ſtriati; Venter convexus, deſinens in roſtrum breve, extus intortum; Apertura lævis; Color fuſco-ruber.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 7. lin.

Patria ignota.

MUREX TULIPA.

Linn. S. N. Sp. 562.

Germ. Die Achatbirne. *Belg.* Agaate-Peer *Rumph.* *Gall.* La Tulipe *Argenville.*

Teſta oblonga, ventricoſa, lævi, anfractibus rotundatis, ſutura geminata, columella uniplicata, roſtro patulo ſtriato.

Bonanni Recr. Cl 3. f. 187.
Lister Hiſt. Conch. tab. 911. f. 2.
Rumph amboin. tab. 49. f. H.
Gualtieri Teſt. tab. 46. f. A.
Argenville Conch. tab. 10. f. K.
Seba Theſ. III. tab. 71. f. 23—31.
Regenfus Samml. I. tab. 9. f. 35.
Knorr Vergn. V. tab. 18. f. 5.
— — — VI. tab. 29. f. 1.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 136, 137. f. 1286—1289.

Teſta fuſiformis, ventricoſa, lævis; Anfractus novem contigui, convexi, ſutura ſulco gemino marginata; Apertura ovato-oblonga; Labrum crenulatum; Columella lævis, inflexa, prope inflexionem uni- aut biplicata; Roſtrum attenuatum, rectum, extus transverſim ſulcatum; Color albus, griſeo-nebuloſus, aut albo aurantioque maculatus, vel luteus lineis parallelis transverſis fuſcis.

Long. 7. poll. lat. 4. poll.

Habitat in India occidentali, & ad Guineam, *Regenſus;* ad Jamaicam, *Liſter.*

MUREX DOLARIUM.

Linn. S. N. Sp. 564.

Germ. Die Vortreppe. *Belg.* Bostrappen.

Testa ventricosa, costis obtusis angulatis, labro plicato, columella umbilicata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 347.
SEBA Thes. III. tab. 52. f. 11.
KNORR Vergn. V. tab. 3. f. 5.

Testa ventricosa, costato - angulata; Anfractus quinque, contigui, contabulati; Spira obtusa, brevis; Costæ transversæ plicis longitudinalibus obtusis angulatæ, striisque transversis exaratæ; Apertura ovato - rotundata; Labrum repandum; Labium replicatum, adnatum, umbilicatum; Basis emarginata, canali obliquo, brevi; Color albidus, & rubellus.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in oceano, *Linnæus;* ad littora Lusitaniæ, *Bonanni.*

MUREX LIGNARIUS.

Linn. S. N. Sp. 566.

Germ. Die Holzspindel.

Testa oblonga, anfractibus longitudinaliter plicatis, obtuse nodosis, rostro abbreviato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 32.
SEBA Thes. III. tab. 52. f. 4.
KNORR Vergn. VI. tab. 20. f. 7.

Testa ovata, subfusiformis, striis transversis tenuissimis exarata, rugis nodosis longitudinalibus plicata; Anfractus contigui sex; Spira conica, vix brevior testa; Apertura ovata; Labrum integrum; Columella elabiata, oblique triplicata; Rostrum rectum, breve; Color fulvus, fascia ventris nivea.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 8. lin.

Habitat ad littora Europæ australis, *Linnæus;* ad littora maris rubri, *Forskæl.*

MUREX TRAPEZIUM.

Linn. S. N. Sp. 567. Muſ. L. U. pag. 643.

Germ. Die Bandſpindel. *Belg.* Gebaande Knobbel-Hooren *Rumph.* *Angl.* The perſian Robe *Huddesford.* *Gall.* Le Tapis *Davila.*

Teſta oblonga, anfractibus carinato-angulatis, apertura dentata, roſtro recto.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 287.
Lister Hiſt. Conch. tab. 931. f. 26.
Rumph amboin. tab. 49. f. K.
Gualtieri Teſt. tab. 46. f. B.
Argenville Conch. tab. 10. f. H.
Knorr Vergn. IV. tab. 20. f. 1.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 139. f. 1298, 1299.

Teſta ſubfuſiformis, angulata; Anfractus octo contigui, angulati, angulis obtuſis; Spira pyramidata, ventri ſubæqualis; Apertura ovata; Labrum ad marginem denticulatum; Labium adnatum, flexuoſum, prope flexuram oblique triplicatum; Roſtrum elongatum; Color albidus griſeusque, lineis transverſis geminatis teſtaceis.

Long. 4. poll. 4. lin. lat. 2. poll. 2. lin.

Habitat in mari rubro, *Bonanni*; ad littora Perſiæ, *Linnæus.*

MUREX CRATICULATUS.

Linn. S. N. Sp. 569.

Germ. Die Wellenſpindel.

Teſta fuſiformi, longitudinaliter rugoſa, cingulis elevatis, acutis, labro dentato, roſtro brevi.

Rondelet Teſt. cap. 18. pag. 88.
Lister Hiſt. Conch. tab. 967. f. 22.
Knorr Vergn. II. tab. 3. f. 6.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 149. f. 1382, 1383.

Teſta fuſiformis, longitudinaliter ſubplicata; Anfractus circiter ſeptem connati, cingulis elevatis acutis circumdati; Apertura oblongo-ovata; Labrum crenulatum; Labium replicatum, oblique quadriplicatum; Roſtrum flexuoſum, breve; Color albus, faſciis longitudinalibus croceis.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 6. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

VI. TURRITI, SUBULATI, ROSTRO BREVI.

MUREX VERTAGUS.

Linn. S. N. Sp. 571.

Germ. Die Schnauzennadel. *Belg.* Snuitpen *Gronov.* *Angl.* White-ſnouted Peg *Petiver.* *Gall.* Chenille blanche *Davila.*

Teſta turrita, anfractibus ſuperne plicatis, columella biplicata, roſtro aſcendente.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 84.
Lister Hiſt. Conch. tab. 1020. f. 83.
Petiver Gazoph. I. tab. 56. f. 4.
— — amboin. tab. 13. f. 14.
Rumph amboin. tab. 30. f. K.
Gualtieri Teſt. tab. 57. f. D.
Knorr Vergn. III. tab. 20. f. 3.
— — — V. tab. 15. f. 6.
— — — VI. tab. 40. f. 4, 5.
Murray Fund. Teſt. tab. 1. f. 28.
Müller Linn. Naturſyſt. VI. 1. B. tab. 17. f. 4.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 156, 157. f. 1479, 1480.

Teſta turrita, lævis; Anfractus duodecim connati, quorum ſuperiores obtuſe plicati, infimus ſubcylindricus lævis, omnes vero ſtria inciſa ſolitaria infra ſuturas cincti ſunt; Spira conica; Vertex ob plicas denſe ſtriatas fere reticulatus; Apertura ovato-oblonga; Labrum arcuatum, integrum; Labium reflexum, adnatum, incraſſatum, plica obliqua ſolida, alteraque antice transverſa notatum; Roſtrum attenuatum, breve, adſcendens; Color pallide griſeus.

Long. 2. poll. lat. 6. lin.

Habitat in Indiis, *Bonanni;* ad Amboinam, *Rumph.*

MUREX SULCATUS.

Germ. Die Mangos-Nadel. *Belg.* Manger-Naalde *Rumph.* *Angl.* Mangos-Peg *Petiver.*

Teſta turrita, longitudinaliter rugoſa, transverſim ſulcata, labro ampliato, roſtro recto breviſſimo.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 68.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 1021. f. 85.
PETIVER amboin. tab. 13. f. 22.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 157. f. 1484, 1485.

Teſta turrita; Anfractus undecim declives, plani, longitudinaliter ſulcati; Labrum ampliatum, acute marginatum, antice ſolutum; Columella vix labiata, cum angulo labro oppoſito; Roſtrum breviſſimum rectum; Color fuſcus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 8. lin.

Habitat in Indiis, *Bonanni.*

MUREX GIBBOSUS.

TAB. XI. f. 12, 13.

Germ. Die höckerige Stachelnadel.

Teſta turrita, anfractibus marginatis, ventre gibbo, labro fiſſo denticulato, roſtro brevi.

TAB. XI. fig. 12, 13.

Teſta turrita; Anfractus circiter novem transverſim ſtriati, plicis longitudinalibus decuſſati, & ſupra prope ſuturam compreſſo-marginati; Venter gibbus; Apertura oblonga; Labrum ſupra ſinu transverſo lato fiſſum, margine denticulato; Columella replicata, lævis; Roſtrum rectum, breve; Color albus, maculis pallide rubris.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 7. lin.

Patria ignota.

MUREX ALUCO.

Linn. S. N. Sp. 572. Muſ. L. U. pag. 643.

Germ. Die gefurchte Dornſpindel. *Belg.* Baſterd Pauſe-Kroon *Gronov.* *Angl.* The Caterpiller *Huddesford.*

Teſta turrita, anfractibus transverſim ſulcatis, in medio tuberculatis, columella uniplicata, roſtro aſcendente.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 69.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 1025. f. 87.

Rumph amboin. tab. 30. f. O.
Petiver amboin. tab. 7. f. 12.
Gualtieri Teſt. tab. 57. f. G.
Argenville Conch. tab. 11. f. H.
Seba Theſ. III. tab. 50. f. 15, 16.
Knorr Vergn. I. tab. 16. f. 4.
Naturforscher IX. tab. 5. f. 3.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 156. f. 1473, 1474.

Teſta turrita, ſolida, transverſim ſulcata; Anfractus connati circiter duodecim, in medio ſpinis obtuſis erectis coronati; Spira elongata, pyramidata; Apertura ſubovata, antice lacunoſa; Labrum crenato-lobatum; Labium reflexum, adnatum, craſſum, antice & poſtice plica obliqua ſolida notatum; Roſtrum rectum, breviſſimum; Color albus vel albidus, maculis lineisque fuſcis.

Long. 3. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus;* ad littora maris rubri, *Forskæl;* in Indiis, *Davila;* ad Amboinam, *Rumph;* in nova Zeelandia, *Walch.*

MUREX CORONATUS.

Germ. Die gedornte Schnepfennadel. *Belg.* Gedoornde Snuite-Pen *Rumph.*

Teſta turrita, ſubſtriata, anfractibus coronatis, columella uniplicata, roſtro aſcendente.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 83.
Lister Hiſt. Conch. tab. 1017. f. 79.
Rumph amboin. tab. 30. f. N.
Gualtieri Teſt. tab. 57. f. A.
Seba Theſ. III. tab. 51. f. 15, 16.
Hill Hiſt. of anim. tab. 7.
Knorr Vergn. III. tab. 16. f. 5.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 156. f. 1478.

Teſta turrita, ſubſtriata; Anfractus undecim ſubtus læves, in medio ſpinis procumbentibus coronati, prope ſuturam attenuati; Apertura & roſtrum præcedentis; Color albidus, maculis latis fuſcis.

Long. 2. poll. lat. 8. lin.

Habitat ad Amboinam, *Rumph.*

MU-

MUREX LITERATUS.

Tab. XI. f. 14, 15.

Germ. Die Buchstabennadel.

Teſta turrita, ventricoſa, nigro-maculata, columella uniplicata, roſtro brevi.

TAB. XI. fig. 14, 15.

Lister Hiſt. Conch. tab. 1024. f. 89.

Teſta ventricoſa, turrita; Anfractus circiter octo coaliti, ſupra prope ſuturam ſpinis erectis brevibus muricati; Apertura ampliata; Columella uniplicata; Roſtrum breve, rectum; Color niveus, maculis punctatis nigris, characteres nonnunquam æmulantibus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 6. lin.

Patria ignota.

MUREX FUSCATUS.

Linn. S. N. Sp. 573.

Germ. Die gezackte Beſansſpindel. *Belg.* Getakte Snuitpen *Gronov.* *Gall.* L'If *Davila.*

Teſta turrita, anfractibus ſpinoſis, prope ſuturam crenulatis, baſi planiuſcula.

Gualtieri Teſt. tab. 56. f. H.
Argenville Conch. tab. 11. f. *a.*
Knorr Vergn. III. tab. 26. f. 4, 5.

Teſta turrita, muricata; Anfractus conati fere duodecim, in medio ſerie ſpinarum acutarum, antice ſæpe compreſſarum, & prope ſuturas tuberculis concatenatis cincti; Spira turrita; Baſis planiuſcula, transverſim ſulcata; Apertura ovato-complanata; Labrum integrum, angulatum; Labium adnatum, reflexum; Roſtrum breviſſimum, rectum; Color albus, aut fuſco-luteus, aut atro-fuſcus.

Long. 2. poll. lat. 9. lin.

Argenvillii figuram, quam ſupra citavimus, minus recte ad Neritam ſuam aculeatam referre videtur Otto Müller [(a)].

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

(a) Hiſt. Verm. II. pag. 193.

Tab. XI. f. 16.

MUREX RADULA.

Linn. S. N. Sp. 575.

Germ. Die Nadelfeile.

Testa turrita, anfractibus serie triplici granulorum scabris, basi planiuscula, sulcata.

α) Alba.

Knorr Vergn. III. tab. 15. f. 3.

β) Cingulis albis, rufis, fuscisque.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 327.
Gualtieri Test. tab. 58. f. F.

Testa turrita, granulata; Anfractus connati fere duodecim, serie triplici granulorum transversim cincti, quorum media majora sunt; Labrum integrum; Labium reflexum, adnatum; Rostrum rectum, brevissimum.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 5. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus*; in Indiis, *Bonanni*.

Tab. XI. f. 17, 18.

MUREX ATRATUS.

Germ. Die schwarze Stachelnadel.

Testa turrita, atra, anfractibus transversim striatis, tuberculatis, columella uniplicata, rostro recto.

TAB. XI. fig. 17, 18.

Testa turrita; Anfractus decem coaliti, transversim striati, duplici tuberculorum acutorum & brevium serie cincti; Apertura oblonga; Labrum dilatatum, crenulatum; Columella uniplicata; Angulus labri margini oppositus; Rostrum rectum, breve; Color ater nitens.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 5. lin.

Patria ignota.

MU-

MUREX GIGAS (a).

Germ. Die grosse Stachelschnecke.

Testa ventricosa, transversim sulcata, spira coronata, anfractibus declivibus, carinatis, carina ventris duplicata.

Testa ventricosa, utrinque attenuata, transversim sulcata; Anfractus declives, carinati, carina obtusa suturæ inferiori propior, circa centrum duplex, circa spiram solitaria; Spira tuberculis coronata; Apertura attenuata; Labrum integrum; Labium reflexum, expansum, antice adnatum, subtus umbilicatum; Rostrum elongatum, vix non flexuosum; Color albidus.

Long. 1. ped. 9. lin. lat. 9. poll.

Patria ignota.

(a) Omissus in Indice Musei, & ad Murices inermes rostro elongato referendus.

TROCHUS.

Linn. Syst. Nat. Gen. 326.

Germ. Die Kräuselschnecke. *Belg.* Tollen *Oudaan.* *Angl.* Top-Shell *Huddesford.* *Gall.* Sabot *Davila.* *Dan.* Topsnekken *Brunnich.*

Cochleæ genus, cujus testa spiralis subconica trochulis assimilatur, quos ludentes pueri in gyrum agunt, Trochi nomen obtinuit, & a reliquis univalvibus apertura coarctata, subtetragona, vel plus minusve angulata, dignoscitur.

Partimur Trochos in

I. Umbilicatos,

II. Imperforatos, &

III. Turritos,

specierumque characteres ab anfractuum figura, testæ superficie umbilicique structura desumimus.

Mollusci in testis trochiformibus hospitantis caput cylindricum ad extremitatem oblique truncatum, cui subtus os undulatum incisum est, cirrhis minimis coronatur; Insistunt capiti tentacula bina linearia, longa & villosa, ad quorum radicem extus colliculi duo oculati prominent; Pallium tenue in margine crenulatum interiora testæ vestit, & ad latus sinistrum in canaliculum complicatur, per quem excrementa separat animal, & linguam triangularem, officulo suffultam, exserit; Pedis elliptici, testa brevioris, supra tuberculati, subtus sulcati, limbum cirrhi innumeri circumdant; Tegit hunc membrana duplex a colliculis oculatis, hinc ad operculum, inde ad medietatem limbi usque protracta, cui utrinque tentacula tria longiora & villosa adnata sunt, id quod singulare, & fors generi huic proprium est.

Mutuamus hanc animalis descriptionem ab Adansonio [a], cujus major nobis authoritas videtur, quam Argenvillii, qui figuram distinctam penitus obtulit [b].

In rupibus marinis habitant Trochi.

(a) Adanson Hist. nat. du Seneg. tab. 12. f. 2. Osilin. pag. 148.
(b) Argenville Zoomorph. tab. 3. f. D.



I. UMBILICATI.

TROCHUS NILOTICUS.

Linn. S. N. Sp. 579.

Germ. Die glatte Pyramide. *Belg.* Bagyne Drol *Gronov.* *Angl.* Large marbled Trochus *Huddesford.* *Gall.* Bouton de la Chine *Argenville.*

Testa conica, anfractibus convexiusculis laevibus, columella perforata.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 102.
Lister Hist. Conch. tab. 617. f. 3.
Rumph amboin. tab. 21. f. A.
Gualtieri Test. tab. 59. f. B, C.
Argenville Conch. tab. 8. f. C.
Geve Belust. tab. 5. f. 34, 35.
Regenfus Samml. I. tab. 4. f. 42.
Knorr Vergn. I. tab. 12. f. 1.
— — — II. tab. 5. f. 1. tab. 6. f. 1.

Testa conica, solida, laevis; Anfractus septem convexiusculi, imbricati, contigui; Basis plano-convexa; Apertura rhombeo-quadrangularis; Faux laevis; Labrum crassum, integrum; Labium repandum, in medio desinens in umbilicum contortum, amplum; Color albus, fasciis longitudinalibus sanguineis.

Long. 3. poll. 5. lin. lat. 4. poll. 5. lin.

Habitat in oceano indico, *Bonanni*, *Linnaeus;* in India orientali, ad Tranquebar, & insulas fridericianas, *Regenfus;* ad Amboinam, *Rumph.*

TROCHUS MACULATUS.

Linn. S. N. Sp. 580. Mus. L. U. pag. 644.

Germ. Die knotige Pyramide. *Belg.* Gekorrelde Drol *Gronov.*

Testa conica, tuberculata, umbilico obliquo, labio bilobo.

α) Anfractibus transversim striatis, albida, rubro-maculata.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 96.
Gualtieri Test. tab. 61. f. E.

GEVE Beluſt. tab. 7. f. 50.
KNORR Vergn. II. tab. 2. f. 4, 5.
MÜLLER Linn. Naturſyſt. VI. 1. B. tab. 18. f. 1.
MURRAY Fund. Teſt. tab. 1. f. 20.
DA COSTA Elem. tab. 3. f. 13.

β) Anfractibus obliquè rugoſis, prope ſuturam compreſſis, alba viridisque, rubro-maculata.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 619. f. 5.
RUMPH amboin. tab. 21. f. C.
GEVE Beluſt. tab. 7. f. 52.

γ) Anfractibus transverſim ſtriatis, prope ſuturam compreſſis, viridis fuſco-maculata.

GUALTIERI Teſt. tab. 61. f. D, D.
GEVE Beluſt. tab. 7. f. 48.
REGENFUS Samml. I. tab. 2. f. 13.

Teſta ponderoſa, conica; Anfractus octo, imbricati, contigui, tuberculis nodoſis ſeriatim digeſtis obſiti; Baſis plana, transverſim ſulcata nodulis concatenatis intermediis; Apertura rhombeo-quadrangula; Labrum integrum, ſubtus denticulatum; Labium repandum, obſolete bilobum; Columellæ umbilicus obliquus tortus.

Long. 1. poll. 11. lin. lat. 2. poll.

Habitat in oceano aſiatico & americano, *Linnæus*; in mari indico, *Bonanni*; ad Amboinam, *Rumph*; ad littora Guineæ & inſulas fridericianas, *Regenfus*.

TROCHUS PERSPECTIVUS.

Linn. S. N. Sp. 581. Muſ. L. U. pag. 646.

Germ. Die Perſpektivſchnecke. *Belg.* Perſpectief-Hooren *Gronov.* *Angl.* Spinnet-Shell *Petiver.* *Gall.* Le Cadran *Davila.*

Teſta convexo-conica, anfractibus decuſſatim ſtriatis, umbilico lato, crenato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 27, 28.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 636. f. 24.
RUMPH amboin. tab. 27. f. L.
PETIVER amboin. tab. 2. f. 14.

GUAL-

GUALTIERI Teſt. tab. 65. f. O.
ARGENVILLE Conch. tab. 8. f. M.
GEVE Beluſt. tab. 25. f. 266—272.
SEBA Theſ. III. tab. 40. f. 1, 2. 13, 14. 28. 41, 42.
REGENFUS Samml. I. tab. 6. f. 61.
KNORR Vergn. I. tab. 11. f. 1, 2.

Teſta depreſſo-conica, ſubtus plana; Anfractus transverſim ſulcati, ſtriis obliquis inciſis decuſſati, unde prope apicem ſuperficies granulata, & anfractuum margo prope ſuturas crenulatus apparet; Baſis plana, cum coſtis verſus marginem duabus articulatis, remotis; Apertura quadrata; Umbilicus patens, ſpiralis, anfractibus coſtato-crenatis, ſenſim decreſcentibus; Faux transverſim ſtriata; Color albus pallidusve, maculis rarioribus fulvis.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 10. lin.

Specimen Muſei illi, quod Gualtierius l. c. exhibet, ſimillimum & fors idem eſt.

Habitat in mari indico, *Bonanni*; ad Alexandriam, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Tranquebar, *Regenfus*.

TROCHUS PHARAONIUS.

Linn. S. N. Sp. 584. Muſ. L. U. pag. 647.

Germ. Die Pharaoſchnecke. *Belg.* Prins Robberts-Knopje *Gronov.* *Angl.* The Strawberry Trochus *Huddesford.* *Gall.* Bouton de Camiſole *Davila.*

Teſta ſubovata, ſtriata, punctis concatenatis, globoſis, columella labioque dentato, umbilico crenato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 222.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 637. f. 25.
PETIVER Gazoph. I. tab. 4. f. 10.
GUALTIERI Teſt. tab. 63. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 8. f. L, Q.
ADANSON Seneg. tab. 12. f. 2.
GEVE Beluſt. tab. 13. f. 101, 104.
KNORR Vergn. I. tab. 30. f. 6.
— — — IV. tab. 26. f. 3, 4.

Teſta ovato-conica; Anfractus ſeptem convexiuſculi, contigui, transverſim ſtriati, punctis intermediis concatenatis ſeriatim cincti; Apertura quadrangulari-ovata; Labrum interne rugoſum cum dente ſolitario obſoleto; Umbilicus perforatus, tortus, crenatus; Faux lævis; Color ruber, cingulis alternis plerumque albo nigroque articulatis.

Long. 9. lin. lat. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus;* ad Braſiliam, *Bonanni;* ad littora Goreæ Africæ, *Adanſon;* ad littora maris rubri, *Forskæl.*

TROCHUS MAGUS.

Linn. S. N. Sp. 585. Muſ. L. U. pag. 647.

Germ. Der Hexenmeiſter. *Belg.* Tovenaar *Gronov.* *Angl.* Tuberculated-Top *Pennant.* *Gall.* La Sorciere *Argenville.*

Teſta conica, ſtriata, anfractibus ſupra obtuſe plicatis, umbilico obliquo.

GUALTIERI Teſt. tab. 64. f. O.
ARGENVILLE Conch. tab. 8. f. S.
GEVE Beluſt. tab. 15. f. 127.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 80. f. 107.
KNORR Vergn. VI. tab. 27. f. 4.

Teſta depreſſo-conica; Anfractus quinque contigui, transverſim ſtriati, ſupra noduloſo-plicati; Apertura ſubrotunda; Columella poſtice canaliculata; Umbilicus ſinuatus, obliquus; Color albidus, faſciis obliquis punctisque ſeriatim digeſtis roſeis.

Long. 6. lin. lat. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*, *Davila;* ad Angliæ littora, *Pennant;* in mari rubro, *Forskæl.*

Tab. XI. f. 19, 20.

TROCHUS CINERARIUS.

Linn. S. N. Sp. 590.

Germ. Die ſchiefſtrahlige Kräuſelſchnecke. *Angl.* Cinereous Top *Pennant.*

Teſta ovato-conica, anfractibus ſtriatis, prope ſuturam canaliculatis.

TAB.

TAB. XI. fig. 19, 20.

Testa ovato-conica; Anfractus septem cincti striis elevatis transversis, ad suturam canaliculatis; Apertura subrotunda; Labium incrassatum, angulatum; Umbilicus subclausus; Faux argentea; Color extus albus, fasciis obliquis undatis nigris.

Long. 5. lin. lat. 6. lin.

Habitat in mari mediterraneo & norvegico, *Linnæus;* ad littora Angliæ, *Pennant.*

TROCHUS UMBILICARIS.

Tab. XII. f. 1, 2.

Linn. S. N. Sp. 592.

Germ. Die Wirbelschnecke. *Angl.* Umbilical-Top *Pennant.*

Testa convexa, conica, anfractibus substriatis, umbilico cylindrico.

TAB. XII. fig. 1, 2.

LISTER Hist. Conch. tab. 641. f. 31, 32.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 80. f. 106.

Testa depresso-conica; Anfractus septem contigui, declives, transversim tenuissime striati; Apertura subrotunda; Umbilicus pervius spiralis, subcylindricus; Labium angulatum; Faux argentea; Color olivaceus, punctis albis fuscisque per series transversas digestis.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 9. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus;* ad Daniæ littora, *Otto Müller;* Angliæ, *Pennant.*

TROCHUS FASCIATUS.

Tab. XII. f. 3, 4.

Germ. Die gebänderte Kräuselschnecke.

Testa conica, lævi, anfractibus rotundatis, supra compressis, umbilico profundo, labro crenulato.

TAB. XII. fig. 3, 4.

Teſta conica; Anfractus quinque rotundati, læves, ſupra prope ſuturam complanati; Umbilicus verticalis, profundus; Labrum crenulatum; Color albidus fuſco maculatus, faſcia transverſa alba.

Long. 5. lin. lat. 6. lin.

Patria ignota.

Tab. XII. f. 5, 6.

TROCHUS TESSULATUS.

Germ. Der Würfelkräuſel.

Teſta conica, anfractibus rotundatis, transverſim ſtriatis, columella obſolete perforata.

TAB. XII. fig. 5, 6.

Teſta convexo-conica; Anfractus quinque transverſim ſtriati, convexiuſculi, declives; Columella uniloba, replicata, obtegens foramen obliquum, tenue; Color albidus luteo maculatus, teſſulis oblongis purpureis ſeriatim digeſtis, cavitate margaritacea.

Long. 5. lin. lat. 6. lin.

Patria ignota.

TROCHUS SOLARIS.

Linn. S. N. Sp. 593. Muſ. L. U. pag. 645.

Germ. Das Sonnenhorn. *Belg.* Zoone Hooren *Gronov.*

Teſta umbilicata, complanato-conica, anfractibus ſpinoſoradiatis, apertura ſemicordata.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 366, 367.
Lister Hiſt. Conch. tab. 622. f. 9.
Rumph amboin. tab. 20. f. K.
Gualtieri Teſt. tab. 65. f. N, P.
Geve Beluſt. tab. 20. f. 192.
Knorr Vergn. VI. tab. 26. f. 4.

Teſta

Teſta depreſſo-conica; Anfractus ſeptem contigui, rugis longitudinalibus, ſquamulis, ſpinisque concavis ſeriatim digeſtis exaſperati, margine radiato; Baſis plana, punctis elevatis, ſerie quadruplici digeſtis, aſpera; Apertura ſubtetragona; Labium incraſſatum, argenteum; Umbilicus ſæpe obliteratus, nonnunquam patens, anfractibus obtuſis; Color albus.

Long. 11. lin. lat. 2. poll. 1. lin.

Habitat in India orientali, *Linnæus*.

II. IMPERFORATI.

TROCHUS CONCHYLIOPHORUS (a). TAB. XII. f. 21, 22.

Germ. Die Trödlerinn. *Gall.* La Fripiere.

Teſta imperforata, convexo-conica, anfractibus plicato-rugoſis, baſi concava, apertura falcata.

TAB. XII. fig. 21, 22.

DAVILA Catal. T. I. tab. 6. f. M.

Teſta convexo-conica, tenuis, ſubpellucida, teſtis Zoophytorum & Teſtaceorum adglutinatis onerata; Anfractus declives, imbricati, plicato-rugoſi; Apertura compreſſa, ſubquadrangularis; Labrum integerrimum, falcatum; Labium horizontale, reflexum, imperforatum; Color albus, radiis obliquis curvatis luteis.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 2. poll. 3. lin.

Habitat in oceano americano, *Davila*.

(a) Turbo trochiformis Indicis Muſ. Cæſ. Vind. pag. 355.

TROCHUS PYRAMIS.

Germ. Die Spitzſäule.

Teſta conica, acuminata, anfractibus imbricatis, ſeriatim granuloſis, columella torta, imperforata.

GEVE Beluſt. tab. 9. f. 68.
KNORR Vergn. I. tab. 12. f. 4.

Teſta conica, acuminata; Anfractus duodecim, plani, declives, ſerie transverſa triplici granulorum cincti, margine inferiore imbricato prominente, crenato, acuto; Baſis plana, transverſim ſtriata; Columella torta, imperforata; Color pallide vireſcens, fuſco luteove maculatus, cavitate margaritacea.

Long. 2. poll. lat. 1. poll. 11. lin.

Patria ignota.

TROCHUS VESTIARIUS.

Linn. S. N. Sp. 594.

Germ. Das Wulſtknöpfchen. *Belg.* Agaate Bult-Slakje *Gronov.*

Teſta conico-orbiculata lævi, columellæ baſi calloſa.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 650, 651. f. 46—48.
PETIVER Gazoph. I. tab. 11. f. 6.
GUALTIERI Teſt. tab. 65. f. E, F, G.
GINANNI adriat. II. tab. 11. f. 85.
GEVE Beluſt. tab. 19. f. 189—191.
KNORR Vergn. VI. tab. 22. f. 7.

Teſta depreſſo-conica, orbiculata, lævis; Anfractus ſex convexi, contigui; Apertura rotundata; Labium calloſum, incraſſatum; Variat colore:

α) Rubello, cingulo albo.

β) Cinereo, cingulo albo fuſcoque.

γ) Albo, radiis obliquatis, griſeis.

δ) Plumbeo, cingulo albo reticulato.

Long. 4. lin. lat. 6. lin.

Habitat in mari adriatico, *Ginanni*; in mediterraneo, aſiatico, chinenſi, *Linnæus.*

TROCHUS LABIO.

Linn. S. N. Sp. 595. Muf. L. U. pag. 649. Tab. XII. f. 7, 8.

Germ. Die Dicklippe. *Belg.* Diklip. *Angl.* Thik-lipt Top *Petiver.*

Tefta imperforata, ovata, ftriato-tuberculata, apertura dentata, incraffata, columella unidentata.

TAB. XII. fig. 7, 8.

RUMPH amboin. tab. 21. f. E.
GEVE Beluft. tab. 18. f. 165.

Tefta ovata, acuta, folida; Anfractus circiter octo, convexi, contigui, cingulis nodulofis concatenatis feriatim circumdati; Apertura ovato-lunata; Labrum duplicatum, margine lævi, integro, intus veftitum tunica teftacea craffa, plicata, & prope labium dente craffo oblique notatum; Labium replicatum, adnatum, tenue; Color rubro nigroque marmoratus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in oceano africano & afiatico, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

TROCHUS TURBINATUS.

Germ. Der türkifche Bund. *Belg.* Tulband.

Tefta ovata, lævi, anfractibus convexis, columella unidentata, imperforata.

LISTER Hift. Conch. tab. 642, 643. f. 33—35.
GUALTIERI Teft. tab. 63. f. D, E, G.
ARGENVILLE Conch. tab. 6. f. N.
GEVE Beluft. tab. 20. f. 197, 198. 200, 201.
KNORR Vergn. I. tab. 10. f. 6, 7.

Tefta ovata; Anfractus fex convexi, contigui, læves; Apertura lunata, lævis; Columellæ labium unidentatum; Color albus. Variat:

α) Maculis oblongis nigris.
β) Venulis cingulisque articulatis nigris.
γ) Venulis cingulisque articulatis purpureis.

Long. 11. lin. lat. 9. lin.

Habitat in mari mediterraneo, & ad infulas canarias, *Lifter.*

TROCHUS TUBER.

Linn. S. N. Sp. 596.

Germ. Der Knotenbund. *Belg.* Geknobbelde Tulband *Gronov.*

Teſta imperforata, conica, anfractibus ſubcarinatis, utroque margine nodoſis.

Argenville Conch. tab. 8. f. R.
Geve Beluſt. tab. 19. f. 176.
Regenfus Samml. I. tab. 3. f. 27.
Knorr Vergn. I. tab. 3. f. 2.

Teſta ovato-conica, craſſa; Anfractus ſex contigui, ſubcarinati, ſupremis tuberculorum ſerie duplici, infimis rugarum ſerie ſimplici obliqua exaſperatis; Baſis convexiuſcula; Labrum integrum; Labium incraſſatum, compreſſum; Faux argentea; Color albidus, viridi maculatus.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

TROCHUS CONULUS.

Linn. S. N. Sp. 598.

Germ. Der Schnurbund. *Belg.* Geſnoerd Pyramiedje *Gronov.* *Angl.* The Conule *Pennant.*

Teſta imperforata, conica, ſtriata, anfractibus linea elevata interſtinctis.

Lister angl. tab. 3. f. 15.
Bonanni Recr. Cl. 3. f. 91, 99.
Gualtieri Teſt. tab. 61. f. M.
Klein Meth. oſtrac. tab. 2. f. 36.
Geve Beluſt. tab. 9. f. 69, 70.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 80. f. 104.
Knorr Vergn. VI. tab. 27. f. 5.

Teſta conica; Anfractus imbricati, transverſim ſubſtriati, prope ſuturam marginati, ſupremis granulatis; Apertura ſubtetragona; Labrum integrum; Columella compreſſa, marginata; Color lividus, maculis rufis ſeriatim digeſtis, fauce griſeo-margaritacea.

Long. 1. poll. lat. 10. lin.

Habitat in mari mediterraneo & oceano europæo, *Linnæus;* in adriatico, *Bonanni;* ad Angliæ littora, *Pennant.*

TRO-

TROCHUS ZYZIPHINUS.

Linn. S. N. Sp. 599. Muf. L. U. pag. 650.

Germ. Der Zujubenkräusel. *Belg.* Gerand Tolletje *Gronov.* *Angl.* Livid Top *Pennant.*

Tefta imperforata, conica, lævi, anfractibus marginatis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 93.
LISTER Hift. Conch. tab. 616. f. 1.
RUMPH amboin. tab. 21. f. 1.
GUALTIERI Teft. tab. 61. f. B, C.
ARGENVILLE Conch. tab. 8. f. N.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 80. f. 103.
KNORR Vergn. III. tab. 14. f. 2, 3.

Tefta conica, lævis; Anfractus novem connati, in ambitu marginati, fupremis granulatis; Bafis plana; Apertura fubtetragona; Labrum integrum; Labium incraffatum, nudum; Color fulvus, cingulis albo rufoque maculatis.

Long. 9. lin. lat. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo & oceano europæo, *Linnæus;* ad littora Sueciæ, *Faun. Suec.* Angliæ, *Pennant;* Daniæ, *Otto Müller.*

TROCHUS GRANULATUS. TAB. XII. f. 9, 10.

Germ. Der gekörnte Kräusel.

Tefta imperforata, conica, ftriis tenuiffimis & granulatis, alternatim majoribus, futuris marginatis.

TAB. XII. fig. 9, 10.

Tefta conica, ventricofa; Anfractus circiter decem, transverfim ftriati, ftriis alternatim majoribus, & granulis ferie moniliformi cincti, fupra prope futuram linea elevata marginati; Bafis convexiufcula, ftriis majoribus rufo-articulatis; Color grifeus, fauce margaritacea.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 4. lin.

Patria ignota.

TROCHUS CROCATUS.

Tab. XII. f. 11, 12. *Germ.* Der Safrankräusel.

Testa imperforata, conica, lævi, sutura sulcata, anfractibus convexis supra spinosis.

TAB. XII. fig. 11, 12.

Testa conica, lævis; Anfractus circiter quinque convexi, sulco suturali interstincti; Basis convexa; Columella angulata, replicata, tegens umbilicum obsoletum; Color baseos & epidermidis albus nitens, spiræ sub epidermide croceus.

Long. 7. lin. lat. 7. lin.

Patria ignota.

III. TURRITI.

TROCHUS TELESCOPIUM.

Linn. S. N. Sp. 600. Mus. L. U. pag. 650.

Germ. Die Seetonne. *Belg.* Zee-Ton *Gronov.* *Angl.* The Telescope *Huddesford.* *Gall.* Le Telescope *Davila.*

Testa imperforata, conico-turrita, striata, columella exserta, spirali.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 92.
Lister Hist. Conch. tab. 624. f. 10.
Rumph amboin. tab. 21. f. 12.
Petiver amboin. tab. 4. f. 10.
Argenville Conch. tab. 11. f. B.
Seba Thes. III. tab. 50. f. 1—12.
Knorr Vergn. III. tab. 22. f. 2, 3.
— — Delic. nat. I. tab. B. IV. f. 9.

Testa conico-turrita, imperforata; Anfractus undecim connati, striis transversis exarati; Apertura quadrangularis; Basis rugosa; Labrum integrum; Labium tenue, adnatum columellæ exsertæ spirali; Color fuscus.

Long. 3. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in Indiis, *Petiver;* in India orientali, *Seba.*

TRO-

TROCHUS DOLABRATUS.

Linn. S. N. Sp. 601. Muſ. L. U. pag. 651.

Germ. Die Schifsfahne. *Belg.* Opgerold Vlaggetje *Gronov.*

Teſta umbilicata, turrita, glabra, columella exſerta, recurvata, triplicata.

Lister Hiſt. Conch. tab. 844. f. 72.
Petiver Gazoph. I. tab. 118. f. 15.
Argenville Conch. tab. 14. f. L.
Knorr Vergn. VI. tab. 29. f. 2.

Teſta ovato-pyramidata, ſubpellucida, lævis; Anfractus novem, vel decem contigui, convexiuſculi; Apertura ovata; Baſis convexa; Columella exſerta, ſubtus recurvata & triplicata circum umbilicum cylindraceum pervium; Color albus lineis longitudinalibus griſeis variegatus.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 4. lin.

Habitat ad Barbados, *Liſter;* terreſtris in Africa, *Linnæus.*

TURBO.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 327.

Germ. Die Mondſchnecke. *Belg.* Maanhooren *Oudaan.* *Angl.* The Wreath *Pennant.* *Gall.* Limaçon a bouche ronde *Davila.* *Dan.* Hvirvelſnekken *Brunnich.*

Apertura rotunda & integra diſtinguit Turbines a Trochis. Ceterum affine ſibi adeo eſt utrumque genus, ut non raro ſpecies confundant authores, & in ſyſtemate linnæano quoque Turbines plures majori jure ad Trochos & viciſſim referendi videantur; Figura & habitus Turbinum ſubdiviſionem generis in

I. Neritoideos, columella plana,
II. Solidos, imperforatos,
III. Solidos, perforatos,
IV. Cancellatos, &
V. Turritos,


ſuperficies vero anfractuumque & aperturæ forma ſpecierum differentias ſuppeditat.

Caput animalis Turbinum cylindricum, antice truncatum, poſtice marginatum inſtruitur: tentaculis binis conicis, extus ad baſin ocellatis, & labiis ſubtus prominentibus, inter quæ apertura oris inciſa maxillas duas abſcondit, quarum inferior dentata eſt; Pes ellipticus, obtuſus, ſulco longitudinali & transverſo notatus affixum habet operculum tenue, cartilagineum, lunatum, nitens, lineis concentricis exaratum; Pallium, ut in plerisque cochleis ad collum animalis deſinit in canalicum, e quo linguam triangulam oſſiculo fragili ſuſtentatam pro lubitu porrigit animal. Interiorem Turbinis littorei ſtructuram Swammerdamius examinavit (a).

Diu dubius hæſi: an molluſcum, quod Adanſonius Trochis ſuis (b), an illud, quod Turbinibus (c) adſcribit, Turbines noſtros incolat? Suſtulit dein dubium omne exactiſſimus rei zoologicæ ſcrutator Müllerus (d), qui Trochorum hoſpitibus tentacula ſetacea, colliculo extrinſeco oculata, tribuit; Patet inde Trochos noſtros a molluſco Turbinum Adanſonii, & Turbines nunc recenſendos, a molluſco Trochi ejusdem Conchyliographi inhabitari, id quod icones ab Argenvillio (e) & Baſtero exhibitæ confirmant. Difficillimum eſt, in methodo artificiali, quæ Teſtacea ſecundum animalium dermata diſponit, cuivis generi proprium adſignare animal, cum ſæpiſſime natura methodo noſtræ repugnet, & genus prope quodvis artificiale molluſca diverſa complectatur, quæ ſyſtema naturale, quamvis teſtæ ſtructura renitatur, conjungeret.

Degunt Turbines in rupibus & ſcopulis littoreis.

(a) Biblia Naturæ pag. 184.
(b) Hiſt. nat. du Senegal tab. 12. f. 1. Marnat. pag. 168.
(c) L. c. tab. 12. f. 1. Oſilin. pag. 178.
(d) Otto Müller. Prodr. Zool. Dan. pag. XXX.
(e) Argenville Zoomorph. tab. 3. f. A. pag. 31.
(f) Baſter. Opuſc. Subſec. Tom. I. tab. 14. f. 1. pag. 110.



I. NERITOIDEI, COLUMELLA PLANA.

TURBO LITTOREUS.

Linn. S. N. Sp. 607. TAB. XII. f. 13, 14.

Germ. Die Strandmondschnecke. *Belg.* Gelinieerde Aliekruk *Gronov.* *Angl.* Perriwinkle *Pennant.* *Gall.* Le Bigourneau.

Testa subovata, transversim fasciata, columella plana.

TAB. XII. fig. 13, 14.

LISTER Hist. Conch. tab. 585. f. 43.
— — angl. tab. 3. f. 9.
GUALTIERI Test. tab. 45. f. G.
BASTER Subsec. I. tab. 14. f. 1.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 81. f. 109.

Testa rotundato-ovata, lævis; Anfractus quinque connati, convexi; Apertura subrotunda; Labrum integrum; Columellæ labium complanatum, falcatum, subtus adnatum; Color albidus, lineis transversis inæqualibus fuscis.

Long. 8. lin. lat. 7. lin.

Edulis, scopulos marinos incolit, quos si altius ascendat, tempestatem imminentem præsagiunt rustici.

Habitat in oceano europæo, ad littora Norvegiæ, *Linnæus*; Sueciæ, *Faun. Succ.* Belgii, *Baster*; Angliæ, *Lister*, *Pennant.*

TURBO MURICATUS.

Linn. S. N. Sp. 608. TAB. XII. f. 15, 16.

Germ. Die Reißbreymondschnecke. *Belg.* Gepaarelde Aliekruk *Gronov.*

Testa umbilicata, subovata, cincta punctis eminentibus transversim digestis, columella obtusa.

TAB. XII. fig. 15, 16.

GUALTIERI Test. tab. 45. f. E.

Teſta ovata, muricata; Anfractus ſeptem connati, cincti ſerie quadruplici tuberculorum acutorum, cum cingulis decem tuberculoſis circa ventrem; Apertura rotundato-oblonga; Columella ſubperforata; Color lacteus, ſpira pallido-rubente.

Long. 10. lin. lat. 7. lin.

Habitat in Europa auſtrali, *Linnæus.*

II. SOLIDI, IMPERFORATI.

TAB. XII. f. 17, 18.

TURBO PULLUS.

Linn. S. N. Sp. 610.

Germ. Die Bockſchnecke. *Belg.* Bokje.

Teſta imperforata, ovata, lævi, apertura antice angulata.

TAB. XII. fig. 17, 18.

Teſta ovata, lævis; Anfractus contigui, convexi; Spira acuta, ventre vix brevior; Apertura rotunda, antice angulata; Columellæ labium adnatum, ſubperforatum; Color albo rubroque varius maculis lineisque angulatis.

Long. 3. lin. lat. 2. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

TURBO PETHOLATUS.

Linn. S. N. Sp. 512. Muſ. L. U. pag. 652.

Germ. Der Naſſauer. *Belg.* Naſſawer *Gronov.* *Angl.* Naſſau-Shell *Petiver.* *Gall.* La Naſſavienne *Argenville.*

Teſta imperforata, ovata, lævi, anfractibus verſus ſuturam obtuſe carinatis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 584. f. 39.
RUMPH amboin. tab. 19. f. D. 5, 6, 7.
PETIVER amboin. tab. 7. f. 15.
ARGENVILLE Conch. tab. 6. f. .K
SEBA Theſ. III. tab. 74. f. 18, 19. 23—29.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 2. f. 51.

GEVE

GEVE Beluſt. tab. 21. f. 205—212.
REGENFUS Samml. I. tab. 8. f. 18. tab. 9. f. 27.
KNORR Vergn. I. tab. 3. f. 4.
— — — II. tab. 22. f. 2.
— — — III. tab. 3. f. 3. tab. 23. f. 4. tab. 28. f. 2—5.
— — Delic. nat. I. tab. B. III. f. 7.

Teſta ovata, ſolida, lævis; Anfractus ſex, contigui, convexi, ſupra medium obtuſe carinati, infra ſuturam complanati; Apertura rotundato-oblonga; Labrum integrum; Labium reflexum, craſſum, adnatum; Columella imperforata; Color limbi in apertura citrinus, teſtæ:

α) Teſtaceo alboque marmoreus, cingulis transverſis olivaceo fuſcoque variegatis, alternatim æqualibus.

β) Atro-fuſcus, cingulis alternatim æqualibus viridibus.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 2. poll. 1. lin.

Habitat ad Barbados, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph.*

TURBO COCHLUS.

Linn. S. N. Sp. 613.

Germ. Der grüne Silbermund. *Belg.* Geplekte Silvermond *Gronov.* *Angl.* The ſpotted Silver-Mouth. *Gall.* Bouche d'Argent *Argenville.*

Teſta imperforata, ovata, transverſim obſolete ſulcata, cingulo unico dorſali craſſiore.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 584. f. 40.
RUMPH amboin. tab. 19. f. 4.
ARGENVILLE Conch. tab. 6. f. I.
SEBA Theſ. III. tab. 74. f. 20, 21.
GEVE Beluſt. tab. 17. f. 155.
REGENFUS Samml. I. tab. 1. f. 12.
KNORR Vergn. I. tab. 3. f. 3.
— — Delic. nat. I. tab. B. III. f. 6.

Teſta ovata, craſſa; Anfractus transverſim ſulcati, coſtis intermediis elevatis anguſtis, quarum una craſſior eſt; Apertura ſubrotunda; Labrum integrum; Labium reflexum, adnatum, læve; Columella imperforata; Color viridis maculis albis fuſcisque marmoratus, fauce argentea.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 2. poll.

Habitat in oceano aſiatico, Alexandriæ & in Islandia, *Linnæus*; in India orientali, ad inſulas fridericianas & littora Guineæ, *Regenfus.*

TURBO CHRYSOSTOMUS.

Linn. S. N. Sp. 614. Muſ. L. U. pag. 653.

Germ. Der Goldmund. *Belg.* Goud-Mond *Rumph.* *Angl.* The golden mouthed Snail *Hill.*

Teſta imperforata, ſubovata, rugoſa, anfractibus ſerie duplici ſpinarum fornicatarum cinctis.

RUMPH amboin. tab. 19. f. E.
GUALTIERI Teſt. tab. 62. f. H.
ARGENVILLE Conch. tab. 6. f. D.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 7. f. 126.
SEBA Theſ. III. tab. 74. f. 9—11.
HILL Hiſt. of anim. tab. 7.
GEVE Beluſt. tab. 18. f. 171.
KNORR Vergn. II. tab. 14. f. 2.
— — — V. tab. 13. f. 3.

Teſta ſubovata, ſolida; Anfractus diſtantes, transverſim ſulcati, & cincti ſerie duplici ſpinarum, quarum ſuperior carinam anfractuum ambit, inferior ſpinis minoribus obſoletis ſuturæ adſtat; Apertura ſubrotunda, margine acuto, crenulato; Columella imperforata; Baſis rugis obliquis latis marginata; Color maculis fuſcis & viridibus marmoratus, fauce aurea.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus;* ad littora maris rubri, *Forskæl;* ad Amboinam, *Rumph.*

Tab. XII. f. 19, 20.

TURBO TECTUM PERSICUM.

Linn. S. N. Sp. 615. Muſ. L. U. pag. 653.

Germ. Das chineſiſche Dach. *Belg.* Pyn-Appel *Gronov.* *Gall.* Le Toit chinois.

Teſta imperforata, ovata, conica, ſpinis obtuſis depreſſis, ſubtus papilloſa.

TAB. XII. fig. 19, 20.

ARGENVILLE Conch. tab. 8. f. P.
HILL Hiſt. of anim. tab. 7.
KNORR Vergn. IV. tab. 6. f. 2.

Teſta

Teſta ovata, conica; Anfractus ſex imbricati, contigui, obſiti ſerie duplici plicarum longitudinalium, quæ in ſpinas canaliculatas deſinunt; Baſis planiuſcula, tránsverſim ſulcata, coſtis intermediis nodulofis; Apertura rotundata, extus angulata, margine repando; Labium reflexum, undatum, læve; Columella imperforata; Color albidus, fauce argentea transverſim ſulcata.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Patria ignota.

TURBO PAGODUS.

Linn. S. N. Sp. 616.

Germ. Die Pagodenſchnecke. *Belg.* Langleevende Tol *Gronov.* *Angl.* Great Neſtors Top *Petiver.* *Gall.* La Pagode *Davila.*

Teſta imperforata, conica, ſubtus papilloſa, ſtriata, ſpinis obtuſis concatenatis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 644. f. 36.
RUMPH amboin. tab. 21. f. D.
PETIVER amboin. tab. 10. f. S.
GUALTIERI Teſt. tab. 62. f. B, C.
ARGENVILLE Conch. tab. 8. f. A.
GEVE Beluſt. tab. 8. f. 62.
KNORR Vergn. I. tab. 25. f. 3, 4.

Teſta ovato-conica, craſſa; Anfractus ſeptem connati, transverſim obſolete ſulcati, cincti carina compreſſa, ſpinis concatenatis ventrem ſerie duplici ambientibus; Baſis convexa, decuſſatim papilloſa; Apertura rotundata; Labrum acutum, crenatum; Labium reflexum, adnatum, læve; Columella imperforata; Faux ſulcata; Color albidus, ſulcis ruſeſcentibus.

Long. 2. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*; in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph.*

TURBO CALCAR.

Linn. S. N. Sp. 617. Muſ. L. U. pag. 654.

Germ. Der Sporn. *Belg.* De Spoortje *Gronov.* *Angl.* Spur-Shell *Petiver.* *Gall.* L'Eperon *Davila.*

Teſta ſubimperforata, depreſſa, anfractibus ſcabris, cinctis ſpinis fornicato - compreſſis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 608. f. 46. a.
RUMPH amboin. tab. 20. f. I.
PETIVER amboin. tab. 9. f. 13.
ARGENVILLE Conch. tab. 6. f. R.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 1. f. 128.
GEVE Beluſt. tab. 8. f. 60.
KNORR Vergn. IV. tab. 4. f. 2.

Teſta conico-depreſſa; Anfractus quinque contigui, compreſſi, carinati, cincti ſpinis patentibus, excavatis, conicis; Baſis aſpera ſquamulis fornicatis per ſeries arcte digeſtis; Labrum acutum; Columella labio reflexo, lævi, adnato & complanato tecta; Color pallidus.

Long. 6. lin. lat. 10. lin.

Habitat ad Amboinam, *Rumph*, *Linnæus*.

TURBO RUGOSUS.

Linn. S. N. Sp. 618.

Germ. Der Runzelbund. *Belg.* Gerimbelde Tulband.

Teſta imperforata, ſubovata, ſtriata, anfractibus ſuperne rugoſis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 12.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 647. f. 41.
GUALTIERI Teſt. tab. 63. f. F, H.
SEBA Theſ. III. tab. 74. f. 13, 14.
GEVE Beluſt. tab. 15. f. 136.
KNORR Vergn. III. tab. 20. f. 1.

Teſta rotundato-conica; Anfractus quinque contigui, transverſim ſulcati, plicis longitudinalibus tenuiſſimis rugiſque prope ſuturas exaſperati; Apertura rotunda; Labrum integrum limbo purpureo; Labium reflexum, adnatum incraſſatum; Color viridis, fauce argentea.

Long. 7. lin. lat. 10. lin.

Habitat in India, *Linnæus*.

TURBO MARMORATUS.

Linn. S. N. Sp. 619. Muf. L. U. pag. 655.

Germ. Die Schlangenhaut. *Belg.* Slangevel *Gronov.* *Angl.* The green Giants-Ear. *Gall.* Le Pot verd *Davila.*

Tefta imperforata, fubovata, lævi, anfractibus trifariam marginato-nodofis, columella fubroftrata, explanata.

LISTER Hift. Conch. tab. 587. f. 46.
RUMPH amboin. tab. 19. f. A, B.
GUALTIERI Teft. tab. 64. f. A.
SEBA Thef. III. tab. 74. f. 1, 2.
GEVE Belufl. tab. 14. f. 128—131.
REGENFUS Samml. I. tab. 5. f. 52.
KNORR Vergn. II. tab. 26. f. 1. tab. 27. f. 11.

Tefta ovata, ponderofa; Anfractus quinque contigui, convexi, coftati, cofta ventrali triplici nodofa; Apertura rotundata; Labrum craffum; Labium reflexum, adnatum, complanatum; Bafis finu arcuato profunde excavata; Color viridis albo variegatus, fauce argentea.

Long. 7. poll. lat. 6. poll. 5. lin.

Habitat in oceano afiatico, ad Zeylonam & Javam, *Linnæus;* ad littus Coromandel, *Rumph.*

TURBO SARMATICUS.

Linn. S. N. Sp. 620.

Germ. Der Oelkrug. *Belg.* Bont Knobbel-Hooren *Rumph.* *Gall.* La Veuve perlée *Davila.*

Tefta imperforata, convexa, obtufa, anfractibus fupra nodofis, canali interftinctis.

ARGENVILLE Conch. tab. 8. f. B.
KNORR Vergn. II. tab. 9. f. 1.

Tefta rotundata; Anfractus quinque convexi, nodorum æqualium ferie triplici cincti; Spira obtufa; Apertura fubrotunda; Labrum integrum; Labium reflexum, adnatum, excavatum, falciforme, imperforatum, tefta decorticata, fauce argentea.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 2. poll. 10. lin.

Patria ignota.

TURBO GALEATUS:

Germ. Die sturmhaubenartige Mondschnecke.

Testa turbinata, transversim sulcata, anfractibus oblique angulatis, labio tridentato.

Knorr Vergn. VI. tab. 27. f. 4.

Testa turbinata, solida; Anfractus quatuor transversim sulcati, prope marginem externum oblique & obtuse angulati; Apertura lunata; Labrum integrum, acutum; Columella subumbilicata; Labium reflexum, plica seu denticulo instructum; Color albus, punctis dispersis rubris.

Long. 10. lin. lat. 11. lin.

Patria ignota.

Tab. XII. f. 23, 24.

TURBO HELICINUS.

Germ. Die Schnirkelmondschnecke. *Belg.* Geelgetopt Tulpandje *Statius Müller.*

Testa rotundata, glabra, anfractibus convexis, columella incrassata, subimperforata.

TAB. XII. fig. 23, 24.

Knorr Vergn. V. tab. 3. f. 1.

Testa rotundata, solida; Anfractus sex convexi, contigui, læves; Apertura ovata; Columella incrassata, replicata; Umbilicus obsoletus, tectus; Color purpureo viridique maculatus, fauce margaritacea.

Long. 11. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Patria ignota.

III. PER-

III. PERFORATI, SOLIDI.

TURBO CINEREUS.

Tab. XII. f. 25, 26.

Germ. Die aschengraue Mondschnecke.

Testa rotundata, lævi, anfractibus convexis, columellæ basi elongata, fauce sulcata, umbilico lato.

TAB. XII. fig. 25, 26.

Testa rotundata, lævis; Anfractus sex convexi, prope suturam complanati, & transversim obsolete striati; Apertura semicircularis; Columellæ basis elongata, diducta; Umbilicus profundus; Color cinereus, maculis lineisque albis nigrisque.

Long. 8. lin. lat. 11. lin.

Patria ignota.

TURBO NODULOSUS.

Tab. XIII. f. 1, 2.

Germ. Die knotige Mondschnecke.

Testa conico-rotundata, anfractibus noduloso-striatis, denticulo umbilicali.

TAB. XIII. fig. 1, 2.

Testa simillima sequenti, sed transversim striata, nodisque obliquis obsita; Color niger maculis dispersis niveis variegatus.

Long. 10. lin. lat. 11. lin.

Patria ignota.

TURBO PICA.

Linn. S. N. Sp. 622. Mus. L. U. pag. 655.

Germ. Die Elster. *Belg.* Soldaat *Gronov.* *Angl.* The large Barbadoes Magpye Top-Shell *Petiver.* *Gall.* La Pie *Davila.*

Testa umbilicata, convexo-conica, lævi, denticulo umbilicali.

LISTER Hist. Conch. tab. 640. f. 30.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 29, 30.
PETIVER Gazoph. I. tab. 70. f. 9.
RUMPH amboin. tab. 21. f. A.
GUALTIERI Test. tab. 68. f. B.
ARGENVILLE Conch. tab. 8. f. G.
ADANSON Seneg. tab. 12. f. 7.
GEVE Belust. tab. 10. f. 74—77. tab. 11. f. 78—81.
REGENFUS Samml. I. tab. 6. f. 66. tab. 11. f. 57.
KNORR Vergn. I. tab. 10. f. 1.
— — — II. tab. 21. f. 3.

Testa convexo-conica, solida, lævis; Anfractus quinque connati, convexi; Apertura rotundata; Labrum integrum, excurrens; Columella convexa, perforata umbilico, extus dente obtuso instructa, intus labio lævi reflexo vestita; Color albus maculis nigris marmoratus, fauce argentea.

Long. 2. poll. 8. lin. lat. 3. poll.

Habitat in mari sardinico, *Linnæus*; in sinu malabarico, *Bonanni*; ad Jamaicam & Barbados, *Lister*, *Petiver*; ad Amboinam, *Rumph*; in insulis Magdalenæ Africæ, *Adanson*.

TURBO ARGYROSTOMUS.

Linn. S. N. Sp. 624. Mus. L. U. pag. 656.

Germ. Der geribte Silbermund. *Belg.* Geribde Zilvermond *Gronov.* *Gall.* La bouche d'Argent *Davila.*

Testa umbilicata, subovata, transversim cingulata, longitudinaliter striata.

RUMPH amboin. tab. 19. f. 3.
GUALTIERI Test. tab. 64. f. D.
ARGENVILLE Conch. tab. 6. f. F.
SEBA Thes. III. tab. 74. f. 6.
GEVE Belust. tab. 16. f. 153, 154.
DAVILA Catal. I. tab. 7. f. P.
REGENFUS Samml. I. tab. 10. f. 43.
DA COSTA Elem. tab. 3. f. 12.

Testa subovata, rugosa, solida; Anfractus sex contigui, sulcis transversis costisque intermediis, quarum una in quovis anfractu crassior prominet, cincti, & per strias longitudinales decussati; Apertura rotunda, integra, antice diducta; Columella umbilicata; Color albidus, fasciis longitudinalibus aut maculis confluentibus fuscis, fauce argentea.

Long. 2. poll. 1. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in mari indico, *Linnæus*; in insulis fridericianis, *Regensus*; ad littora maris rubri, *Forskæl*; Americæ, *Davila*.

TURBO MARGARITACEUS.

Linn. S. N. Sp. 625. Mus. L. U. pag. 656.

Germ. Der bunte Silbermund.

Testa umbilicata, subovata, cingulis intercostalibus elevatis, lævibus.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 11.
Argenville Conch. tab. 6. f. A.
Seba Thes. III. tab. 74. f. 3.
Geve Belust. tab. 17. f. 157.

Testa subovata, umbilicata, læviuscula; Anfractus sex connati, convexi, obsolete striati; Spira ventre parum brevior; Apertura rotundata; Labrum integrum; Labium reflexum, adnatum, læve; Color viridis maculis dispersis fuscis albisque marmoratus, fauce argentea.

Long. 2. poll. lat. 2. poll. 10. lin.

Habitat in Indiis?

TURBO DELPHINUS.

Linn. S. N. Sp. 626. Mus. L. U. pag. 657.

Germ. Der gezackte Delphin. *Belg.* Getakte Dolphyn *Gronov.* *Angl.* The echinated Snail *Petiver.* *Gall.* Le Dauphin *Davila.*

Testa rotundata, umbilico hispido, anfractuum spinis ramosis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 31.
Petiver amboin. tab. 3. f. 1.
Gualtieri Test. tab. 68. f. C.

Argenville Conch. tab. 6. f. H.
Geve Beluſt. tab. 4. f. 26—28.
Hill Hiſt. of anim. tab. 7.
Seba Theſ. III. tab. 59. f. 12—16.
Knorr Vergn. I. tab. 12. f. 4—5.

Teſta rotundato-ovata, craſſa; Anfractus contigui, in ſpiram inſtar cornu arietis torti, transverſim ſtriato-ſcabri, cincti carinis duabus ſpinoſis; Spinæ craſſæ, longæ, furcatæ laciniis convolutis; Apertura rotunda, integra; Umbilicus perforatus ad apicem; Color albidus rubro variegatus, fauce argentea.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in oceano aſiatico, *Linnæus*.

TURBO DISTORTUS.

Linn. S. N. Sp. 627. Muſ. L. U. pag. 657.

Germ. Der geribte Delphin.

Teſta umbilicata, undique ſubmucronata, ſpinis lævibus.

Lister Hiſt. Conch. tab. 608. f. 45.
Rumph amboin. tab. 20. f. H.
Gualtieri Teſt. tab. 68. f. D.
Geve Beluſt. tab. 4. f. 24, 25.
Seba Theſ. III. tab. 59. f. 19—25.
Knorr Vergn. IV. tab. 7. f. 2. tab. 8. f. 1.

Teſta priori ſimillima; Anfractus compreſſiores, ſerie multiplici ſquamularum acutarum & brevium ſcabri; Carinæ anfractuum ſubmucronatæ ſpinis elongatis, compreſſis, concavis, indiviſis; Ceterum cum præcedenti convenit, aut affinis eſt adeo, ut fors tantum ſit varietas.

Long. 7. lin. lat. 9. lin.

Habitat in freto Sunda, *Liſter*; ad Amboinam, *Rumph*.

TURBO CARINATUS.

TAB. XIII. f. 3, 4.

Germ. Die gekielte Mondschnecke.

Testa rotundata, anfractibus carinatis, umbilico spirali profundo.

TAB. XIII. fig. 3, 4.

Testa rotundata, pyramidata, subpellucida, tenuis; Anfractus quinque teretes, cincti carinis tribus vel sex lamellosis, supremis tenuioribus; Apertura orbicularis; Umbilicus spiralis, latus; Color albidus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Patria ignota.

IV. CANCELLATI.

TURBO SCALARIS.

Linn. S. N. Sp. 630. Mus. L. U. pag. 658.

Germ. Die ächte Wendeltreppe. *Belg.* Wenteltrap. *Angl.* Royal Stair-Case *Petiver.* *Gall.* La vraie Scalata *Davila.*

Testa umbilicata, ovato-conica, anfractibus distantibus, intertextis cingulis membranaceis, longitudinalibus.

RUMPH amboin. tab. 49. f. A.
PETIVER amboin. tab. 2. f. 9.
GUALTIERI Test. tab. 10. f. ZZ.
ARGENVILLE Conch. tab. 11. f. V.
KNORR Vergn. IV. tab. 20. f. 2, 3.
— — — V. tab. 23. f. 1. tab. 24. f. 6.
MURRAY Fund. Test. tab. 1. f. 7.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 152, 153. f. 1426—1433.

Testa ovato-conica, subpellucida, tenuis; Anfractus octo, teretes, distantes, connexi cingulis pluribus longitudinalibus membranaceis, patentibus, suboppositis; Apertura subrotunda, integra, cincta margine membranaceo; Color albidus.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat ad Tranquebar.

TURBO CLATHRUS.

Linn. S. N. Sp. 631. Muſ. L. U. pag. 658.

Germ. Die gemeine Wendeltreppe. *Belg.* Gewoone Wenteltrap *Gronov.* *Angl.* Barred Wreath *Pennant.* *Gall.* La fauſſe Scalata *Davila.*

Teſta imperforata, turrita, anfractibus contiguis, faſciis membranaceis longitudinalibus.

ALDROVANDUS Teſt. pag. 353.
RONDELET Teſt. cap. 17. f. 89.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 588. f. 51.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 111.
PLANCUS Conch. tab. V. f. 7, 8.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 3. f. 66.
GINANNI adriat. II. tab. 6. f. 54.
KNORR Vergn. I. tab. 11. f. 5.
— — — IV. tab. 20. f. 4—6.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 153. f. 1434.

Teſta conica, oblonga, tenuis; Anfractus decem vel duodecim teretes, contigui, læves, conjuncti clathris membranaceis patentibus, in faſcias plures perpendiculares digeſtis; Apertura ſubrotunda, margine reflexo; Umbilicus nullus; Color niveus unicolor, vel niveus maculis diſperſis rubris, vel griſeus clathris niveis.

Animal colorem purpureum præbet.

Long. 2. poll. 8. lin. lat. 4. lin.

Habitat in oceano europæo, mediterraneo, islandico, & americano, *Linnæus;* frequens in adriatico, *Bonanni*, *Ginanni;* ad littora Sueciæ, *Faun. Suec.* Angliæ, *Pennant.*

TURBO UVA.

Linn. S. N. Sp. 636. Muſ. L. U. pag. 659.

Germ. Das Bienenkörbchen. *Belg.* Gebakerd Kindje *Gronov.* *Gall.* L'Enfant au maillot *Davila.*

Teſta umbilicata, ovata, anfractibus contiguis, rugis longitudinalibus, columella uniplicata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 140.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 588. f. 49.

PETIVER

PETIVER Gazoph. I. tab. 27. f. 2.
GUALTIERI Teſt. tab. 58. f. D.
SEBA Theſ. III. tab. 55. f. 21.
KNORR Vergn. VI. tab. 25. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. IV. tab. 153. f. 1439.

Teſta ovato oblonga; Anfractus connati duodecim, rugis fere viginti longitudinalibus æqualibus confertis, anfractum quemvis ambientibus, cancellati; Vertex obtuſiſſimus; Apertura ſubrotunda, margine reflexo; Columella uniplicata; Color pallidus, vertice livido.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 7. lin.

Patria ignota.

TURBO LINCINA. Tab. XIII. f. 5, 6.

Linn. S. N. Sp. 639.

Germ. Der Breitrand. *Belg.* Lip-mondje *Gronov.*

Teſta umbilicata, oblonga, anfractibus decuſſatim ſtriatis, aperturæ limbo dilatato.

TAB. XIII. fig. 5, 6.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 26. f. 24.
PETIVER Gazoph. I. tab. 118. f. 11.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 3. f. 71.
Berlin. Magaz. IV. tab. 3. f. 3.

Teſta ovato-oblonga, ſolida; Anfractus quinque teretes, contigui, ſtriis rugulosis, transverſim decuſſatis, ſcabri; Apertura ſubcircinata, limbo expanſo, anfractum vicinum vix tangente; Umbilicus impervius; Color albidus maculis nebuloſis luteis.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll.

Habitat in Jamaica, terreſtris, *Liſter*, *Linnæus*.

V. TURRITI.

TURBO IMBRICATUS.

Linn. S. N. Sp. 640. Muſ. L. U. pag. 660.

Germ. Die bunte Schraube.

Teſta turrita, anfractibus deorſum imbricatis.

Gualtieri Teſt. tab. 58. f. E.
Seba Theſ. III. tab. 56. f. 34.
Knorr Vergn. VI. tab. 25. f. 2.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 152. f. 1422.

Teſta turrita, ſubulata; Anfractus ſubcontigui circiter quindecim, tenuiſſime ſtriati, margine inferiore gibboſiore; Apertura ſubrotunda, integra; Columellæ labium replicatum, adnatum; Color albidus, maculis nebuloſis luteis.

Long. 4. poll. 2. lin. lat. 11. lin.

Habitat in India occidentali, *Statius Müller*; in Jamaica, *Linnæus.*

TURBO ACUTANGULUS.

Linn. S. N. Sp. 642. Muſ. L. U. pag. 661.

Germ. Die Scharfribbe.

Teſta turrita, anfractuum carina unica majore acuta.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 117.
Lister Hiſt. Conch. tab. 591. f. 59.
Gualtieri Teſt. tab. 58. f. B.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 151. f. 1413.

Teſta turrita, ſubulata; Anfractus circiter ſexdecim convexi, connati, ſtriis elevatis acutis, earumque unica media majore, exarati; Apertura rotunda; Color pallide griſeus.

Long. 5. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Patria ignota.

TUR-

TURBO DUPLICATUS.

Linn. S. N. Sp. 643. Muf. L. U. pag. 662.

Germ. Die Doppelribbe. *Belg.* Geribde Trommelfchroef *Gronov.* *Angl.* Doubled Wreath *Pennant.*

Tefta turrita, anfractuum carinis duabus acutis.

LISTER angl. tab. 3. f. 7.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 114.
GUALTIERI Teft. tab. 58. f. C.
SEBA Thef. III. tab. 56. f. 7, 8.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 81. f. 112.

Tefta turrita, fubulata; Anfractus convexi, connati, circiter fexdecim, cincti carinis acutis, quarum duæ majores magis prominent; Apertura rotunda; Color pallide grifeus.

Long. 5. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in océano europæo, *Linnæus;* in mediterraneo, *Seba;* ad Angliæ littora, *Lifter*, *Pennant;* in mari perfico, *Bonanni.*

TURBO EXOLETUS. TAB. XIII. f. 7.

Linn. S. N. Sp. 644.

Germ. Die alte Schraube. *Belg.* Fyn geribde Trommelftok *Gronov.*

Tefta turrita, anfractibus longitudinaliter rugofis, carinis duabus obtufis marginalibus.

TAB. XIII. fig. 7.

LISTER Hift. Conch. tab. 589. f. 53.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 113.
ARGENVILLE Conch. tab. 11. f. G.

Tefta turrita, fubulata; Anfractus connati, longitudinaliter rugofi, bicarinati, carina utraque pone futuram obtufa; Bafis plana; Apertura rotundata; Color albidus.

Long. 2. poll. 2. lin. lat. 7. lin.

Habitat in Europa auftrali, *Linnæus.*

TURBO TORCULARIS.

Tab. XIII. f. 8.

Germ. Die gestreifte Trommelschraube.

Testa turrita, anfractibus transversim striatis, carinis duabus obtusis submarginalibus.

TAB. XIII. fig. 8.

Testa turrita; Anfractus circiter duodecim transversim striati, cincti carinis duabus distantibus obtusis, margini cuivis propinquis; Apertura rotunda; Color albus, maculis longitudinalibus undulatis fuscis.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 4. lin.

Patria ignota.

TURBO TEREBRA.

Linn. S. N. Sp. 645. Mus. L. U. pag. 662.

Germ. Die Trommelschraube. *Belg.* Gevoornde Trommelschroef *Gronov.* *Angl.* Tamboers-Peg *Petiver.*

Testa turrita, anfractuum carinis sex acutis.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 115.
Rumph amboin. tab. 30. f. M.
Petiver amboin. tab. 13. f. 80.
Gualtieri Test. tab. 58. f. A.
Adanson Seneg. tab. 10. f. 6.
Argenville Conch. tab. 11. f. D.
Seba Thes. III. tab. 56. f. 40.
Knorr Vergn. I. tab. 8. f. 6.
Martini Konch. Kab. IV. tab. 151. f. 1415.

Testa turrita, subulata; Anfractus circiter viginti sex contigui, teretes, sulcis transversis costisque septem intermediis exarati; Apertura rotundata; Columellæ labium adnatum, læve; Color pallide griseus, albus aut fuscus.

Long. 5. poll. 7. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in oceano europæo, *Linnæus*; ad littora Sueciæ, *Faun. Suec.* Angliæ, *Pennant.*

TURBO

TURBO BIDENS.

Linn. S. N. Sp. 649.

Germ. Die gefleckte Zahnschraube. *Belg.* Tweetandige Linkse *Gronov.* *Angl.* Bident *Pennant.*

Testa turrita, pellucida, anfractibus contrariis, apertura postice bidentata.

Aldrovandus Test. pag. 353.
Bonanni Recr. Cl. 3. f. 41.
Lister Hist. Conch. tab. 41. f. 39.
Petiver Gazoph. I. tab. 154. f. 14.
Gualtieri Test. tab. 4. f. C.
Argenville Conch. tab. 28. f. 20.
Murray Fund. Test. tab. 1. f. 2.
Schroeter Erdkonch. tab. 1. f. 4.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 81.

Testa cylindrico-turrita, pellucida; Anfractus undecim contigui, sinistrorsi, læves; Apex spiræ acuminatus; Apertura ovalis; Labrum candidum, reflexum; Faux dentata dentibus binis; Color lutescens, prope suturas fusco-maculatus.

Long. 6. lin. lat. 1. lin.

Ampliorem testæ descriptionem dedit Otto Müller [a].

Habitat terrestris in Europa australi, *Linnæus;* in arboribus emortuis, *Otto Müller*, *Argenville;* in pratis Thuringiæ, *Berlin. Magaz.* in montibus Norvegiæ, *Act. Nidros.* Angliæ, *Pennant.*

(a) Hist. Verm. II. pag. 117.

TURBO QUINQUEDENTATUS.

Tab. XIII. f. 9.

Germ. Die fünfzahnige Schraube.

Testa turrita, subpellucida, labio tridentato, labro biplicato.

TAB. XIII. fig. 9.

Teſta cylindrico - turrita, priori ſimilis; Anfractus duodecim læves; Columella ſubumbilicata; Apertura rotundata; Labium dentibus membranaceis tribus; Labrum plicis duabus inſtructum; Color albidus.

Long. 6. lin. lat. 1. lin.

Diſcrepat ab Helice perverſa Mülleri (a): apertura & anfractibus lævibus nec ſtriatis.

De patria non conſtat.

(a) Otto Müller Hiſt. Verm. T. II. pag. 118.

TURBO DETRITUS.

Müllet Hiſt. Verm. II. Sp. 300.

Germ. Die eyförmige Schraube.

Teſta ovata, lævi, columella ſubimperforata, apertura ovata.

Lister Hiſt. Conch. tab. 8. f. 2.
Gualtieri Teſt. tab. 5. f. N.
Berlin. Magaz. III. tab. 5. f. 53.
Schroeter Erdkonch. tab. 1. f. 1.

Teſta ovato - conica, lævis; Anfractus ſex connati, convexi; Apertura ovata; Labrum integrum; Labium reflexum; Columella ſubumbilicata; Color albidus, lineis transverſis rufis.

Long. 10. lin. lat. 4. lin.

Habitat in Italia & Saxonia, *Otto Müller.*

CORNU.

Germ. Die Hornschnecke.

Cornu – novum univalvium genus – cochlea eſt ſpiralis, fragilis, apertura perfecte orbiculari & anfractibus a ſe invicem remotis.

Diſtinguere cochleam hanc a reliquis Teſtaceorum generibus nos oportuit, qui teſtæ tantum figuram & characteres externos in diſponendis conchyliis conſulimus. Apertura convenit quidem Turbinibus, ſed reliquus teſtæ habitus eam ad Helices relegat, a quibus tamen ob anfractus remotos penitus differt.

An Sebæ (a), Argenvillii (b) & Ottonis Mülleri (c) ſpecimina, noſtro affinia, huc quoque referenda ſint, ii examinent, quibus cochleas has coram intueri, & cum figura noſtra comparare licebit.

Animal idem eſſe videtur, quod Helices terreſtres incolit.

(a) Seba Theſ. III. tab. 40. f. 27.
(b) Argenv. Zoomorph. tab. 9. f. 8.
(c) Otto Müller Hiſt. Verm. II. pag. 115.



TAB. XIII. f. 10, 11.

CORNU COPIÆ.

Teſta conica, turrita, anfractibus duobus liberis, apertura orbiculata.

TAB. XIII. fig. 10, 11.

Index Muſ. Cæſ. Vind. I.

Teſta conico - turrita, dextrorſum volutata; Anfractus duo, teretes, diſtantes, infimo remotiſſimo; Apex obtuſus; Apertura orbicularis, margine ad latus internum parumper revoluto, ſine labio, columella & umbilico; Color luteſcens, faſciis tribus longitudinalibus fuſcis.

Long. 2. poll. lat. 8. lin.

Patria ignota.

HELIX.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 328.

Germ. Die Schnirkelſchnecke. *Belg.* Slak *Gronov.* *Angl.* Snail *Huddesford.* *Gall.* Limaçon *Davila.* *Dan.* Svelhornet.

Cochleæ domeſticæ, quæ ante pedes ſunt, naturæ cultorum attentionem effugere non potuerunt. Ex inſtituto cum his examine vermium teſtaceorum ſtructura & anatome magis magisque inclaruit, ſententiæ rectiores de teſtarum formatione, incremento, & reſtitutione formatæ ſunt, & res omnis conchyliologica, præſertim vero Helicis, utpote cochleæ ubique obviæ, hiſtoria plurimum profecit. Superfluum foret, authores omnes, qui de hoc cochlearum genere egerunt, recenſere, cum id Joann. Sam. Schröterus [a] in opuſculo, quod de cochleis terreſtribus compilavit, nuper præſtiterit. Palmam omnibus præripuit Cl. Otto Müller in Vermium hiſtoria, qui ea, quæ ad Helices pertinent, vix non exhauſiſſe videtur.

Helix,

Helix, ſi Linnæum ſequimur, cochlea eſt fragilis, ſpiralis, anfractibus contiguis, cum apertura intus lunata & coarctata, columella vero potiſſimum elabiata. Conjungit hæc definitio cochleas fluviatiles & terreſtres, etſi a diverſis molluſcis habitentur.

A ſtructura teſtæ petimus diviſionem generis in Helices

I. Teſta ancipiti,
II. Anfractibus carinatis,
III. Umbilicatas, anfractibus rotundis,
IV. Rotundatas, imperforatas,
V. Turritas,
IV. Ovatas, imperforatas.


Vermis Helicis terreſtris tentacula quatuor linearia habet, quorum majora in apice oculata, ſeu puncto ophthalmico lentiformi terminata ſunt; Tentacula hæc ope nervi nigreſcentis, quem opticum dicunt, in ſeſe, nonnunquam ad medietatem dorſi uſque, revolvere, caput vero parvum, rotundum, carnoſum intra corpus retrahere poteſt animal, dum periculum ſentit; Os, ſubtus corporis partem anticam locatum, ſulco minuto ſimile, labiis parvis gaudet; Collare ſeu membrana opaca & ſquamoſa, qua molluſcum cingitur & pro lubitu conditur, aperturam teſtæ ſemper occupat; Pede rotundato, poſtice acuminato, inceſſus peragitur, in eoque motus undulans, continuo ſurſum, ſeu ab extremitate pedis poſtica ad anticam, tendens conſpicitur.

Molluſci Helicis fluviatilis, quo potiſſimum Planorbes Ottonis Mülleri referendi ſunt, tentacula bina ſetacea ad baſin interne oculata, per muſculos vel rigida extenduntur, apiceque recurvantur, vel laxa dependent, vel ad corpus reflectuntur, nequaquam vero contrahi poſſunt; Oculi membranula pellucente teguntur, quam vermis, ut objecta perſpicue luſtret, in colliculum erigit. Eſt præterea Helicis aquaticæ caput latum, antice truncatum & retractile; Os transverſum, ſæpe capite vix brevius, proboſcide cylindrica, tubuloſa, antice truncata & denticulata inſtructum; Pallium membranaceum; Pes demum latior, quo, quamvis undulatio nulla in eo percipiatur, per ignotum tamen mechaniſmum non lentius, quam Helix terreſtris, progreditur

animal, eumque, dum natat, ſurſum vertit, teſtam aquæ immergens [b]. Interiorem ſtructuram Harderus [c], Liſterus [d], aliique examinarunt.

Degunt Helicum aliæ in aquis, quæ in ſicco poſitæ brevi pereunt, aliæ terreſtres ſunt, nec tamen in aqua ſuffocantur. Omnium victus communis ex herbis eſt, aſt inediam quoque ultra fidem ferunt.

(a) Joh. Sam. Schröters Verſuch über die Erdkonchylien pag. 32.
(b) Poupart Progreſſion du Limaçon aquatique.
(c) Harderi Examen cochleæ terreſtris.
(d) Liſteri Exercitatio anatomica de cochleis terreſtribus.



I. TESTA ANCIPITI.

HELIX SCARABÆUS.

Linn. S. N. Sp. 655. Muf. L. U. pag. 663.

Germ. Die Käferschnecke. *Belg.* Tooverhooren *Gronov.* *Angl.* Tha Cok-chafer *Huddesford.* *Gall.* Gueule de Loup *Davila.*

Tefta ovata, ancipiti, apertura dentata.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 44, 385.
LISTER Hift. Conch. tab. 577. f. 31, 32.
PETIVER Gazoph. I. tab. 4. f. 10.
— — amboin. tab. 12. f. 8.
RUMPH amboin. tab. 27. f. I.
GUALTIERI Teft. tab. 4. f. S.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. T.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 1. f. 23.
Berlin. Magaz. III. tab. 6. f. 67.
KNORR Vergn. VI. tab. 19. f. 2, 3.

Tefta ovata, dorfo & ventre æqualiter convexo, lateribus angulatis; Anfractus novem connati, glabri, fuperne prope futuram ftriis longitudinalibus exarati; Apex obfoletus; Apertura oblonga, arcuata, utrinque dentata, dentibus compreffis, tribus majoribus ad columellæ labium pofitis, duobus minoribus intra labrum; Labium adnatum, reflexum, fubumbilicatum; Color albidus, maculis nebulofis fufcis.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 8. lin.

Habitat in Afiæ montibus, *Linnæus*, *Otto Müller*; inter folia & ligna putrefcentia montium & littorum Amboinæ, *Rumph*, *Davila*; in Bengala, *Petiver*.

II. ANFRACTIBUS CARINATIS.

HELIX LAPICIDA.

TAB. XIV. f. 1, 2.

Linn. S. N. Sp. 656. Muf. L. U. pag. 663.

Germ. Der Steinpiker. *Belg.* Steenbikker. *Angl.* Rock-Snail *Pennant.* *Gall.* Le Planorbe terreftre *Geofroi.*

Teſta carinata, umbilicata, orbiculari, utrinque convexa, apertura marginata, tranſverſa, ovata.

TAB. XIV. fig. 1, 2.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 69. f. 68.
— — angl. tab. 2. f. 14.
PETIVER Gazoph. I. tab. 92. f. 11.
Berlin. Magaz. II. tab. 3. f. 36.
SCHLOTTERBECK Act. Helvet. V. tab. 3. f. 15.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 83. f. 121.

Teſta utrinque convexa, complanata, orbicularis, carinata; Anfractus quinque connati, declives; Apertura transverſalis elliptica; Labrum reflexum, acutum, anfractui proximo incumbens; Umbilicus diſtinctus; Color luteo ſulvoque nebuloſus, baſi faſcia infra carinam lutea.

Long. 2. lin. lat. 8. lin.

Apertura in ſpecimine noſtro arte vitiata fuiſſe videtur.

Victitantem in truncis abietinis reperit Otto Müllerus [a]; hinc eandem, ſi unquam calcem rodit, non ſola calce vel decompoſitis, ſed, ut plurima congenerum, vegetabilibus nutriri autumat.

Habitat in Europæ rupibus terreſtribus, *Linnæus*; hyeme ſub cortice arborum, æſtate in plantis, *Berlin. Magaz.* in Suecia, *Faun. Suec.* in Anglia, *Baſter*, *Pennant*; in Helvetia, *Schlotterbeck.*

(a) Hiſt. Vermium II. Sp. 240.

TAB. XIV. f. 3, 4.

HELIX ALGIRA.

Linn. S. N. Sp. 660.

Germ. Der Wachsſchnirkel.

Teſta ſubcarinata, anfractibus teretibus, ſupra reticulatim ſtriatis, umbilico pervio.

TAB. XIV. fig. 3, 4.

Teſta orbicularis, lævis, obſolete carinata, ſupra convexa, ſubtus complanata; Anfractus teretes connati, reticulatim tenuiſſime ſtriati; Umbilicus centralis, pervius; Apertura ovata; Color pallide luteſcens.

Long. 9. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in Mauritania, *Linnæus.*

HELIX

HELIX PLANORBIS.

Linn. S. N. Sp. 662. — TAB. XIV. f. 5, 6.

Germ. Die Scheibenschnecke. *Belg.* De Schyfje *Gronov.* *Angl.* Flat-Snail *Pennant.* *Gall.* Le Planorbe a arete.

Testa carinata, umbilicata, plana, supra convexa, apertura utrinque acuta.

TAB. XIV. fig. 5, 6.

LISTER Hist. Conch. tab. 138. f. 42.
— — angl. tab. 2. f. 27.
GUALTIERI Test. tab. 4. f. E, E.
KLEIN Meth. ostrac. tab. 1. f. 8.
Berlin. Magaz. IV. tab. 8. f. 18.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 83. f. 123.

Testa orbiculata, acute carinata, supra convexa, subtus planiuscula, solo centro cavo; Anfractus quatuor oblique tenuissime striati; Apertura ovata, margine acuto; Color corneus.

Long. 1. lin. lat. 5. lin.

Limax aperturam & interiores anfractus tantum occupat, externus latissimus semper vacuus apparet (a).

Habitat in Europæ stagnis, *Linnæus*; in Italia, *Otto Müller*; in Suecia, *Faun. Suec.* in Anglia, *Lister*, *Pennant.*

(a) Otto Müller Hist. Verm. II. Sp. 344.

HELIX MARGINATA.

Müller Hist. Verm. II. Sp. 241. — TAB. XIV. f. 7, 8.

Germ. Der eingesäumte Kegelschnirkel.

Testa umbilicata, carinata, depresso-conica, oblique striata, apertura transversa triangulari.

TAB. XIV. fig. 7, 8.

Testa depresso-conica, carinata, umbilicata, subtus planiuscula, supra convexa; Anfractus quatuor connati, declives, glabri; Apertura transversa,

verſa, triangularis; Labrum reflexum; Labium adnatum, tenue; Color albus, faſcia cujusvis anfractus media lata ruſa.

Long. 8. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Patria ignota.

HELIX PLICATA.

Germ. Der Faltenmund.

Teſta umbilicata, carinata, depreſſo-conica, ſubtus convexa, gibba, apertura quadrangulari, fauce plicata.

Knorr Vergn. V. tab. 26. f. 5.

Teſta depreſſo-conica; Anfractus ſupra ſex, ſubtus unicus convexus, gibbus, margine acute carinato; Umbilicus centralis, ſpiralis, pervius; Apertura quadrangularis, margine reflexo; Faux prope columellam plica transverſa elongata ſolitaria, prope labrum plicis duabus marginalibus acutis notata; Color ruſus.

Long. 7. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in India occidentali, *Knorr.*

Tab. XIII. f.12,13.

HELIX OBVERSA.

Germ. Der Flachwirbel.

Teſta imperforata, turbinata, anfractibus ſupra planis, marginato-carinatis, columella imperforata.

TAB. XIII. fig. 12, 13.

Gualtieri Teſt. tab. 68. f. E.

Teſta turbinata, ſtriis transverſis & obliquis undique decuſſata; Anfractus quinque ſupra plani, ſubtus convexi, limbo carina marginata cincto; Apertura transverſa, ſubtus arcuata; Columellæ labium tenuiſſimum, replicatum, imperforatum; Color griſeus.

Long. 7. lin. lat. 1. poll. 7. lin.

Patria ignota. environs d'[illegible] (espagne)

HELIX

HELIX TORNATA.

TAB. XIV. f. 9, 10.

Germ. Der gedrehte Kegel.

Testa subimperforata, trochiformi, anfractibus imbricatis, apertura triangulari.

TAB. XIV. fig. 9, 10.

LISTER Hist. Conch. tab. 63. f. 61.

Testa trochiformis; Anfractus sex imbricatim declives, oblique substriati, infimo acute carinato, subtus convexo; Apertura transversa, triangularis; Labrum extrorsum marginatum; Labium reflexum, obtegens foramen obsoletum, tenue; Color fuscus, fauce nivea.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 2. poll. 7. lin.

Patria ignota. Porto-Rico - in planã de Guadaura

HELIX RINGENS.

Linn. S. N. Sp. 664.

TAB. XIV. f. 11, 12.

Germ. Das verkehrte Mundstück.

Testa subcarinata, imperforata, apertura resupinata, utrinque dentata.

TAB. XIV. fig. 11, 12.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 330, 331.
LISTER Hist. Conch. tab. 99. f. 100.
ARGENVILLE Conch. tab. 28. f. 13, 14.
Berlin. Magaz. II. tab. 4. f. 42.

Testa orbicularis, utrinque convexa, lævis, subcarinata; Anfractus quinque connati, declives, subtus unicus, qui non in circulum absolvitur, sed ultra medium adscendens in aperturam resupinatem & ovatam desinit; Labrum reflexum, intus tridentatum; Labium bidentatum, dentibus compressis, obtusis, brevibus; Color testæ albus maculis dispersis fulvis.

Long. 8. lin. lat. 1. poll. 8. lin.

Aperturæ situs, superiores testæ anfractus spectans, proprius huic speciei est [a].

Habitat minor in Europa, major in Indiis, *Statius Müller.*

(a) Otto Müller Hist. Verm. II. Sp. 216.

Tab. XIV. f. 13, 14.

HELIX SINUATA.

Müller Hist. Verm. II. Sp. 217.

Germ. Die ausgeschnittene Schnirkelschnecke.

Testa subcarinata, imperforata, apertura transversa, labro extus triplicato, intus quadridentato.

TAB. XIV. fig. 13, 14.

Lister Hist. Conch. tab. 97, 98. f. 98, 99.

Testa orbiculata, utrinque convexa, subcarinata, glabra, punctis tenuissimis insculpta; Anfractus sex connati, convexiusculi; Apertura transversalis elongata; Labrum reflexum, extus plicis tribus impressis, intus dentibus quatuor compressis notatum; Centrum baseos imperforatum; Color fuscus, fascia media cujusvis anfractus transversa alba.

Long. 6. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in America, *Otto Müller*; ad Jamaicam & Barbados, *Lister*.

HELIX CAROCOLLA.

Linn. S. N. Sp. 665. Mus. L. U. pag. 664.

Germ. Die Bastard Lampe. *Gall.* La Lampe antique *Argenville*.

Testa carinata, imperforata, utrinque convexa.

Argenville Conch. tab. 8. f. D.

Testa rotundata, trochiformis, carinata; Anfractus sex convexi, connati; Apertura transversa triangularis; Labrum incrassatum, marginatum; Labium reflexum; adnatum; Centrum baseos imperforatum; Color fuscus.

Long. 9. lin. lat. 1. poll. 7. lin.

Habitat in India orientali, *Statius Müller*; terrestris, *Linnaeus*.

HELIX

HELIX CORNU MILITARE.

Linn. S. N. Sp. 666. Muf. L. U. pag. 665.

Germ. Die Karkalschnecke. *Belg.* Geband Bafterd-Lampje *Gronov.*

Tefta fubcarinata, imperforata, convexa, apertura patula, emarginata.

GUALTIERI Teft. tab. 3. f. 1.
KNORR Vergn. VI. tab. 32. f. 2.

Tefta rotundata, utrinque convexa, obfolete carinata; Anfractus fex connati, convexi, prope futuram marginati, læviufculi; Labrum reflexum; Columella imperforata, tecta labio adnato; Apertura ovata, transverfa; Color niveus, columella fufca.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 2. poll. 4. lin.

Habitat in Germania, *Knorr*; terreftris, *Linnæus*.

HELIX MACULOSA.

TAB. XIV. f. 15, 16.

Germ. Der gefleckte Schnirkel.

Tefta perforata, fubcarinata, depreffa, oblique ftriata, fubtus convexa.

TAB. XIV. fig. 15, 16.

Tefta rotundata, depreffa, fubtus convexa; Anfractus fex, teretes, oblique ftriati, extus obfolete carinati; Apertura lunata; Labrum marginatum; Columella perforata; Color albidus, maculis latis difformibus fulvis.

Long. 6. lin. lat. 11. lin.

Patria ignota.

HELIX PUNCTATA.

TAB. XIV. f. 17, 18. *Germ.* Der punktirte Zahnwirbel.

Testa subcarinata, rotundata, subperforata, labio incrassato, sinuato, labro tridentato.

TAB. XIV. fig. 17, 18.

Testa rotundata, subcompressa; Anfractus quinque convexi, infimo carina obsoleta cincto; Apertura transversa, oblonga; Labii margo incrassatus, antice sinuatus; Labrum marginatum, dentatum, denticulis tribus obtusis marginalibus; Columellæ umbilicus subobtectus; Color fuscus, cingulo dorsali tenui punctisque circa suturam radiantibus luteis.

Long. 6. lin. lat. 10. lin.

Patria ignota.

III. UMBILICATÆ, ANFRACTIBUS ROTUNDIS.

HELIX CORNEA.

Linn. S. N. Sp. 671. Mus. L. U. pag. 665.

Germ. Das Waldhorn. *Belg.* Posthoorentje *Gronov.* *Angl.* Horny-Snail *Pennant.* *Gall.* Le grand Planorbe *Geofroy.*

Testa umbilicata, plana, anfractibus quatuor teretibus.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 316.
LISTER Hist. Conch. tab. 137. f. 41.
— — angl. tab. 2. f. 26.
PETIVER Gazoph. I. tab. 92. f. 5.
GUALTIERI Test. tab. 4. f. D, D.
GEVE Belust. tab. 3. f. 18, 19.
SEBA Thes. III. tab. 39. f. 17.
ARGENVILLE Conch. tab. 27. f. 8.
GINANNI adriat. II. tab. 2. f. 12.
Berlin. Magaz. II. tab. 8. f. 17.
KNORR Vergn. V. tab. 22. f. 6.
DA COSTA Elem. tab. 3. f. 10.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 83. f. 126.

Testa

Testa orbicularis, involuta, utrinque planiuscula & umbilicata; Anfractus quinque contrarii, teretes, rugulosi; Apertura ovata, supra elongata, margine acuto; Labium fere nullum, adnatum; Variat colore livido aut fusco.

Long. 8. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Limacis historiam uberiori hujus testæ descriptioni addidit Otto Müller [a].

Habitat in Europæ aquis dulcibus, *Linnæus*; in Suecia, *Faun. Suec.* in Anglia, *Pennant*; ad littus Coromandel, *Otto Müller*.

(a) Hist. Verm. II. Sp. 343.

HELIX POLYGYRATA.

TAB. XIV. f. 19, 20.

Germ. Die Schnirkelscheibe.

Testa orbiculata, supra plana, subtus concava, anfractibus teretibus decem.

TAB. XIV. fig. 19, 20.

Testa orbiculata, supra plana, subtus concava; Anfractus decem teretes, tenuissime oblique striati; Apertura ovata; Labrum emarginatum; Color lutescens.

Long. 5. lin. lat. 1. poll. 10. lin.

Patria ignota. Le Brésil.

HELIX CORNU ARIETIS.

Linn. S. N. Sp. 674. Mus. L. U. pag. 666.

Germ. Das Widderhorn. *Belg.* Ramshooren *Gronov.* *Angl.* Great girdled Brasile Cheese-Shell *Petiver.*

Testa umbilicata, planiuscula, anfractibus teretibus, apertura ovali.

LISTER Hist. Conch. tab. 136. f. 40.
PETIVER Gazoph. I. tab. 92. f. 4.
SEBA Thes. III. tab. 39. f. 14, 15.
KLEIN Meth. ostrac. tab. 1. f. 7.
GEVE Beluft. tab. 3. f. 12.
KNORR Vergn. I. tab. 2. f. 4, 5.

 Testa

Teſta orbiculata, involuta, ſubtus umbilicato-concava, lævis; Anfractus ſex contigui, teretes; Apertura ovalis; Color niveus, faſciis transverſis dorſalibus fuſcis.

Long. 9. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Cochleam hanc ſæpiſſime ſiniſtrorſam reperiri videtur ex Ottonis Mülleri obſervatione (a).

Fluviatilis habitat in Europa, *Linnæus*; in Braſilia, *Petiver*; in China, *Otto Müller*.

(a) Hiſt. Verm. II. Sp. 342.

HELIX AMPULLACEA.

Linn. S. N. Sp. 676. Muſ. L. U. pag. 666.

Germ. Die Schlamſchnecke. *Belg.* Ossen-Oog *Gronov.* *Angl.* Smooth girdled Snail-Shell *Petiver.*

Teſta perforata, ſubgloboſa, anfractibus teretibus prope ſuturam complanatis, apertura oblonga.

RUMPH amboin. tab. 27. f. Q.
PETIVER amboin. tab. 12. f. 14.
GUALTIERI Teſt. tab. 1. f. R.
SEBA Theſ. III. tab. 38. f. 1—7. 58, 59.
GEVE Beluſt. tab. 27. f. 289—291.
Berlin. Magaz. III. tab. 6. f. 68.
KNORR Vergn. V. tab. 5. f. 2.

Teſta ovato-ventricoſa, umbilicata, glabra, ſubtus convexa; Anfractus quinque planiuſculi, extimo ampliſſimo; Apertura ovato-oblonga; Labrum integrum; Labium tenue columellæ adnatum; Color olivaceus, faſciis in cavitate transverſis rufis.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Fluviatilem eſſe contra Rumphium & Linnæum affirmat Otto Müller (a).

Habitat in Aſia, *Linnæus*, *Otto Müller*; ad Amboinam, *Rumph.*

(a) Hiſt. Verm. II. Sp. 359.

HELIX POMATIA.

Linn. S. N. Sp. 677.

Germ. Die Weinbergschnecke. *Belg.* Wyngaard-Slak *Gronov.* *Angl.* Wine-gard Snail. *Gall.* Le Vigneron *Geofroi.*

Testa umbilicata, subglobosa, fasciis transversis obsoletis, apertura rotundato-lunata.

ALDROVANDUS Test. pag. 389.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 316.
LISTER Hist. Conch. tab. 48. f. 46.
— — angl. tab. 2. f. 1.
GUALTIERI Test. tab. 1. f. A.
ARGENVILLE Conch. tab. 28. f. 1.
— — — Zoomorph. tab. 9. f. 4.
GEVE Belust. tab. 29. f. 330—342.
Berlin. Magaz. II. tab. 1. f. 1.
SCHROETER Erdkonch. tab. 1. f. 10.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 84. f. 128.

Testa subglobosa, umbilicata; Anfractus convexi, læves; Apertura lunata; Labrum integrum; Labium reflexum, adnatum, nonnunquam umbilicum obtegens; Color lutescens, fasciis transversis obsoletis.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 9. lin.

Cochlea hæc domestica vix descriptione indiget; Observat Otto Müller (a) improprie operculatam dici, cum operculum nec pedi adhæreat, nec perenne sit ut in Neritis; Hyemem versus Limax testam operculo calcario claudit, ad initium Maji vero e testa rursus prodit.

Edulis, in vivariis etiam saginatur.

Habitat in Angliæ & Galliæ nemoribus, *Linnæus*; in Suecia, *Faun. Suec.* & passim in Germania.

(a) Hist. Verm. II. pag. 243.

Tab. XIV. f. 21, 22.

HELIX POMARIA.

Müller Hift. Verm. Sp. 244.

Germ. Die linksgewundene Weinbergschnecke.

Tefta perforata, fubglobofa, finiftrorfa.

TAB. XIV. fig. 21, 22.

Tefta perfecte eadem cum præcedenti, fed finiftrorfa; Hæfitamus: varietas fit, an fpecies? fi enim tota tefta ut ipfe Limax in ovo lateret, folaque evolutione in majus volumen, prout authores volunt, increfceret, omne omnino dubium de diftincta finiftrorfarum fpecie, quarum maxime fimiles dextrorfæ reperiuntur, evanefceret; dum vero Limax novis anfractibus fenfim ampliatur, & demum abfolvitur, embryonem cafu qualicunque a communi & vulgari tramite deflecti poffe haud abfurdum videtur; Huc accedit, quod pomaria & pomatia iisdem locis degant, licet ob oppofitum genitalium fitum coire nequeant.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll.

Habitat cum Helice pomatia.

Tab. XVI. f. 1, 2.

HELIX CRETACEA.

Müller Hift. Verm. II. Sp. 257.

Germ. Die Kreidenschnecke.

Tefta perforata, fubglobofa, lævi, albida, fafciis transverfis fufcis.

TAB. XVI. fig. 1, 2.

Tefta fubglobofa, lævis; Spira obtufa; Anfractus convexi fex; Apertura lunata; Columella perforata, tecta labio tenuiffimo reflexo; Color albus, fafciis in anfractu infimo tribus, transverfis, fufcis, quarum fuprema anguftior, media dorfalis lata eft.

Long. 10. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat forte in Indiis, *Otto Müller.*

HELIX

HELIX GLAUCA.

Linn. S. N. Sp. 678. Muſ. L. U. pag. 668.

Germ. Das Kuhauge. *Belg.* Kalfs-Oog *Gronov.* *Gall.* Oeil de Vache.

Teſta umbilicata, ſubrotunda, acuminata, labro marginato, apertura ovali.

SEBA Theſ. III. tab. 38. f. 8.
GEVE Beluſt. tab. 3. f. 20.
KNORR Vergn. V. tab. 5. f. 3.

Teſta ſubrotunda, glabra; Spira obtuſa, planiuſcula; Anfractus ſeptem, convexi, connati; Apertura ovalis, elongato-compreſſa, utrinque æqualis; Labrum integrum; Labium adnatum columellæ; Umbilicus profundus, patens; Color glaucus faſciis obſoletis fuſcis, fauce fulva.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 10. lin.

Patria ignota.

HELIX CITRINA.

Linn. S. N. Sp. 679. Muſ. L. U. pag. 667. TAB. XIII. f. 14. 15. TAB. XV. f. 1—10

Germ. Die Nabelſchnecke. *Belg.* Navelslak *Gronov.*

Teſta perforata, rotundata, compreſſa, lævi, transverſim faſciata.

TAB. XIII. fig. 14, 15. TAB. XV. fig. 1—10.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 60. f. 57.
GUALTIERI Teſt. tab. 2. f. D. tab. 3. f. D, E.
ARGENVILLE Conch. tab. 28. f. 10.
SEBA Theſ. III. tab. 39. f. 1, 2.
GEVE Beluſt. tab. 26. f. 277, 278. 282.
KNORR Vergn. V. tab. 22. f. 7.
Berlin. Magaz. II. tab. 4. f. 38.

Teſta rotundato-depreſſa, glabra, ad centrum baſeos perforata; Spira convexa, obtuſa; Anfractus quinque convexiuſculi, connati, prope ſuturam tenuiſſime marginati; Apertura transverſa, compreſſa, lunata;

 Labrum

Labrum integrum; Labium adnatum tenuiſſimum; Color teſtæ albus, ſulphureus, vel fuſcus, faſciarum pictura varia, cujus nonnulla Muſei ſpecimina in tabulis ſupra citatis exhibemus.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 11. lin.

Foramen baſeos perfecta limacis ætate claudi, & teſtam imperforatam evadere ſuſpicatur Otto Müller (a).

Habitat in Jamaica terreſtris, *Linnæus*; in China, *Davila*.

(a) Hiſt. Verm. II. Sp. 260.

HELIX ZONARIA.

Linn. S. N. Sp. 681.

Germ. Die Gürtelſchnecke. *Belg.* Gezoomde Mond *Gronov.* *Angl.* Zoned Snail *Pennant.* *Gall.* Le Ruban plat.

Teſta umbilicata, depreſſa, apertura oblonga, marginata, labro candido, reflexo.

GUALTIERI Teſt. tab. 3. f. L.
KNORR Vergn. V. tab. 21. f. 3, 4.

Teſta rotundata, depreſſa, lævis; Spira obtuſa; Anfractus quinque convexiuſculi, connati; Apertura oblonga, marginata; Labrum integrum, reflexum; Columella elabiata; Centrum baſeos umbilicatum, umbilico patente profundo; Color albus, faſciis transverſis rufis inæqualibus.

Long. 4. lin. lat. 11. lin.

Negat Cl. Otto Müller (a) iconem e Gualtierio deſumtam Helici zonariæ convenire; Nobis, ſi magnitudinem teſtæ, quæ in ſpecimine Muſei minor eſt, excipias, recte allata videtur. Pennanti vero tab. 85. f. 133. aut teſtam juniorem, aut ſpeciem diſtinctam exhibet.

Habitat in auſtralibus Europæ, terreſtris, *Linnæus*, *Otto Müller*.

(a) Hiſt. Verm. II. Sp. 237.

HELIX

HELIX VOLVULUS. Tab. XIV. f.23,24.

Müller Hiſt. Verm. Sp. 280.

Germ. Das Wirbelhorn.

Teſta trochiformi, umbilicata, acuminata, apertura rotunda, labro reflexo.

TAB. XIV. fig. 23, 24.

Seba Theſ. III. tab. 40. f. 56—58.

Teſta trochiformis, lævis; Anfractus quinque convexi, contigui; Spira acuminata; Apertura circularis; Labrum reflexum, craſſum; Labium adnatum; Umbilicus centralis, patens, profundus; Color fuſco alboque varius, faſciis transverſis obſoletis fuſcis, maculis diſperſis albis.

Long. 10. lin. lat. 1. poll.

Patria ignota.

HELIX UNGULINA. Tab. XV. f.11,12.

Linn. S. N. Sp. 682. Muſ. L. U. pag. 668.

Germ. Das Schlangenhorn. *Belg.* Slangetje *Rumph.* *Angl.* Thik-lipt Cake Shell *Petiver.* *Gall.* Cornet de Chaſſeur *Davila.*

Teſta utrinque umbilicata, ſubgloboſa, apertura lunata, labro reflexo, albo.

TAB. XV. fig. 11, 12.

Rumph amboin. tab. 27. f. R.
Petiver amboin. tab. 12. f. 13.
Seba Theſ. III. tab. 40. f. 11.
Klein Meth. oſtrac. tab. 1. f. 11.

Teſta ſubgloboſa, ventricoſa, lævis, ſupra depreſſa, ſubtus convexa; Anfractus connati, anguſti, introrſum declives, utrinque umbilicum formantes, infimo ventricoſo ad baſin obtuſe carinato; Apertura lunata, dilatata; Labrum reflexum; Labium adnatum, tenue; Color rufo-luteſcens.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 9. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus.* (Java: Lamk.)

Tab. XVI. f.11,12.

HELIX PILEUS.

Müller Hiſt. Verm. Sp. 277.

Germ. Der Hutſchnirkel.

Teſta perforata, conica, alba, faſciis rufis, apertura transverſa, labro reflexo.

TAB. XVI. fig. 11, 12.

Teſta trochiformis, ſubpellucida, lævis; Anfractus ſex, convexiuſculi, declives, connati; Apertura transverſa, ovata, dilatata; Labrum acutum, reflexum; Columella elabiata; Centrum perforatum; Color albus, faſciis transverſis rufis luteisque, quarum rufæ latiores quam luteæ ſunt, apice ſpiræ rufo.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 11. lin.

Patria ignota.

Tab. XV. f.13,14.

HELIX MAMMILLARIS.

Linn. S. N. Sp. 685.

Germ. Der Warzenſchnirkel.

Teſta umbilicata, ovata, apertura oblonga, apici adnata.

TAB. XV. fig. 13, 14.

Lister Hiſt. Conch. tab. 142. f. 36.

Teſta ovata, lævis; Spira acuta, breviſſima; Anfractus tres convexi, connati, declives, infimo ventricoſo; Columellæ labium fuſcum, ſubtus incraſſatum, ſupra tenue, adnatum; Baſis oblique perforata; Color niveus faſciis tribus transverſis interruptis rubicundis.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in Africæ fluviis, *Linnæus.*

HELIX OBLONGA (a).

Müller Hist. Verm. II. Sp. 284.

TAB. XV. f. 21, 22.

Germ. Der rosenmündige Schnirkel.

Testa perforata, ovato-oblonga, striata, labro columellaque roseis.

TAB. XV. fig. 21, 22.

LISTER Hist. Conch. tab. 23. f. 21.
SEBA Thes. III. tab. 71. f. 17—20.

Testa ovato-ventricosa, crassiuscula; Spira conica, obtusa; Anfractus sex convexiusculi, declives, longitudinaliter striati; Apertura ovalis; Labrum marginatum, crassum; Labium adnatum; Centrum testæ subperforatum; Color pallide lutescens, labro & labio roseo.

Long. 3. poll. 7. lin. lat. 2. poll. 1. lin.

Habitat in Surinam, *Lister.*

(a) Omissa in Indice Musei.

HELIX PERVERSA.

Linn. S. N. Sp. 688. Mus. L. U. pag. 669.

Germ. Der verkehrte Schnirkel. *Belg.* Linkse Top-hooren *Gronov.* *Gall.* Pavillon du Prince *Davila.*

Testa subperforata, ovato-oblonga, sinistrorsa, labro reflexo albo.

α) Flava, linea longitudinali una alterave purpurea.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 116.
LISTER Hist. Conch. tab. 35. f. 34.
GUALTIERI Test. tab. 5. f. P.
ARGENVILLE Conch. tab. 9. f. G.
SEBA Thes. III. tab. 40. f. 37.

β) Viridis, fasciis citrinis.

KNORR Vergn. V. tab. 23. f. 4.

γ) Alba, maculis longitudinalibus rufis.

PETIVER Gazoph. I. tab. 76. f. 5.
GUALTIERI Teſt. tab. 5. f. O.
KNORR Vergn. V. tab. 23. f. 5.

Teſta ovato-oblonga, lævis; Anfractus ſex, ſeptem, vel octo, contrarii, convexi, connati; Spira conico-convexa; Labrum reflexum, craſſum; Centrum perforatum.

Long. 2. poll. lat. 11. lin.

Axis in junioribus perforatus eſt, in adultis labro tegitur [a].

Fluviatilis, *Linnæus.*

(a) Otto Müller Hiſt. Verm. II. Sp. 288.

HELIX JANTHINA.

Linn. S. N. Sp. 689. Muſ. L. U. pag. 670.

Genus, Janthina

Germ. Die blaue Schnirkelſchnecke. *Belg.* Kwalle Bootje.

Teſta ſubimperforata, ſubrotunda, cærulea, obtuſa, fragili, apertura dilatata, labro marginato.

COLUMNA Purp. cap. 2. pag. 20.
RUMPH amboin. tab. 20. f. 2.
GUALTIERI Teſt. tab. 64. f. O.
KNORR Vergn. II. tab. 30. f. 2, 3.
FORSKOEL icon. tab. 40. f. C.

Teſta ſubrotunda, fragiliſſima, ſubdiaphana; Spira obtuſa; Anfractus quinque declives, connati, oblique ſtriati; Apertura ſuperne latior, poſtice in angulum producta; Labrum retuſum; Labium replicatum, tegens columellam; Color violaceus, apice albido.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 2. lin.

Helices Janthinæ in profundo habitant, temporeque procelloſo in altum emergunt, phoſphoreo lumine lucentes; Succo purpureo madent.

Animalis ampliorem hiſtoriam dedit Cl. Forskœl [a].

Habitat in Europa, Aſia, Africa, *Linnæus.*

(a) Forskœl. deſcript. animal. pag. 127.

HELIX VIVIPARA.

Linn. S. N. Sp. 690.

Germ. Die lebendiggebährende Schnirkelschnecke. *Belg.* Jongwerpende Slak *Gronov.* *Angl.* Viviparous Snail *Pennant.* *Gall.* Vivipare a bandes.

Testa subimperforata, ovato-oblonga, ventricosa, fasciis transversis fuscis, apertura rotunda.

LISTER Hist. Conch. tab. 126. f. 26.
— — angl. tab. 2. f. 26.
PETIVER Gazoph. I. tab. 99. f. 16.
GUALTIERI Test. tab. 5. f. A.
ARGENVILLE Zoomorph. tab. 8. f. 2.
SEBA Thes. III. tab. 38. f. 12.
GINANNI adriat. II. tab. 2. f. 8.
Berlin. Magaz. IV. tab. 7. f. 4.
MÜLLER Linn. Natursyst. VI. 1. B. tab. 18. f. 4.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 84. f. 132.

Testa ovata, pellucida, glabra, longitudinaliter tenuissime striata; Anfractus sex teretes, convexi; Spira acuminata; Apertura ovalis; Labrum extus acutum; Labium columellæ vix adnatum; Centrum perforatum; Color viridi-flavescens, fasciis transversis fuscis.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in Europæ stagnis, præcipue argillosis, *Linnæus;* in Suecia, *Faun. Suec.* in Anglia, *Pennant.*

HELIX VITREA.

TAB. XV. f. 15, 16.

Germ. Der Glasschnirkel.

Testa subimperforata, ovata, ventricosa, lævi, subpellucida, spiræ anfractibus carinatis.

TAB. XV. fig. 15, 16.

Testa ovata, fragilissima, subpellucida, lævis; Anfractus quinque, superioribus spiralibus carinatis, infimo ventricoso; Apertura ovato-oblonga; Columella perforata foramine tenui subobtecto; Color luteo-fuscus, fasciis longitudinalibus undulatis, sulphureis.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Patria ignota.

IV. ROTUNDATÆ, IMPERFORATÆ.

TAB. XVI. f. 3—8.

HELIX NEMORALIS.

Linn. S. N. Sp. 691. Muſ. L. U. pag. 670.

Germ. Die Waldſchnecke. *Belg.* Tuinslak *Gronov.* *Angl.* Hedge-Snail *Pennant.*

Teſta imperforata, rotundata, labro fuſco.

α) Lutea, unicolor.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 57. f. 54.
PETIVER Gazoph. I. tab. 91. f. 9.
GEVE Beluſt. tab. 32. f. 399.

β) Lutea, faſcia transverſa fuſca.

PETIVER Gazoph. I. tab. 91. f. 10.
GUALTIERI Teſt. tab. 2. f. D.
SEBA Theſ. III. tab. 39. f. 18.
GEVE Beluſt. tab. 32. f. 403.
SCHROETER Erdkonch. tab. 2. f. 28.

γ) Lutea, faſciis tribus fuſcis, infima & media latiore.

GEVE Beluſt. tab. 32. f. 407.

δ) Lutea, faſciis quatuor fuſcis.

GEVE Beluſt. tab. 32. f. 408.
Berlin. Magaz. II. tab. 3. f. 30.
SCHLOTTERBECK Act. helvet. V. tab. 3. f. 9.
SCHROETER Erdkonch. tab. 1. f. 16.

ε) Lutea, faſciis quatuor fuſcis, inferioribus ſubæqualibus, ſuprema anguſtiore.

TAB. XVI. fig. 7, 8.

Berlin. Magaz. II. tab. 3. f. 27—29.
SCHLOTTERBECK Act. helvet. V. tab. 3. f. 2, 3.

ζ) Lutea, faſciis quinque fuſcis, ſurſum decreſcentibus.

TAB. XVI. fig. 5, 6.

SEBA Theſ. III. tab. 39. f. 12.
GUALTIERI Teſt. tab. 2. f. F.

Berlin.

Berlin. Magaz. II. tab. 3. f. 31, 32.
Schlotterbeck Act. helvet. V. tab. 3. f. 10.
Schroeter Erdkonch. tab. 1. f. 17.

η) Rosea, fasciis quinque transversis fuscis, binis infimis latioribus.

TAB. XVI. fig. 3, 4.

Testa subglobosa, longitudinaliter striata, glabra; Spira obtusa; Anfractus convexi; Apertura latior quam longa; Labrum acutum, patens; Labium reflexum, adnatum; Centrum imperforatum; Color labri in omnibus fuscus.

Long. 9. lin. lat. 1. poll. 7. lin.

Habitat in Europæ arboribus, *Linnæus*; in Gallia & Anglia edulis, *Otto Müller.*

HELIX HORTENSIS.

Tab. XVI. f. 18, 19.

Müller Hist. Verm. II. Sp. 247.

Germ. Die Gartenschnecke. *Angl.* The common Garden Snail *Pennant.*

Testa imperforata, subglobosa, labro albo.

TAB. XVI. fig. 18, 19.

Geve Beluft. tab. 31. f. 374, 375. 377.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 84. f. 129.

Testa structura omnino eadem cum præcedenti, a qua differt: testa minori, superficie nitente & labro constanter albo.

Long. 6. lin. lat. 10. lin.

Habitat in hortis Europæ, minus vulgaris quam Helix nemoralis, *Otto Müller*; in Anglia, *Pennant.*

HELIX PICTA.

Tab. XV. f. 17, 18. *Germ.* Die gemalte Schnirkelſchnecke.

Teſta imperforata, ſubgloboſa, obtuſa, lævi, columella anfractuumque marginibus coloratis.

TAB. XV. fig. 17, 18.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 5.
Knorr Vergn. I. tab. 10. f. 2.

Teſta ſubgloboſa, lævis; Anfractus quatuor convexi, quorum infimus ventricoſus, ſpirales autem obtuſi & complanati ſunt; Apertura lunata; Columella patens; Color:

α) Griſeus, columella lineaque ſuturali & transverſa dorſi fuſca.

β) Roſeus, columella lineaque ſuturali & transverſa dorſi fuſca.

γ) Sulphureus, columella lineaque ſuturali anfractuum rubra.

Long. 8. lin. lat. 1. poll.

Habitat in littore oſtienſi Italiæ, *Bonanni.*

HELIX VERSICOLOR.

Tab. XVI. f. 9, 10. *Germ.* Die bunte Schnirkelſchnecke.

Teſta imperforata, ſubgloboſa, nivea, columella roſea, lineis transverſis faſciisque intermediis discoloribus.

TAB. XVI. fig. 9, 10.

Teſta ſubgloboſa, lævis; Anfractus convexi, infimo ventricoſo; Spira obtuſa; Apertura lunata; Columella ſpiralis, imperforata; Color niveus, faſciis transverſis parallelis fuſcis, intermediis ſulphureis roſeisque, columella roſea.

Long. 10. lin. lat. 11. lin.

Patria ignota. China

HELIX APERTA.

Tab. XV. f. 19, 20.

Germ. Die offene Schnirkelschnecke.

Testa imperforata, subglobosa, spira obtusa, minima, columella spirali aperta.

TAB. XV. fig. 19, 20.

Testa subglobosa, tenuis, longitudinaliter obsolete striata; Anfractus tres obtusi, complanati, infimo ventricoso; Apertura lunata; Columella imperforata, spiralis, aperta; Color fuscus.

Long. 9. lin. lat. 11. lin.

Patria ignota.

HELIX HÆMASTOMA (a).

Linn. S. N. Sp. 694. Mus. L. U. pag. 671.

Germ. Das Blutohr.

Testa convexa, trochiformi, apertura transversim elongata, rosea.

Seba Thes. III. tab. 40. f. 6, 7.
Geve Belust. tab. 28. f. 328.

Testa trochiformis; Anfractus quinque convexi, uniformiter decrescentes & elevati in spiram conicam obtusam; Suturæ crenulatæ; Apertura transversim elongata, auriformis; Labrum dilatato-reflexum; Columella imperforata, complanata; Color castaneus, fascia intra medium dorsi transversa alba, apertura rosea.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in America meridionali, *Seba.* Madagascar

(a) Helix Hæmatragus Indicis rer. nat. Mus. Cæs. Vind.

HELIX MELANOTRAGUS.

Germ. Das Schwarzohr.

Teſta convexa, trochiformi, apertura transverſim elongata, nigra.

Geve Beluſt. tab. 28. f. 329.

Teſta ſimillima præcedenti, a qua nonniſi apertura nigra differt; Color caſtaneus, faſcia duplici transverſa nivea, prope ſuturam tenui, infra medium dorſi vero lata.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Patria fors eadem cum præcedenti?

V. TURRITÆ.

HELIX DECOLLATA.

Linn. S. N. Sp. 695. Muſ. L. U. pag. 671.

Bulimus decollatus Drap.

Germ. Die abgeſtumpfte Schnirkelnadel. *Belg.* Geknót-Hoorentje *Gronov.* *Gall.* Vis tronquée. *Angl.* Blunt-tipt Unicorn *Petiver.*

Teſta turrita, ſubperforata, vertice obtuſe truncato, apertura ovata.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 56.
Lister Hiſt. Conch. tab. 7. f. 12.
Petiver Gazoph. I. tab. 66. f. 1.
Gualtieri Teſt. tab. 4. f. O, P, Q.
Argenville Conch. tab. 27. f. 5.
Knorr Vergn. VI. tab. 32. f. 3.
Murray Fund. Teſt. tab. 1. f. 3.

Teſta oblonga, turrita, ſubdiaphana, lævis; Anfractus ſex teretes; Spira obtuſe truncata; Apertura obovata; Labrum integrum, intus oblique adnatum; Centrum perforatum; Color albus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 6. lin.

Spiræ

Spiræ detruncationem accidentalem eſſe, teſtamque prius exiſtere integram, deinde, dum Limax novos & majores anfractus format, veteres & minores exſiccari ac diffringi, lacunamque nova materia calcaria expleri aſſerit Otto Müller [a].

Habitat in Europa auſtrali & orientali, terreſtris, *Linnæus*; ad Aranjuez Hiſpaniæ, *Davila*; in Italia & India, *Otto Müller*.

(a) Hiſt. Verm. II. Sp. 314.

HELIX CALCARIA.

Tab. XVI. f. 13.

Germ. Die Marmornadel.

Teſta turrita, longitudinaliter ſtriata, alba, anfractibus decem, apertura ovata.

TAB. XVI. fig. 13.

Lister Hiſt. Conch. tab. 14. f. 9.
Gualtieri Teſt. tab. 6. f. I.

Teſta priori ſimillima, at triplo major, nitens, longitudinaliter ſtriata; Anfractus decem teretes, uniformiter decreſcentes; Spira obtuſa; Apertura ovata; Columella torta, tecta labio expanſo tenui; Color albus.

Long. 3. poll. 11. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

An prioris varietas non decollata?

Patria ignota.

HELIX PLICARIA.

Tab. XVI. f. 14.

Germ. Die gefaltene Schirkelnadel.

Teſta ſubulata, anfractibus plicis longitudinalibus coronatis.

TAB. XVI. fig. 14.

Gualtieri Teſt. tab. 6. f. H.

Teſta ſubulata, ſubpellucida; Anfractus decem convexi, prope ſuturam ſuperiorem plicis elevatis longitudinalibus coronati; Apertura ovata; Columella elabiata; Color flaveſcens, maculis albis.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 6. lin.

Patria ignota.

Tab. XVI. f. 15.

HELIX MACULATA.

Germ. Die gefleckte Schnirkelnadel.

Testa subulata, lævi, picta undis longitudinalibus rufis.

TAB. XVI. fig. 15.

Testa subulata, lævis, striis transversis subtilissimis circumdata; Anfractus circiter duodecim convexi; Apertura ovata; Labium læve; Color pallidus, fasciis undulatis longitudinalibus rufis.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 6. lin.

Patria ignota.

Tab. XVI. f. 17.

HELIX FUSCATA.

Germ. Die braune Schnirkelnadel.

Testa subulata, lævi, anfractibus teretibus.

TAB. XVI. fig. 17.

Lister Hist. Conch. tab. 117. f. 12.
Gualtieri Test. tab. 6. f. E.

Testa subulata, lævis, transversim subtilissime striata; Anfractus decem teretes; Apertura ovata; Labium læve; Faux cinerea; Color e luteo fuscus.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 7. lin.

Habitat in Virginia, *Lister.*

VI. OVATÆ, IMPERFORATÆ.

HELIX AMARULA.

Linn. S. N. Sp. 702. Muſ. L. U. pag. 672. Tab. XVI. f. 21.

Germ. Die Flußpabſtkrone. *Belg.* Rivier Pauſe - Kroon *Rumph.* *Angl.* River Mitter - Shell *Petiver.* *Gall.* La Thiare fluviatile *Davila.*

Teſta ovata, imperforata, nigra, anfractibus ſurſum ſpinoſo - dentatis.

TAB. XVI. fig. 21.

Lister Hiſt. Conch. tab. 1055. f. 8.
Rumph amboin. tab. 33. f. F, F.
Petiver amboin. tab. 4. f. 3.
Gualtieri. Teſt. tab. 6. f. B.
Argenville Conch. tab. 27. f. 6.
Seba Theſ. III. tab. 53. f. 24, 25.
Berlin. Magaz. IV. tab. 9. f. 38.

Teſta ovata; Spira erecta; Anfractus ſex, ſuperne ſpinis ſurſum porrectis acutis coronati; Apertura ovata, hians; Labium adnatum, craſſum; Centrum imperforatum; Color ater.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 5. lin.

Dorſum ſpeciminis noſtri, veluti Neritæ pulligeræ, notatum eſt cicatricibus ovalibus margine albo cinctis, quæ ovula molluſci paraſitici eſſe videntur. Cl. Otto Müller (a) Helicem hanc inter Buccina collocat.

Habitat in Aſiæ fluviis, *Linnæus;* in India orientali, *Otto Müller;* ad Amboinam, *Rumph;* in Isle de France, *Davila.*

(a) Hiſt. Vermium II. Sp. 330.

HELIX STAGNALIS.

Linn. S. N. Sp. 703. Tab. XVI. f. 16.

Germ. Das Teichhorn. *Belg.* Spitſe Waterslak *Gronov.* *Angl.* Lake - Snail *Pennant.*

Teſta ovato - ſubulata, imperforata, ſubangulata, ventricoſa, apertura ovata.

TAB. XVI. fig. 16.

LISTER Hift. Conch. tab. 123. f. 21.
— — angl. tab. 2. f. 21.
BONANNI Recr. Cl. 3. f. 55.
GUALTIERI Teft. tab. 5. f. I.
ARGENVILLE Conch. tab. 27. f. 6.
— — — Zoomorph. tab. 8. f. 5.
SEBA Thef. III. tab. 39. f. 41—46. 52, 53.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 3. f. 69.
SCHLOTTERBECK Act. helvet. V. tab. 3. f. 25, 26.
Berlin. Magaz. IV. tab. 9. f. 33—36.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 86. f. 136.

Tefta ovata, cornea, fragiliffima, longitudinaliter ftriata; Anfractus fex convexi, infimo ventricofo, transverfim obtufe carinato; Spira fubulata; Apertura ovata, ampliata; Labrum integrum, acutum; Labium expanfum, adnatum, tenuiffimum; Columella imperforata; Color albidus.

Long. 2. poll. 7. lin. lat. 1. poll.

Habitat in Europæ ftagnis & paludofis, *Linnæus*, *Otto Müller*; in Suecia, *Faun. Suec.* in Anglia, *Pennant*; in Germania paffim.

TAB. XVI. f. 20.

HELIX AURICULARIA.

Linn. S. N. Sp. 708.

Germ. Das Ohrhorn. *Belg.* Muizen Oortje *Gronov.* *Angl.* Ear-Snail *Pennant.* *Gall.* Tonne fluviatile *Davila.*

Tefta fubimperforata, ampullacea, fpira mucronata, brevi, apertura ampliata.

TAB. XVI. fig. 20.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 54.
LISTER Hift. Conch. tab. 123. f. 22.
GUALTIERI Teft. tab. 5. f. E.
ARGENVILLE Conch. tab. 27. f. 7.
SCHLOTTERBECK Act. helvet. V. tab. 3. f. 27, 28.
Berlin. Magaz. III. tab. 5. f. 66.
— — — IV. tab. 11. f. 59.
SCHROETER Erdkonch. tab. 1. f. 3.
MURRAY Fund. Teft. tab. 1. f. 4.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 86. f. 138.

Tefta

Testa ovata, ampullacea, subpellucida, lævis; Anfractus quatuor, quorum infimus ventricosus inflatus, versus basin attenuatus, supremi vero minimi, quasi anfractui inferiori inserti sunt; Spira erecta, acuta, brevis; Apertura ovato-lunata; Labrum integrum; Labium columellæ adnatum, tenue, tegens centrum perforatum; Basis elongata, versus labium tortuosa; Color albidus.

Long. 7. lin. lat. 9. lin.

Habitat in Europæ fluviis, lacubus, stagnis; *Linnæus*, *Otto Müller*; in Suecia, *Faun. Suec.* in Anglia, *Pennant*; in Helvetia, *Schlotterbeck*, *Davila*; in Germania, *Berlin. Magaz.*

HELIX SOLIDA.

TAB. XIII. f. 18, 19.

Germ. Die dickschalige Schnirkelschnecke.

Testa ovato-oblonga, imperforata, solida, glabra, anfractibus convexis, columella incrassata.

TAB. XIII. fig. 18, 19.

Testa oblonga, solida, glabra; Anfractus sex convexi, contigui; Apertura rotundato-oblonga; Labium incrassatum, breve; Columella imperforata; Color roseus, lineis transversis tenuissimis rubro alboque articulatis.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 7. lin.

Patria ignota.

HELIX HALIOTOIDEA.

Linn. S. N. Sp. 713. Mus. L. U. pag. 673.

Germ. Die Milchschale. *Belg.* Witte Oor-Schulp. *Angl.* White Ear *Petiver.* *Gall.* Oreille de Venus *Davila.*

Testa elliptica, complanata, imperforata, apertura ad apicem usque hiante.

RUMPH amboin. tab. 40. f. R.
PETIVER amboin. tab. 12. f. 4.
GUALTIERI Test. tab. 69. f. F.
ARGENVILLE Conch. tab. 3. f. C.

ADANSON Seneg. tab. 2. f. 2.
KLEIN Meth. oſtrac. tab. 7. f. 114.
KNORR Vergn. VI. tab. 39. f. 4, 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 16. f. 151, 152.
DA COSTA Elem. tab. 3. f. 7, 8.

Teſta elliptica, ſubpellucida, longitudinaliter arcuatim ſtriata, complanata; Anfractus quatuor, parum convexi; Apertura transverſa, ovalis, patens; Labrum dilatatum, integrum; Labium breviſſimum reflexum; Centrum imperforatum; Color niveus.

Long. 11. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, aſiatico & americano, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad oſtia Nigri in Africa, *Adanſon*.

HELIX PARADOXA (a).

TAB. XIII. f. 16, 17. *Germ.* Der gefleckte Halbmond.

Teſta ſubimperforata, rotundata, ſolida, apertura ſubrotunda, labio incraſſato.

TAB. XIII. fig. 16, 17.

KNORR Vergn. VI. tab. 23. f. 9.

Teſta ſubgloboſa, ſolida, glabra; Anfractus quinque convexi; Apertura ſubrotunda; Labrum integrum, acutum; Labium citrinum, incraſſatum, tegens veluti cicatricula columellæ ſuperficiem; Baſis imperforata; Color albus, maculis rubris flaviſque nebuloſus.

Long. 8. lin. lat. 8. lin.

Patria ignota.

(a) Helix ambigua Indicis rerum naturalium Muſ. Cæſ. Vind.

NERITA.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 329.

Germ. Die Schwimſchnecke. *Belg.* Halve Maan - hooren *Oudaan.* *Angl.* Nerite *Huddesford.* *Gall.* Nerite *Davila.* *Dan.* Svomſnekken *Brunnich.*

Naturalem Neritæ characterem conſtituit: apertura ſemilunaris, ſeu ſemiorbicularis, cum labio transverſo, truncato, planiuſculo. Cochleas has ſpirales, gibbas, pro diverſa labii & umbilici ſtructura dividimus in

I. Um-

I. Umbilicatas,

II. Imperforatas, labio edentulo,


III. Imperforatas, labio dentato.

Figura & ſuperficies teſtæ, nonnunquam etiam colores, quibus hujus generis cochleæ ſuperbiunt, ſpecierum diagnoſin præbent.

Molluſcum Neritæ examinavit Cl. Adanſonius [(a)]: Ad capitis complanati & lunato-ſinuati baſin prodeunt tentacula duo ſetacea, capite duplo longiora, quorum utrumque exterius colliculus pyramidalis triangularis ſtipat, cui punctum nigrum ophthalmicum inſidet. In medio capitis ſubtus os rotundum eſt, labio craſſiore & rugoſo undique marginatum. Pallium tenue limbo crenulato interiora teſtæ & corpus animalis ambit, cujus pedi rotundo, latiori, ſupra convexo, ſubtus plano & ſulcato adnatum eſt operculum oſſeum, lunatum, extus porcatum, intus læve & una ex parte denticulatum.

Neritarum aliæ ad littora marina, aliæ in fluviis, lacubus & paludoſis habitant, nonnullæ terreſtres quoque eſſe dicuntur.

(a) Adanſon. Hiſt. nat. du Seneg. tab. 13. f. Dunar, pag. 189.



 I. UM-

I. UMBILICATÆ.

NERITA CANRENA.

Germ. Der Knotennabel. *Belg.* Straalwys gebande Eyer-doyer *Gronov.*

Testa umbilicata, lævi, spira mucronata, umbilico gibbo bifido.

α) Albida, punctis ferrugineis adspersa.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 228.
Lister Hist. Conch. tab. 564. f. 11.
Gualtieri Test. tab. 67. f. Q.
Adanson Seneg. tab. 13. f. 3.
Seba Thes. III. tab. 38. f. 60, 61.
Knorr Vergn. I. tab. 10. f. 3.
Murray Fund. Test. tab. 1. f. 23.

β) Albida, seriebus transversis macularum ferruginearum.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 224.
Gualtieri Test. tab. 67. f. R.
Seba Thes. III. tab. 38. f. 62, 63.
Geve Belust. tab. 27. f. 303—304.

γ) Albida, lineis longitudinalibus, angulatis, ferrugineis.

Lister Hist. Conch. tab. 559. f. 1.
Gualtieri Test. tab. 67. f. X.
Argenville Conch. tab. 7. f. C.
Geve Belust. tab. 27. f. 295.
Regenfus Samml. I. tab. 3. f. 34.
Knorr Vergn. I. tab. 10. f. 4.

δ) Albida, fasciis transversis albo fuscoque articulatis.

Lister Hist. Conch. tab. 560. f. 3, 4. tab. 561. f. 8.
Gualtieri Test. tab. 67. f. V.
Seba Thes. III. tab. 38. f. 27—29. 51, 52. 64, 65.
Geve Belust. tab. 27. f. 294.
Knorr Vergn. I. tab. 10. f. 5.
— — — II. tab. 10. f. 5.
— — — III. tab. 15. f. 4. tab. 20. f. 4.

Testa

Testa subglobosa, glabra; Spira parum prominens; Anfractus quinque contigui; Apertura edentula; Columella umbilicata; Umbilicus profundus, arcuatus, lobo intermedio gibbo bipartitus.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 11. lin.

Habitat in oceano Asiæ, Africæ, *Linnæus*; in Indiis, *Davila*; ad Senegalliam, *Adanson*; ad Tranquebar, *Regenfus*; ad littora maris rubri, *Forskæl*; in littore syracusano, *Bonanni*.

NERITA GLAUCINA.

Tab. XIII. f.20,21.

Linn. S. N. Sp. 716. Mus. L. U. pag. 674.

Germ. Die dicklippige Schwimschnecke. *Belg.* Gestipte en gevlamde Eyerschaalen *Gronov.* *Angl.* Livid Nerite *Pennant.*

Testa umbilicata, lævi, spira obtusa, umbilico semiclauso, labio gibbo decolore.

TAB. XIII. fig. 20, 21.

Lister Hist. Conch. tab. 563. f. 10.
— . — angl. tab. 3. f. 10.
Gualtieri Test. tab. 67. f. M, T.
Adanson Seneg. tab. 13. f. 4.
Knorr Vergn. VI. tab. 13. f. 7.
Pennant Brit. Zool. Cl. V. tab. 87. f. 141.

Testa ovata, ventricosa, glabra; Spira submucronata; Anfractus quatuor connati convexi; Apertura edentula; Labium reflexum, adnatum, expansum, sæpe incrassatum; Columellæ umbilicus teretiusculus; Color:

α) Glaucus, maculis in supremitate anfractuum undulatis griseis.

β) Niger.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 1. lin.

Habitat in oceano europæo & africano, *Linnæus*; ad Senegalliam, *Adanson*; in Indiis, *Davila*; ad Angliæ littora, *Pennant*.

NERITA RUFA.

Germ. Die braune Nerite. *Angl.* Twin girdled Nerite *Petiver.*

Teſta umbilicata, lævi, ſpira obtuſa, umbilico bifido.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 606. f. 34.
RUMPH amboin. tab. 22. f. D.
PETIVER amboin. tab. 11. f. 3.
GEVE Beluſt. tab. 27. f. 296.

Teſta ſubgloboſa, lævis; Anfractus quatuor, infimo ventricoſo, ſuperioribus ſpiram obtuſam complanatam formantibus; Apertura ſemirotunda; Labium reflexum, glabrum, nec claudens umbilicum profundum, coſta elevata bipartitum; Color rufus, baſi & anfractuum faſciis duabus transverſis niveis, quarum una medium dorſi, altera ſupremitatem anfractuum ambit.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat ad Amboinam, *Rumph;* ad Barbados, *Liſter.*

NERITA VITELLUS.

Linn. S. N. Sp. 717.

Germ. Der Eyerdotter. *Belg.* Geele Eyerdoyer *Gronov.* *Angl.* Yelk Nerite *Petiver.* *Gall.* Jaune d'œuf *Davila.*

Teſta umbilicata, ſubgloboſa, lævi, umbilico aperto æquali.

RUMPH amboin. tab. 22. f. A.
PETIVER amboin. tab. 10. f. 13.
ARGENVILLE Conch. tab. 7. f. D.
GEVE Beluſt. tab. 27. f. 292.
SEBA Theſ. III. tab. 38. f. 30, 31.
KNORR Vergn. I. tab. 7. f. 2.
— — — II. tab. 8. f. 5.

Teſta ſubgloboſa, glabra; Spira planiuſcula; Anfractus quinque convexi, connati; Apertura edentula; Labium reflexum, incraſſatum, poſtice adnatum; Umbilicus apertus, æqualis; Color extus luteus, baſi maculisque per ſeries binas transverſas digeſtis, niveis.

Long. 1. poll. 4. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Habitat in oceano Aſiæ, *Linnæus.;* in Indiis, *Davila;* ad Amboinam, *Rumph;* ad littora maris rubri, *Forskæl.*

NERITA ALBUMEN.

Linn. S. N. Sp. 718. Muf. L. U. pag. 675.

Germ. Der gefchobene Eyerdotter. *Belg.* Platte Tefticel *Gronov.* *Angl.* Flat yelk Nerite *Petiver.* *Gall.* Jaune d'œuf applati *Davila.*

Tefta umbilicata, convexa, umbilico fubcordato, labio explanato.

RUMPH amboin. tab. 22. f. B.
PETIVER amboin. tab. 10. f. 14.
GUALTIERI Teft. tab. 67. f. A, B.
ARGENVILLE Conch. tab. 7. f. T.
GEVE Beluft. tab. 28. f. 309.
REGENFUS Samml. I. tab. 5. f. 54.
KNORR Vergn. II. tab. 11. f. 1.
— — — IV. tab. 7. f. 4, 5.

Tefta fubglobofa, lævis; Spira acutiufcula; Anfractus quinque connati, complanati; Apertura femicordata, edentula; Labium reflexum, adnatum, incraffatum, in lobum folidum explanatum; Columella umbiiicata; Color teftæ lividus, faucis & lobi fufcus.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 2. poll. 1. lin.

Habitat in oceano Afiæ, *Linnæus*; in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph.*

NERITA MAMMILLA.

Linn. S. N. Sp. 719. Muf. L. U. pag. 675.

Germ. Der Warzendotter. *Belg.* Witte Eyerfchaal *Gronov.* *Angl.* White Nipple Nerite *Huddesford.* *Gall.* Mammellon blanc *Davila.*

Tefta umbilicata, ovata, glabra, umbilico tecto, apertura ovata.

LISTER Hift. Conch. tab. 571. f. 22.
RUMPH amboin. tab. 22. f. F.
PETIVER amboin. tab. 10. f. 15.
GUALTIERI Teft. tab. 67. f. C, D.
ARGENVILLE Conch. tab. 7. f. X.
SEBA Thef. III. tab. 38. f. 9, 10.

GEVE Beluſt. tab. 28. f. 306.
KNORR Vergn. I. tab. 6. f. 6, 7.
— — — IV. tab. 8. f. 4.
— — — VI. tab. 40. f. 2, 3.

Teſta ovato-oblonga, glabra; Spira acuta, brevis; Anfractus quatuor declives, ſuturis obliteratis; Apertura ovata, edentula; Labrum acutum; Labium replicatum, incraſſatum, explanatum, tegens columellam & umbilicum; Color niveus.

Long. 1. poll. 11. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in Indiis, *Davila;* Alexandriæ & ad Barbados, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph;* ad maris rubri littora, *Forskæl.*

TAB. XVII. f. 5, 6.

NERITA SULCATA.

Germ. Die gefurchte Schwimſchnecke.

Teſta ſubgloboſa, ſulcis longitudinalibus obliquatis, umbilico bifido.

TAB. XVII. fig. 5, 6.

Teſta ſubgloboſa; Anfractus quatuor ſulcati, ſulcis ſeu plicis inciſis ſecundum longitudinem deſcendentibus; Umbilicus patens, coſta elevata bipartitus; Color lacteus.

Long. 8. lin. lat. 8. lin.

Patria ignota.

II. IMPERFORATÆ, LABIO EDENTULO.

TAB. XVII. f. 7, 8.

NERITA RADULA.

Linn. S. N. Sp. 721. Muſ. L. U. pag. 676.

Germ. Die rauhe Schwimſchnecke.

Teſta transverſim ſulcata, coſtis intermediis acute tuberculatis.

TAB. XVII. fig. 7, 8.

GEVE Beluſt. tab. 23. f. 241.

Teſta

Teſta ſubgloboſa, ſcabra; Spira exſerta; Anfractus convexi, contigui, transverſim ſulcati, ſulcis fere viginti quatuor, coſtis intermediis decuſſatis, ſcabris; Apertura edentula; Labrum crenulatum; Labium planum, læve, expanſum, adnatum; Columella imperforata; Color niveus.

Long. 1. poll. 5. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Patria ignota.

NERITA CORNEA.

Linn. S. N. Sp. 722. Muſ. L. U. pag. 677.

Germ. Die Hornnerite.

Teſta rotundata, obſolete ſtriata, apertura edentula.

ARGENVILLE Conch. tab. 7. f. M.
GEVE Beluſt. tab. 22. f. 226.

Teſta ſubgloboſa, fragilis; Spira obtuſa, brevis; Anfractus contigui, transverſim obſolete truncati; Apertura edentula; Labrum acutum; Labium explanatum, margine non dentato; Color niger, faſciis duabus dorſalibus transverſis punctisque diſperſis luteis.

Long. 6. lin. lat. 8. lin.

Habitat in Indiis, *Davila*; ad littora maris rubri, *Forskæl.*

NERITA LITTORALIS.

Linn. S. N. Sp. 724.

Germ. Die Strandnerite. *Belg.* Strand-Neriet *Gronov.* *Angl.* Strand-Nerite *Pennant.*

Teſta lævi, vertice obtuſiuſculo, labio edentulo.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 606. f. 35—37.
— — angl. tab. 2. f. 20.
GUALTIERI Teſt. tab. 4. f. L, L.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 87. f. 42.

Teſta ovata, lævis; Spira obtuſa, obſoleta; Anfractus duo connati; Apertura lunata, edentula; Labrum acutum; Labium explanatum, læve; Color fuſcus maculis diſperſis luteis.

Long. 3. lin. lat. 4. lin.

Inter Neritam fluviatilem Linnæi & littoralem nullam differentiam invenit Otto Müller [a].

Habitat ad maris europæi littora ſcopuloſque, eadem minor in lacubus dulcibus, *Linnæus;* in Anglia, *Pennant*, *Liſter;* in Dania, *Otto Müller;* in Suecia, *Faun. Suec.*

(a) Qui littoralem quoque & lacuſtrem pro eadem habuiſſe videtur. Hiſt. Verm. II. Sp. 381.

NERITA LACUSTRIS.

Linn. S. N. Sp. 725.

Germ. Die Sumpfnerite.

Teſta lævi, apice exquiſito, apertura edentula.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 141. f. 38.
PETIVER Gazoph. I. tab. 91. f. 3.
GUALTIERI Teſt. tab. 4. f. M, M.
GEVE Beluſt. tab. 24. f. 258—265.
Berlin. Magaz. IV. tab. 8. f. 27, 28.

Teſta ovata, glabra; Spira exquiſita, brevis; Anfractus tres convexi, connati; Apertura edentula; Labrum acutum; Labium crenulatum; Color varius, lineis obliquis angulatis, aut maculis diſperſis.

Long. 4. lin. lat. 6. lin.

Habitat in Europæ fontibus calidis & lacubus, *Linnæus;* in Suecia, *Faun. Suec.*

III. IMPERFORATÆ, LABIO DENTATO.

Tab. XVII. f. 9, 10.

NERITA PULLIGERA.

Linn. S. N. Sp. 726.

Germ. Die bruttragende Nerite. *Belg.* Rood-Oog. *Angl.* Red-Nerit *Petiver.*

Teſta lævi, ſpiræ apice excavato, umbilicato, labio crenulato.

TAB. XVII. fig. 9, 10.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 143. f. 37.
PETIVER Gazoph. I. tab. 12. f. 4.

PETIVER amboin. tab. 11. f. 4.
SEBA Thef. III. tab. 41. f. 23—26.
GEVE Beluft. tab. 23. f. 242.
Berlin. Magaz. IV. tab. 8. f. 31.

Tefta ovato-dilatata, lævis; Spira excavata; Anfractus duo, quorum alter maximus totam teftam format, & ad apicem in dentem acutum terminatur, alter minimus in fpeciminibus quibusdam deeft; Apertura ampla, lunata; Labrum acutum; Labium explanatum, læve, margine crenulato; Color nigrefcens aut olivaceus.

Long. 1. poll. 3. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Dorfum teftæ grana, ovis hirundinis haud abfimilia, occupant, quæ ovula peregrini animalis effe putaret Otto Müller [a], nifi Rumphii authoritas obftaret, qui ea Neritæ pullos effe docet.

Habitat in Indiæ fluviis, *Linnæus*, *Otto Müller*; ad Amboinam, *Rumph.*

(a) Otto Müller Hift. Verm. II. Sp. 382.

NERITA VIRIDIS.

Linn. S. N. Sp. 729.

Germ. Die grüne Schwimschnecke. *Belg.* Groen Nerietje *Gronov.*

Tefta lævi, viridi, labio crenulato.

Tefta minuta, ovata, fubpellucida, glabra; Spira obtufa; Anfractus duo; Labrum acutum; Labium explanatum margine denticulato; Color viridis, dorfo & apice punctis albis picto.

Long. 1. lin. lat. 2. lin.

Minutæ adeo teftæ figuram coloribus exprimere haud licuit.

Habitat ad Moream & Jamaicam, *Linnæus.*

NERITA VIRGINEA.

Linn. S. N. Sp. 730. Muſ. L. U. pag. 678.

Germ. Der Blutzahn. *Belg.* Bloedige Tand *Gronov.*

Teſta lævi, ovata, labio gibbo, crenulato.

Bonanni Recr. Cl. 3. f. 204.
Petiver Gazoph. tab. 11. f. 3.
Argenville Conch. tab. 7. f. P.
Geve Beluſt. tab. 24. f. 250—257.

Teſta ovato-oblonga, lævis; Spira obtuſa; Anfractus tres convexi, contigui; Apertura ovata; Labrum acutum, intus ſerie denticulorum minutiſſimorum cinctum, quorum extimi majores ſunt; Labrum explanatum, rugoſum, dentibus tribus obtuſis in margine; Color varius, lineis angulatis ſecundum longitudinem pictus.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Labii diſcus in nonnullis macula lata crocea notatus.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

NERITA PENNATA.

Tab. XVII. f. 11, 12. *Germ.* Die gefiederte Schwimſchnecke.

Teſta rotundata, lævi, labio plano, crenulato.

TAB. XVII. fig. 11, 12.

Lister Hiſt. Conch. tab. 604. f. 29.

Teſta rotundata, lævis; Anfractus circiter quatuor, infra ſuturam complanati; Spira obtuſa; Apex eroſus; Apertura ſemicircularis; Labrum acutum; Labium complanatum, crenulatum; Color olivaceus albo variegatus, maculis transverſis pennatis nigris.

Long. 8. lin. lat. 11. lin.

Habitat in Indiis, *Davila.*

NERI-

NERITA POLITA.

Linn. S. N. Sp. 731. Muf. L. U. pag. 678.

Germ. Die glatte Schwimschnecke. *Belg.* Gladde en gebande Neriet *Gronov.*

Tefta lævi, obtufa, labio dentato, labro crenulato.

α) Fufco alboque nebulofa, fafciis transverfis rubris.

LISTER Hift. Conch. tab. 600. f. 7.
GUALTIERI Teft. tab. 66. f. G.
REGENFUS Samml. I. tab. 4. f. 43.
SEBA Thef. III. tab. 59. f. 1, 3.
GEVE Beluft. tab. 22. f. 223, 224.

β) Albo fufcoque nebulofa, absque fafciis.

RUMPH amboin. tab. 22. f. I.
GUALTIERI Teft. tab. 66. f. H.
ARGENVILLE Conch. tab. 7. f. K.
GEVE Beluft. tab. 22. f. 220, 221.

γ) Grifeo rubroque nebulofa, fafciis transverfis niveis.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 221.
GEVE Beluft. tab. 24. f. 245.

Tefta ovata, folida, lata, longitudinaliter ftriata; Spira brevis; Anfractus connati tres; Aperturæ labrum integrum, intus crenato - denticulatum; Labium explanatum, læve, margine dentibus tribus obtufis inftructo.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 11. lin.

Habitat in oceano Afiæ, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph;* in infula Mauritii, *Lifter.*

NERITA PELORONTA.

Linn. S. N. Sp. 732. Muſ. L. U. pag. 679.

Germ. Die Peloront-Nerite. *Belg.* Poelorontje *Rumph.* *Angl.* Poeloroon Nerite *Petiver.*

Teſta ſtriata, labro dentato, labio planiuſculo, rugoſo.

Rumph amboin. tab. 22. f. K.
Petiver amboin. tab. 11. f. 6.
Geve Beluſt. tab. 27. f. 299.

Teſta ovata, transverſim ſtriata, ſolida; Spira brevis; Anfractus quatuor connati, convexi; Labrum denticulatum; Labium explanatum, rugoſum, margine quadridentato; Color fuſcus, maculis longitudinalibus undatis albis.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in oceano Aſiæ, ad Bandam, *Linnæus*; ad littora maris rubri, *Forskæl.*

NERITA ALBICILLA.

Linn. S. N. Sp. 733. Muſ. L. U. pag. 679.

Germ. Die ſtumpfe Schwimſchnecke. *Belg.* Zwartbonde Neriet *Gronov.*

Teſta ſtriata, ſpira obtuſiſſima, labro dentato, labio tuberculato & dentato.

Rumph amboin. tab. 22. f. 8.
Geve Beluſt. tab. 23. f. 229.
Knorr Vergn. VI. tab. 13. f. 4.

Teſta ovata, ſolida, lata, transverſim ſulcata; Spira obtuſo-complanata; Anfractus duo connati; Labrum intus denticulatum; Labium planiuſculum, tuberculatum, in margine tridentatum.

Long. 9. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in Hitoe, *Rumph*, *Linnæus.*

NERI-

NERITA PLICATA.

Linn. S. N. Sp. 735. Muf. L. U. pag. 680. Tab. XVII. f. 17, 18.

Germ. Die Faltennerite. *Belg.* Geplooyde Neriet *Gronov.*

Tefta fulcata, labio & labro dentato.

TAB. XVII. fig. 17, 18.

Tefta fubglobofa, folida, transverfim fulcata, coftis intermediis acutis quatuordecim, quarum remotiores a fpira minores & denfiores funt; Spira exquifita, brevis; Anfractus tres connati; Labrum fubcrenatum, intus armatum dentibus feptem folidis, lateralibus conicis & majoribus; Labium convexum, rugofum, armatum dentibus quatuor folidis, extremo utrinque majore; Color niveus aut albido-rubefcens.

Long. 1. poll. 1. lin. lat. 6. poll.

Patria ignota.

NERITA GROSSA.

Linn. S. N. Sp. 736. Muf. L. U. pag. 681. Tab. XVII. f. 19, 20.

Germ. Die geribbte Schweinschnecke. *Belg.* Gefpikkelde Neriet *Gronov.*

Tefta fulcata, labro dentato, labio rugofo & denticulato.

TAB. XVII. fig. 19, 20.

RUMPH amboin. tab. 22. f. N.
PETIVER amboin. tab. 5. f. 8.

Tefta fubglobofa, transverfim fulcata, coftis intermediis convexis, longitudinaliter tenuiffime ftriatis; Spira obtufa, brevis; Anfractus tres connati; Labrum dentibus feptem acutis inftructum, binis extimis majoribus; Labium convexum, rugofum, dentibus in margine tribus obtufis; Color atro fufcus.

Long. 1. poll. lat. 9. lin.

Habitat in oceano Afiæ, *Linnæus.*

NERITA CHAMÆLEON.

Linn. S. N. Sp. 737. Muf. L. U. pag. 687.

Germ. Das Kamelotchen. *Belg.* Wittopig blaawe Kamalotje *Gronov.* *Angl.* Camel-Nerit *Petiver.*

Tefta fulcata, labro intus ftriato, labio denticulato, rugofo & tuberculato.

RUMPH amboin. tab. 22. f. L.
PETIVER amboin. tab. 7. f. 11.
ARGENVILLE Conch. tab. 7. f. Q.
GEVE Beluft. tab. 23. f. 234.
REGENFUS Samml. I. tab. 3. f. 26.

Tefta fubglobofa, lævis, fulcis viginti transverfis inæqualibus exarata; Spira obtufa, brevis; Anfractus tres connati; Labrum intus ftriatum; Labium excavatum planiufculum, rugofo-tuberculatum, in margine bidentatum; Color niveus, maculis longitudinalibus nebulofis fufcis, fafciisque tribus transverfis croceis.

Long. 8. lin. lat. 9. lin.

Habitat in oceano Afiæ, ad Bandam, *Linnæus.*

NERITA UNDATA.

Linn. S. N. Sp. 738. Muf. L. U. pag. 682.

Germ. Die Wellennerite. *Belg.* Gegolfde Neriet *Gronov.*

Tefta fulcata, labro crenato, labio rugofo, dentato, tuberculato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 215.
LISTER Hift. Conch. tab. 596. f. 6.
RUMPH amboin. tab. 22. f. 4.
GUALTIERI Teft. tab. 66. f. X.
GEVE Beluft. tab. 22. f. 227.
KNORR Vergn. VI. tab. 13. f. 2.

Tefta fubglobofa, transverfim fulcata, glabra, ftriis triginta intermediis elevatis, alternatim æqualibus; Spira obtufa, brevis; Anfractus tres connati; Labrum obfolete crenulatum, intus ftriato-dentatum; Labium rugofum, adfperfum punctis eminentibus, ad marginem dentibus tribus armatum; Color ftriarum niger, fulcorum albo violaceus.

Long. 1. poll. 6. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in oceano Afiæ, ad Amboinam, *Linnæus*, *Rumph.*

NERI-

NERITA EXUVIA.

Linn. S. N. Sp. 739. Muſ. L. U. pag. 682.

Germ. Die breitgefurchte Schwimſchnecke. *Belg.* Wrattige Neriet *Gronov.* *Angl.* Deep-ridg't Nerite *Petiver.*

Teſta ovata, late ſulcata, labro crenato, labio dentato, tuberculato.

BONANNI Recr. Cl. 3. f. 220.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 596. f. 14.
PETIVER Gazoph. I. tab. 100. f. 6.
— — amboin. tab. 11. f. 9.
RUMPH amboin. tab. 22. f. M.
GUALTIERI Teſt. tab. 66. f. C, C.
ARGENVILLE Conch. tab. 7. f. I.
SEBA Theſ. III. tab. 59. f. 4—9.
GEVE Beluſt. tab. 23. f. 240.
DA COSTA Elem. tab. 3. f. 14, 15.

Teſta ovata, ſolida, transverſim ſulcata, ſulcis latis, coſtis quatuordecim intermediis craſſis; Labrum incraſſatum, crenatum, intus rugoſoplicatum; Labium excavatum, planiuſculum, punctis tuberculatis exaſperatum; Color:

α) Niveus.
β) Niveus, maculis coſtarum diſperſis nigris.
γ) Nigreſcens, maculis longitudinalibus undulatis albis.

Long. 1. poll. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in oceano Aſiæ & Americæ, *Linnæus*; in Indiis, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Jamaicam, *Liſter*.

HALIOTIS.

Linn. Syſt. Nat. Gen. 330.


Germ. Die Ohrſchnecke. *Belg.* Ooren *Oudaan.* *Angl.* Sea Ear *Huddesford.* *Gall.* Oreille de mer *Davila.* *Dan.* Søeørete *Brunnich.*

Cochlearum, quæ ſpiram regularem præſeferunt, ordo terminatur Haliotide, teſta auriformi, cui apertura patens elliptica, ſpira lateralis fere occultata, diſcus vero poris ſeu foraminulis longitudinaliter pertuſus eſt.

Latet ſub hoc dermade molluſcum [a] capite cylindrico antice complanato & verſus inferiorem partem oblique truncato, ubi os ſulciforme conſpicitur; Tentacula quatuor, capiti affixa, forma & longitudine differunt, duo enim majora, conica, parumper compreſſa, caput longitudine ſuperant, minora vero his appoſita, prismatica, triangularia, in extremitate puncta nigra, quæ oculorum vice funguntur, gerunt. Pallium membranaceum, tenuiſſimum, dorſum & cavitatem cochleæ veſtiens, verſus collum animalis utrinque anguſtatur, & in lobos linguiformes complicatur ita, ut extremitates hæ ex altero vel tertio poro promineant, quibus Haliotis pertuſa eſt, & per quos animal fors alimenta aut aerem attrahit; Pes ellipticus, in limbo fimbria duplici, e filis tenuiſſimis compoſita, ornatur.

Adhærent hujus generis teſtæ ſcopulis marinis, difficilius inde avellendæ, ita ut vi detractæ moriantur. Ipſæ tamen ſponte gluten, quo ſeſe affigunt, diſſolvunt, & pro lubitu progrediuntur. Caro omnium edulis eſt.

(a) Adanſon. Hiſt. nat. du Seneg. tab. 2. L'Ormier pag. 23.



HALIO-

HALIOTIS MIDÆ.

Linn. S. N. Sp. 740. Muſ. L. U. pag. 683.

Germ. Das Hohlohr. *Belg.* Gegoolfde Zee-Oor *Gronov.* *Angl.* The great Ear-Shell *Hill.* *Gall.* La grande Oreille de mer.

Teſta ſubrotunda, rugoſa, limbo lato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 613. f. 5.
GUALTIERI Teſt. tab. 96. f. B.
VALENTIN Abhand. tab. 12. f. 102.
ARGENVILLE Conch. tab. 3. f. A.
HILL Hiſt. of anim. tab. 7.
KNORR Vergn. V. tab. 20. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 14. f. 14, 136.
WALCH Naturf. IX. tab. 5. f. 1, 2.

Teſta ſubrotunda, complanata, craſſa, extus rugis undulatis elevatis exaſperata; Limbus latus, planus; Dorſum obtuſum, foraminibus octo perviis pertuſum; Spira elevata; Color pallidus, diſco polycolore.

Long. 5. poll. lat. 4. poll.

Habitat in Indiis, *Davila.*

HALIOTIS STRIATA.

Linn. S. N. Sp. 742. Muſ. L. U. pag. 684.

Germ. Das geſtreifte Seeohr. *Belg.* Geſtrepte Zee-Oor. *Gall.* Oreille de mer ſtriée.

Teſta ovali, transverſim rugoſa, longitudinaliter ſtriata.

KNORR Vergn. I. tab. 20. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 14. f. 138.

Teſta ovata, convexiuſcula, rugis transverſis ſtriisque longitudinalibus denſis parallelis decuſſata; Limbus anguſtus, planus; Dorſum convexum, foraminibus perviis ſex pertuſum; Spira elevata; Color ferrugineus, maculis albidis; Specimina Muſei omnia decorticata ſunt.

Long. 3. poll. lat. 2. poll.

Habitat in oceano Aſiæ.

HALIOTIS MARMORATA.

Linn. S. N. Sp. 744.

Germ. Das Marmorhorn. *Belg.* Gemarmelde Zee - Oor *Gronov.* *Gall.* Oreille marbrée.

Teſta ovali, ſtriis longitudinalibus & transverſis obſoletis.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 614. f. 6.
ARGENVILLE Conch. tab. 3. f. B.
KNORR Vergn. II. tab. 17. f. 4, 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 14. f. 139.

Teſta ovata, complanata, ſtriis parallelis transverſis & longitudinalibus obſoletis decuſſata; Limbus planus; Dorſum convexum, foraminibus ſex perviis pertuſum; Spira obtuſa; Color viridis maculis fulvis marmoratus.

Long. 1. poll. 9. lin. lat. 1. poll. 4. lin.

Habitat in oceano africano, *Linnæus;* in India orientali, *Martini.*

HALIOTIS ASININA.

Linn. S. N. Sp. 745.

Germ. Das Eſelohr. *Belg.* Ezels - Oor *Gronov.* *Angl.* Sea - Ear *Hill.* *Gall.* Oreille d'Ane *Davila.*

Teſta oblonga, lævi, margine ſubſulcato, dorſo ſtriato.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 610. f. 1.
RUMPH amboin. tab. 40. f. E, F.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 34.
GUALTIERI Teſt. tab. 69. f. D.
ARGENVILLE Conch. tab. 3. f. E.
HILL Hiſt. of anim. tab. 7.
REGENFUS Samml. I. tab. 9. f. 29.
KNORR Vergn. III. tab. 15. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 16. f. 150.

Teſta

Testa oblonga, convexiuscula, glabra; Limbus acutus, falciformis; Dorsum convexum, foraminibus perviis sex; Spira depressa; Color olivaceus, maculis fasciisque pallide virescentibus.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in oceano Indiæ, *Linnæus*, *Davila*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Bataviam, *Martini*.

PATELLA.

Linn. Syst. Nat. Gen. 331.

Germ. Die Napfschnecke. *Belg.* Schotel *Oudaan.* *Angl.* Limpet *Pennant.* *Gall.* Lepas *Davila* *Dan.* Floesfiället *Brunnich.*

Primum inter Testacea univalvia non spirata locum obtinent Patellæ, quæ Lepada olim dicebantur. Testæ hæ fornicatæ subconicæ ab apertura patula seu figura pateriformi nomen hausisse videntur. Verticis, cavitatis & marginis structura genus dividit in familias quinque:

I. Labiatas, seu labio interno instructas,

II. Dentatas, vel angulatas,

III. Mucronatas, vertice acuminato, recurvo,

IV. Integerrimas, vertice obtuso,

V. Perforatas, vertice pertuso.

Labii interioris situs, verticis integri apex recurvatus, reflexus, vel revolutus, aut pertusi foramen, testæ superficies, nonnunquam etiam color species distinguit.


Tegitur calcario hoc dermade molluscum, quod vix e testa progreditur. Ex Adansonii [(a)] & Argenvillii [(b)] observatis nobis innotuit: esse vermi huic testaceo caput cylindricum, antice oblique truncatum, cum ore subtus longitudinaliter & transversim inciso, idque dum in aperturam ovalem diducitur, maxillas duas recludere, quarum superior officulo corneo, inferior vero proboscide tereti & mobili, denticulis innumeris munita, prædita est; Tentacula duo setacea, occulta, ad angulum extrinsecum

 baseos

baſeos oculata, capiti inſidere; Pallii villoſi limbum fimbriatum marginem teſtæ ſuperare; Pedem rugoſum, ſulcis tuberculisque aſperum, omnem teſtæ aperturam replentem, ad nutum animalis dilatari, contrahi, & figuram mutare, eoque molluſcum attollendo aliquantulum teſtam, ſponte progredi (c), iterumque ſcopulis glutine, quod e tuberculis pedis tranſpirat, ita affigi, ut vix divelli queat. Teſtas patelliformes, quarum molluſcum tentacula bina truncata & ad angulum interiorem oculata gerit, a Patellis ſeparat Cl. Otto Müller (d) & Ancylis ſuis, affini Patellis generi, adnumerat.

Scopulis marinis copioſius adhærent Patellæ, & vermiculis fucisque nutriuntur.

(a) Hiſt. nat. du Seneg. pag. 29. tab. 2. f. 1. Libot.
(b) Zoomorph. tab. 1. f. 2.
(c) Memoir. de l'Acad. des ſcienc. année 1710. pag. 602.
(d) Prodr. Zool. Dan. pag. XXX.



1. LA-

I. LABIATÆ.

PATELLA EQUESTRIS.

Linn. S. N. Sp. 747. Muf. L. U. pag. 687.

Germ. Die Fischweiberhaube. *Belg.* Vifch-huifje *Rumph.* *Angl.* Beaket Limpet *Hill.* *Gall.* Le Cabochon *Davila.*

Tefta conica, vertice obliquo, labio interno fubverticali, canaliculato.

LISTER Hift. Conch. tab. 546. f. 38.
RUMPH amboin. tab. 40. f. P, O.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 28.
GUALTIERI Teft. tab. 9. f. Z.
HILL Hift. of anim. tab. 7.
DAVILA Cat. I. tab. 2. f. B b.
MARTINI Konch. I. tab. 13. f. 117—120.
MURRAY Fund. Teft. tab. 1. f. 5.
WALCH Naturf. IX. tab. 3. f. 1, 2.

Tefta conica, fubpellucida; Ambitus rotundatus; Margo inæqualis; Dorfum ftriis rugofis longitudinaliter exafperatum; Vertex obliquus; Cavitas nitida; Fundus inftructus labio feu lamina teftacea excavata, deorfum ampliata, libera, fubverticali; Color totius teftæ albus.

Long. 1. poll. 8. lin. lat. 1. poll. 6. lin.

Variat magnitudine, & dorfo undulatim vel longitudinaliter rugofo.

Habitat in oceano indico, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph;* ad Barbados, *Lifter;* ad infulam S. Dominici; *Davila.*

PATELLA FORNICATA.

Linn. S. N. Sp. 751.

Germ. Der Pantoffel. *Belg.* Pantoffel *Gronov.* *Angl.* Small indian Canoe-Shell. *Gall.* La Sandale *Davila.*

Tefta ovali, vertice marginali mucronato, incurvo, labio interno concavo.

LISTER Hist. Conch. tab. 545. f. 34.
ARGENVILLE Conch. tab. 2. f. N.
ADANSON Seneg. tab. 2. f. 8.
KNORR Vergn. VI. tab. 21. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 13. f. 129, 130.

Testa ovata, convexa; Margo integer; Dorsum utrinque oblique compressum, antice rotundatum, postice angustum; Vertex mucronatus, incurvus, marginalis; Labium posticum, horizontale, concavum, dimidium cavitatis claudens; Color albus, dorso fusco-maculato.

Long. 1. poll. lat. 8. lin.

Habitat ad insulam Ilvam, & passim in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad promontorium viride Africæ, *Adanson*.

II. *ANGULATÆ.*

PATELLA SACHARINA.

Linn. S. N. Sp. 754. Mus. L. U. pag. 690.

Germ. Die Sternpatelle. *Belg.* Klok-huisje *Gronov.* *Angl.* White rib'd Limpet *Petiver.* *Gall.* Astrolepas *Davila.*

Testa convexiuscula, margine angulato, costis carinatis acutis.

LISTER Hist. Conch. tab. 532. f. 10.
RUMPH amboin. tab. 40. f. B.
PETIVER amboin. tab. 3. f. 3.
GUALTIERI Test. tab. 9. f. M, O.
ARGENVILLE Conch. tab. 2. f. M.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 9. f. 76.
MURRAY Fund. Test. tab. 1. f. 6.

Testa parum convexa, margine angulato; Dorsum longitudinaliter sulcatum, costis septem interjectis; Color albidus.

Long. 1. poll. lat. 8. lin.

Variat: α) testa depressa, costis acutis flexuosis.
β) vertice cuspidato, costis obtusis, nonnunquam geminatis.

Habitat ad Barbados, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad Bataviam, *Martini*.

PA-

PATELLA BARBARA.

Linn. S. N. Sp. 755. Muſ. L. U. pag. 690.

Germ. Die Mütze. *Belg.* Grasje.

Teſta angulata, coſtis undatis, tuberculatis.

KNORR Vergn. V. tab. 13. f. 5.

Teſta convexa; Ambitus ovatus; Margo inæqualiter angulatus; Dorſum coſtatum, coſtis viginti & pluribus undulatis, muricatis; Vertex ſubcentralis, acutiuſculus; Color pallide luteus.

Long. 2. poll. 4. lin. lat. 2. poll.

Patria ignota.

PATELLA PLICATA.

TAB. XVIII. f. 1.

Germ. Die Faltenpatelle. *Gall.* La Tete de Meduſe *Davila.*

Teſta angulata, coſtis obtuſis unduloſis, transverſim rugoſis.

TAB. XVIII. fig. 1.

KNORR Vergn. III. tab. 30. f. 1.
DAVILA Cat. I. tab. 3. f. D.

Teſta ovalis; Margo angulato-dentatus, dentibus circiter triginta; Coſtæ totidem dorſales undatæ, transverſim rugoſæ; Vertex ſubcentralis, obtuſus; Color albus maculis fuſcis.

Long. 2. poll. 6. lin. lat. 2. poll. 1. lin.

Habitat ad littora magellanica, *Davila.*

PATELLA GRANULARIS.

Linn. S. N. Sp. 756. Muf. L. U. pag. 691.

Germ. Die Festung. *Belg.* De Fortres *Gronov.* *Angl.* The Fortreffe. *Gall.* La Fortereffe *Davila.*

Tefta angulata, dorfo fquamis angulatis imbricato, fundo fufco.

Lister Hift. Conch. tab. 534. f. 13.
Gualtieri Teft. tab. 9. f. F.
Argenville Conch. tab. 2. f. G.
Hill Hift. of anim. tab. 7.
Regenfus Samml. I. tab. 9. f. 31.
Knorr Delic. nat. I. tab. B. V. f. 8.
— — Vergn. I. tab. 30. f. 2.
Martini Konch. Kab. I. tab. 9. f. 71.

Tefta convexa; Ambitus ovalis; Margo dentatus; Dorfum coftatum, fquamis imbricatim exafperatum, interjectis ftriis longitudinalibus; Color teftæ pallidus, fquamarum fulvus vel flavus, fundi fufcus.

Long. 3. poll. lat. 2. poll. 7. lin.

Habitat in Europa auftrali, *Linnæus;* ad Jamaicam, *Martini.*

PATELLA OCULUS.

Germ. Das Bocksaug. *Angl.* Goats Ey-Limpet *Da Cofta.* *Gall.* L'œil de bouc *Argenville.*

Tefta angulata, coftis carinatis, vertice fundoque albo.

Gualtieri Teft. tab. 9. f. H.
Argenville Conch. tab. 2. f. B.
Martini Konch. Kab. I. tab. 10. f. 86.
Da Costa Elem. tab. 2. f. 1.

Tefta ovalis; Margo inæqualiter dentatus; Dorfum convexum, fquamofum, coftis undulatis, carinatis, diftantibus notatum; Vertex obtufus; Color fufcus, fundo & vertice albo.

Long. 3. poll. 6. lin. lat. 3. poll.

Habitat ad Brafiliam, *Davila.*

PA-

PATELLA GRANATINA.

Linn. S. N. Sp. 757. Muf. L. U. pag. 691.

Germ. Das Körnerschild. *Belg.* Gedoornde Schottel *Gronov.* *Angl.* Warty-rib'd Cape-Limpet *Petiver.*

Tefta multifulcata, punctis elevatis muricata, margine dentato.

BONANNI Muf. Kirch. Cl. 2. f. 22.
LISTER Hift. Conch. tab. 536. f. 15.
PETIVER Gazoph. I. tab. 85. f. 11.
ARGENVILLE Conch. tab. 2. f. 24.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. tab. 8. f. 61.

Tefta convexa; Ambitus ovatus; Margo dentatus; Dorfum fulcatum, fulcis numerofis radiantibus punctisque eminentibus fcabrum; Color teftæ fundi & limbi fufcus, cavitatis albidus.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. poll. 3. lin.

Habitat in Europa auftrali, *Linnæus;* ad promontorium bonæ Spei, *Petiver*, *Martini.*

PATELLA CÆRULEA.

TAB. XVIII. f. 2.

Linn. S. N. Sp. 759.

Germ. Die blaue Napfschnecke.

Tefta inæqualiter fulcata, cavitate cærulefcente, margine fubangulato.

TAB. XVIII. fig. 2.

Tefta ovalis; Margo inæqualiter denticulatus; Dorfum convexum, fulcis inæqualibus radiantibus; Vertex fubcentralis; Color teftæ nigrefcens, cavitatis cæruleus oblique refplendens.

Long. 7. lin. lat. 5. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus.*

PATELLA MINIATA.

Germ. Der Sonnenſchirm. *Belg.* Geſtraalde Kapje. *Gall.* Le Paraſol *Davila.*

Teſta ovata; ſtriis inæqualibus decuſſatis, margine ſubangulato.

Lister Hiſt. Conch. tab. 537. f. 18. tab. 538. f. 21.
Knorr Vergn. V. tab. 8. f. 4—6. tab. 19. f. 2, 3.
Martini Konch. Kab. I. tab. 7. f. 52. tab. 8. f. 63.

Teſta ovata; Margo obſolete angulatus; Dorſum ſtriis longitudinalibus transverſisque decuſſatim ſtriatum; Vertex obtuſus, extra centrum locatus; Color albus, punctis minutis radiisque roſeis variegatus.

Long. 3. poll. 1. lin. lat. 2. poll. 5. lin.

Habitat in mari africano, *Martini.*

PATELLA COCHLEAR.

Tab. XVIII. f. 3.

Germ. Der Löffel. *Gall.* La Cuiller.

Teſta ovali, complanata, poſtice attenuata, margine ſubangulato.

TAB. XVIII. fig. 3.

Knorr Vergn. II. tab. 26. f. 3.

Teſta ovalis; Margo crenatus; Dorſum antice planiuſculum, poſtice attenuatum, utrinque compreſſum, ſtriatum ſtriis longitudinalibus inæqualibus; Cavitas poſtice canaliculata; Color albus, cavitatis macula lata purpureo-cæruleſcente.

Long. 2. poll. 1. lin. lat. 1. poll. 7. lin.

Patria ignota.

PA-

PATELLA PENTAGONA.

TAB. XVIII. f. 4, 5.

Germ. Der spanische Huth.

Testa pyramidata, subquinquangula, margine explanato inæquali.

TAB. XVIII. fig. 4, 5.

Testa pyramidata, angulis quinque obtusis, latere uno latiore; Basis explanata, quinquangula, crenata; Vertex centralis, obtusus; Color albîdus, fundi rubellus.

Long. a basi ad verticem lin. 10. lat. 1. poll.

Patria ignota.

III. MUCRONATÆ.

PATELLA UNGARICA.

Linn. S. N. Sp. 761.

Germ. Die Matrosenkappe. *Belg.* Zotskapje *Gronov.* *Angl.* Bonnet-Limpet *Pennant.* *Gall.* Bonnet de Dragon *Davila.*

Testa conica, vertice acuminato, revoluto.

BONANNI Mus. Kirch. Cl. 2. f. 13.
LISTER Hist. Conch. tab. 544. f. 32.
GUALTIERI Test. tab. 9. f. W.
KLEIN Meth. ostrac. tab. 8. f. 10.
GINANNI adriat. II. tab. 3. f. 24.
KNORR Vergn. VI. tab. 16. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 12. f. 107, 108.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 90. f. 147.

Testa solida, alba; Ambitus ovatus; Margo acutus, integer; Dorsum longitudinaliter striatum, læve; Vertex acuminatus, spiraliter revolutus; Color pallidus, epidermidis griseus.

Long. 2. poll. lat. 2. poll. 1. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; in adriatico, *Ginanni*; ad Barbados, *Lister*; ad Angliæ littora, *Pennant.*

PATELLA DEFLEXA.

Germ. Die einseitige Napfschnecke.

Testa ovata, longitudinaliter sulcata, vertice dextrorsum curvato.

Abhandl. Böhm. priv. Gesellsch. IV. tab. 1. f. 9, 10.

Testæ ambitus ovatus; Dorsum fornicatum, utrinque compressum, longitudinaliter sulcatum; Vertex obtusus, compressus, in latus dextrum decurvatus; Color fuscus, striis radiantibus, fundo albo.

Long. 5. lin. lat. 4. lin.

Patria ignota.

PATELLA MAMMILLARIS.

Linn. S. N. Sp. 763.

Germ. Die Kopfpatelle.

Testa integra, conica, striata, vertice reflexo lævi.

Lister Hist. Conch. tab. 537. f. 17.
Klein Meth. ostrac. tab. 8. f. 1.
Martini Konch. Kab. I. tab. 7. f. 58, 59.

Testa conica; Ambitus ovatus; Dorsum longitudinaliter striatum, striis filosis undulatis æqualibus; Vertex reflexus, subcentralis; Color fuscus albo-radiatus, fundo albido.

Long. 8. lin. lat. 7. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; in africano, *Lister*.

PATELLA TRICARINATA.

Tab. XVIII. f. 6.

Linn. S. N. Sp. 764.

Germ. Die dreykielige Napfschnecke.

Testa reticulato-striata, antice tricarinata, vertice subcentrali recurvo.

TAB. XVIII. fig. 6.

Testa utrinque conpressa, postice retusa, albida, longitudinaliter sulcata, filis transversis intertextis; Dorsum antice carinis tribus obtusis angulatum; Vertex recurvus, prope centrum locatus; Color albidus; Cavitas nitida viridescens, sub carinis sulcis tribus notata.

Long. 7. lin. lat. 4. lin.

Patria ignota.

PATELLA PECTINATA.

Tab. XVIII. f. 7.

Linn. S. N. Sp. 765.

Germ. Die Kammpatelle.

Testa integra, ovata, membranacea, squamis imbricatis, vertice reflexo submarginali.

TAB. XVIII. fig. 7.

Testa tenuis, subpellucida seu membranacea, convexa, ovalis; Dorsum sulcis longitudinalibus, alternatim æqualibus, exaratum, & squamis fornicatis imbricatis exasperatum; Vertex reflexus, margini propior quam centro; Margo crenatus, acute denticulatus; Color extus nigrescens, vertice detrito albo.

Long. 11. lin. lat. 8. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*.

TAB. XVIII. f. 8.

PATELLA LUTEA.

Linn. S. N. Sp. 766. Muſ. L. U. pag. 692.

Germ. Der gelbe Huth.

Teſta integra, ovali, ſtriata, vertice ſubmarginali, reflexo, mucronato.

TAB. XVIII. fig. 8.

Teſta oblongo-ovalis; Dorſum longitudinaliter ſtriatum ſtriis alternatim minoribus, transverſim fibris tenuiſſimis raris decuſſatum; Margo æqualis, integer; Vertex inter centrum & marginem poſitus acuminatus, reflexus, potiſſimum detritus; Color fuſco-luteus, fundo albo.

Long. 1. poll. lat. 8. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

IV. INTEGERRIMÆ, VERTICE OBTUSO.

TAB. XVIII. f. 9.

PATELLA PELLUCIDA.

Linn. S. N. Sp. 770.

Germ. Die Glaspatelle. *Angl.* The transparent Limpet *Pennant.*

Teſta obovata, integerrima, membranaceo-pellucida, radiis longitudinalibus cæruleis.

TAB. XVIII. fig. 9.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 543. f. 27.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 90. f. 150.

Teſta membranacea, pellucida, glabra; Ambitus ovatus; Margo integerrimus; Dorſum convexum, utrinque compreſſum; Vertex obtuſus, poſticus; Color fuſcus, radiis dorſalibus cæruleis a vertice ad marginem ductis.

Long. 5. lin. lat. 4. lin.

Demonſtrat hæc teſta colorem cæruleum in cochleis quoque exiſtere.

Habitat ad littora maris mediterranei & norvegici, *Linnæus;* Angliæ, *Liſter*, *Pennant.*

PA-

PATELLA TESTUDINARIA.

Linn. S. N. Sp. 771. Muf. L. U. pag. 693.

Germ. Der Schildkrötennapf. *Belg.* Getygerd Schild *Gronov.* *Gall.* Bouclier de Tortue *Davila.*

Tefta integerrima, ovata, glabra, fufco - maculata.

LISTER Hift. Conch. tab. 531. f. 9.
ARGENVILLE Conch. tab. 2. f. P.
KNORR Vergn. I. tab. 21. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 6. f. 45—48.
WALCH Naturf. VIII. tab. 4. f. 2, 3.

Tefta ovata, glabra; Margo integerrimus; Dorfum nonnunquam ftriatum, ftriis radiantibus latis, fæpe obfoletis; Vertex obtufiufculus, lateralis; Cavitas margaritacea, ftriis tenuiffimis radiata; Color fufco-maculatus.

Long. 1. poll. 11. lin. lat. 1. poll. 7. lin.

Teftæ juniores complanatæ, carneæ, fubpellucidæ funt, adultæ vero craffæ, opacæ, convexæ.

Habitat in Africa, *Statius Müller;* in Indiis, *Davila.*

PATELLA RADIATA.

TAB. XVIII. f. 10.

Germ. Die Strahlpatelle.

Tefta integerrima, ovata, ftriata, vertice radiisque fufcis.

TAB. XVIII. fig. 10.

Tefta ovata, glabra; Dorfum convexum, nitidum, longitudinaliter denfe ftriatum, fafciisque latis undecim radiatum; Vertex acutiufculus fubcentralis; Color teftæ albidus, verticis radiorumque fufcus, cavitatis margaritaceus.

Long. 11. lin. lat. 10. lin.

Patria fors eadem cum præcedenti? cui maxime affinis eft.

PATELLA COMPRESSA.

Linn. S. N. Sp. 772.

Germ. Der Strohhut. *Belg.* Geele Kapje. *Gall.* Le Bateau.

Testa integerrima, oblonga, striata, dorso utrinque compresso.

Lister Hist. Conch. tab. 541. f. 25.
Knorr Vergn. VI. tab. 28. f. 1.
Walch Naturf. VIII. tab. 4. f. 1.

Testa ovata, elliptica; Margo integerrimus, antice posticeque hians; Dorsum convexum, utrinque compressum, a vertice ad marginem longitudinaliter striatum, læve; Vertex obtusus, lateralis; Color flavescens, cavitate alba.

Long. 3. poll. lat. 1. poll. 6. lin.

Habitat in India orientali, *Knorr;* in America, *Statius Müller.*

Tab. XVIII. f. 11.

PATELLA RUSTICA.

Linn. S. N. Sp. 773. Mus. L. U. pag. 694.

Germ. Die Bauernkappe. *Belg.* De Schuitje *Gronov.*

Testa integerrima, conica, sulcato-striata, obtusa.

TAB. XVIII. fig. 11.

Gualtieri Test. tab. 8. f. P. tab. 9. f. C.
Martini Konch. Kab. I. tab. 5. f. 35. tab. 6. f. 43.
Da Costa Elem. tab. 1. f. 1, 2.

Testa ovata; Margo integer; Dorsum conico-convexum, sulcatum, striisque interjectis radiatum; Vertex obtusus, vix non centralis; Color lutescens maculis fulvis, cavitate albida, lævi, nitente.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 1. poll. 5. lin.

Affinis Patellæ cæruleæ, a qua colore, sulcis tenuissime striatis, margine non eroso, fundoque albo differt.

Habitat ad littora Lusitaniæ, *Martini.*

PA-

PATELLA FUSCA.

Linn. S. N. Sp. 774. Muſ. L. U. pag. 694.

Germ. Die Trinkſchale. *Gall.* L'Entonnoir *Davila.*

Teſta ovata, multiſulcata, cavitate margaritacea, fundo fuſco.

BONANNI Recr. Cl. 1. f. 4.
KNORR Vergn. IV. tab. 9. f. 1, 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 5. f. 40.

Teſta ovata; Margo crenatus; Dorſum ſulcis inæqualibus radiatum; Vertex obtuſus, ſubcentralis; Superficies externa fuſca, nitida, interna margaritacea, fundo fuſco nitente.

Long. 2. poll. 8. lin. lat. 2. poll.

Habitat in Indiis, *Bonanni;* ad littora ſinus magellanici, *Davila.*

V. PERFORATÆ.

PATELLA FISSURA.

Linn. S. N. Sp. 778. TAB. XVIII. f. 12.

Germ. Die Spalte. *Gall.* Lepas fendu. *Angl.* Slit-Limpet *Pennant.*

Teſta ovata, reticulato-ſtriata, antice fiſſa, vertice centrali.

TAB. XVIII. fig. 12.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 543. f. 28.
PETIVER Gazoph. I. tab. 75. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 12. f. 109, 110.
MÜLLER Zool. Dan. I. tab. 24. f. 7—9.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 90. f. 152.

Teſta ovalis, tenuis, pellucida; Dorſum ſulcatum, fibris transverſis intertextum, poſtice compreſſum, antice a margine ultra tertiam altitudinis partem longitudinaliter fiſſum, carinatum carina unica, a vertice ad marginem producta; Margo crenulatus; Vertex revolutus.

Long. 5. lin. lat. 4. lin.

Caput mollufci fiffuræ adjacet (a).

Habitat in mari mediterraneo, *Statius Müller*; ad Angliæ littora, *Lifter*, *Pennant*; prope Algiriam, *Linnæus*; in fundo finus dröbachienfis Daniæ, fupra faxa, ac in coralliis maris norvegici, *Otto Müller*.

(a) Otto Müller Zool. Dan. Defcriptio Vol. I. pag. 51.

PATELLA GRÆCA.

Linn. S. N. Sp. 780.

Germ. Das Runzelgitter. *Belg.* Griekfche Tregter *Gronov.* *Angl.* Thimble Limpet *Petiver.* *Gall.* Le Treillis *Davila.*

Tefta ovali, coftata, decuffatim ftriata, vertice pertufo, foramine oblongo.

BONANNI Recr. Cl. 1. f. 6.
LISTER Hift. Conch. tab. 527. f. 1.
KLEIN Meth. oftrac. tab. 8. f. 3.
GUALTIERI Teft. tab. 9. f. N.
ARGENVILLE Conch. tab. 2. f. I.
ADANSON Seneg. tab. 2. f. 7.
REGENFUS Samml. I. tab. 2. f. 23.
KNORR Vergn. I. tab. 30. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 11. f. 98, 99.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 89. f. 153.

Tefta ovalis, convexa; Margo crenatus, infra verticem utrinque arcuatus; Dorfum a vertice ad bafin coftatum, coftis deorfum craffioribus, ftriisque transverfim decuffatis; Vertex retro centrum pertufus foramine oblongo; Color cinereus aut albus, fafciis longitudinalibus viridefcentibus.

Long. 2. poll. 1. lin. lat. 1. poll. 2. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*; ad Angliæ littora, *Pennant*; ad Barbados & Jamaicam; *Lifter*; ad Goream Africæ, *Adanfon*.

PA-

PATELLA NIMBOSA.

Linn. S. N. Sp. 781.

Germ. Das Strahlgitter. *Belg.* Geſtraalde Tregter *Gronov.*

Teſta ovata, longitudinaliter ſulcata, transverſim ſtriata, vertice perforato.

Bonanni Recr. Cl. 1. f. 3.
Lister Hiſt. Conch. tab. 528. f. 4.
Gualtieri Teſt. tab. 9. f. Q, R, S, T.
Argenville Conch. tab. 2. f. C.
Adanson Seneg. tab. 2. f. 6.
Martini Konch. Kab. I. tab. 11. f. 91, 92. tab. 12. f. 105.

Teſta ovata; Margo æqualis, in cavitate crenulatus; Dorſum convexum, longitudinaliter ſulcatum & ſtriis transverſis decuſſatum; Vertex ſubcentralis, perforatus; Color flaveſcens.

Long. 1. poll. lat. 8. lin.

Habitat in Europa auſtrali & America, *Linnæus*; ad littora Africæ, *Adanſon.*

PATELLA NODOSA.

Germ. Das Knotengitter. *Belg.* Wart-ripd Limpet *Petiver.*

Teſta ovata, ſulcata, coſtis nodoſis, vertice perforato.

Lister Hiſt. Conch. tab. 528. f. 6.
Petiver Gazoph. I. tab. 153. f. 5.
Martini Konch. Kab. I. tab. 11. f. 94.

Teſta convexa, ovata; Margo dentatus; Dorſum longitudinaliter ſulcatum, coſtis intermediis elevatis nodoſis; Vertex ſubcentralis, pertuſus foramine oblongo ſinuato; Fundus cavitatis albæ circa foramen calloſus.

Long. 1. poll. lat. 8. lin.

Habitat ad Barbados, *Liſter.*

DENTALIUM.

Linn. Syst. Nat. Gen. 332.

Germ. Die Zahnschnecke. *Belg.* Pypagtige Kooker *Oudaan.* *Angl.* Tooth-Shell *Pennant.* *Gall.* Dentale. *Argenville.* *Dan.* Soetanden *Brunnich.*

Testæ conico-tubulosæ, liberæ & utrinque perviæ alterum Univalvium genus, quod spiræ expers est, constituunt. Variant Dentalia tubulis rectis aut incurvis, magnitudine & superficie sulcata, striata, annulata, vel lævi.

Vermis testas dentiformes inhabitantis caput pyramidatum, tentaculis destitutum, in apice os habet & collari circumdatur subtus fimbriato; Corpus teres, ligamento tenuissimo affixum, intra testam latet, subtusque pedem aut pedis vices agentem partem carnosam exserit, quam in varias formas contrahit aut dilatat, ut sese sabulo immergat, fluctuumque impetui resistat [a]. Cum Dentalia operculo careant, quo apertura prominens claudatur, intra domicilium suum tubulosum sese retrahit molluscum & abscondit, dum insidias suspicatur.

Dentalia perpendiculariter vel oblique sabulo immersa ad littora maris minus æstuosi solitariam vitam agunt.

(a) Argenville Zoomorph. pag. 24. tab. 1. f. 5.



DENTALIUM ELEPHANTIUM.

Linn. S. N. Sp. 783. Muſ. L. U. pag. 699.

Germ. Der Elephantenzahn. *Belg.* Olyphants-Tand *Rumph.* *Angl.* Elephants-Tooth *Petiver.*
Gall. Dentale *Davila.*

Teſta decemangula, ſubarcuata, ſtriata.

BONANNI Recr. Cl. 1. f. 8.
LISTER Hiſt. Conch. tab. 547. f. 1.
RUMPH amboin. tab. 41. f. I.
PETIVER amboin. tab. 16. f. 33.
GUALTIERI Teſt. tab. 10. f. I.
ARGENVILLE Conch. tab. 3. f. H.
KNORR Vergn. I. tab. 29. f. 3.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 1. f. 5. A.
MÜLLER Linn. Naturſyſt. VI. tab. 1. B. f. 1.

Teſta tubularis, ſubarcuata, continua, ſolida, ponderoſa, angulata, ſtriis novem vel decem longitudinalibus elevatis; Apex attenuatus, prope baſin præcipue viridis, apice albo.

Long. 3. poll. lat. 4. lin.

Habitat in oceano europæo & indico, *Linnæus*; ad littora Siciliæ, *Martini*; ad Amboinam, *Rumph.*

DENTALIUM STRIATUM.

Germ. Das geſtreifte Zähnchen. *Angl.* The ſtriated Tooth-Shell *Hill.*

Teſta octangula, ſubarcuata, denſe ſtriata.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 547. f. 3.
GUALTIERI Teſt. tab. 10. f. G.
HILL Hiſt. of anim. tab. 7.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 1. f. 5. B.

Differt a præcedenti craſſitie minore & ſtriis denſis numeroſis.

Long. 2. poll. 9. lin. lat. baſeos 2. lin.

Habitat ad littora Siciliæ, *Martini.*

TAB. XVIII. f. 13.

DENTALIUM DENTALIS.

Linn. S. N. Sp. 785.

Germ. Der Wolfszahn. *Gall.* La Dent de Loup *Davila.*

Testa subarcuata, longitudinaliter sulcata, tenui, rubella.

TAB. XVIII. fig. 13.

RUMPH amboin. tab. 41. f. 6.

Testa tubularis, tenuis, subarcuata, secundum longitudinem striis viginti exarata; Apex valde acuminatus; Color rubellus.

Long. 1. poll. 2. lin. lat. 1. lin.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus;* ad Amboinam, *Rumph.*

DENTALIUM ENTALIS.

Linn. S. N. Sp. 786. Mus. L. U. pag. 697.

Germ. Der Hundszahn. *Belg.* Witte Wolfstand *Gronov.* *Angl.* The Dog-Tooth Shell *Petiver.* *Gall.* Antale *Davila.*

Testa subarcuata, lævissima.

BONANNI Recr. Cl. 1. f. 9.
LISTER Hist. Conch. tab. 547. f. 2.
PETIVER Gazoph. I. tab. 65. f. 9.
GUALTIERI Test. tab. 10. f. E.
ARGENVILLE Conch. tab. 3. f. K, K.
JANUS PLANCUS Conch. tab. 2. f. 2.
GINANNI adriat. II. tab. 1. f. 2.
KNORR Vergn. I. tab. 29. f. 4.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 1. f. 1, 2.
PENNANT Brit. Zool. Cl. V. tab. 90. f. 154.

Testa tubularis, teres, subarcuata, continua, glabra; Apex subulatus; Color albus, apice rubescente.

Long. 1. poll. 7. lin. lat. 2. lin.

Habitat in oceano europæo & indico, *Linnæus;* in Suecia, *Faun. Suec.* in Anglia, *Lister*, *Pennant;* ad littora Persiæ, *Martini.*

DEN-

DENTALIUM POLITUM.

Linn. S. N. Sp. 788.

Germ. Der Polierzahn. *Belg.* Gepolyste Tand *Gronov.*

Testa subarcuata, striis annularibus confertissimis.

GUALTIERI Test. tab. 10. f. F.
MARTINI Konch. Kab. 1. tab. 1. f. 3. A.

Testa tubularis, teres, subarcuata, continua, striis transversis seu annularibus innumeris cincta; Vertex subulatus; Color lacteus.

Long. 1. poll. 10. lin. lat. 1. lin.

Habitat in Indiis, *Davila.*

SERPULA.

Linn. Syst. Nat. Gen. 333.

Germ. Die Röhrenschnecke. *Belg.* Wormagtige Kooker *Oudaan.* *Angl.* Worm-Shell *Huddesford.* *Gall.* Vermiculaires *Davila.* *Dan.* Ormöret *Brunnich.*

Agmen Conchyliorum claudit Serpula. Vermium enim tubulicolarum Teredinis & Sabellæ genera, ab Ill. Linnæo Univalvium ordini inserta, inter mollusca testacea locum non merentur, cum ambo testa calcaria destituantur. Veniunt Serpulæ nomine testæ calcariæ tubulosæ, versus inferiorem extremitatem sensim attenuatæ, varium in modum contortæ aut flexuosæ, ita ut nunquam fere tubuli perfecte sibi similes occurrant, si species nonnullas minutas [a] excipias. Mentiuntur Serpulæ quædam spiram regularem, aliæ superficie muricata variant, omnes cavitate gaudent vel continua, vel isthmis intercepta; Concamerationum vestigium nullum in superficie Serpulæ polythalamiæ apparet, nec determinata proportione inter se differunt isthmi imperforati, a

quorum uno ad alterum, cum nullus pateat aditus, concludimus: Molluſcum unum tantum eumque ſupremum loculum occupare, ceteris omnibus vacuis. Quod quidem eum in finem fieri arbitratur Gualtierius [b], ne, cum limo, ſaxis, ſcopulisque exeſis teſta ſua affixum & immobile hæreat animal, ab iſtis vinculis aliisque caſibus aliquando oppreſſum pereat. Auget igitur tubulum ſuum & cum totum corpore ſuo implere nequeat, domicilii partem novo diſſepimento obſtruit, hocque modo, propriæ ſuæ œconomiæ proſpiciens, facilius eſcam capit, liberoque commercio cum aqua fruitur.

Incolunt tubulos hos calcarios animalcula marina, fabrica corporis longe diverſa; Sic enim Serpula lumbricalis, docente Adanſonio [c] hoſpitem e Limacum familia continet, quo & Serpulam anguinam referendam eſſe exiſtimat Cl. Pallaſius [d]. Serpula arenaria [e], ex authorum ſententia, nullo modo a Teredine navali differt; Serpula vero Penis, ex teſta ſolum nobis cognita, tantam cum hisce Teredinum ſpeciebus ſimilitudinem prodit, ut iisdem jure adjungi debere videatur.

Diſtinctum ab his, eumque genuinum Serpulæ incolam exhibet Cl. Pallas [f], & illis tantum calcariis tubulis Serpulæ nomen adpropriari poſſe opinatur, qui molluſco Serpulæ ſuæ giganteæ conveniunt.

Prolixam ſatis & exactam vermis hujus deſcriptionem hic ne repetere, aut ex faſciculis zoologicis ſummi obſervatoris, in re naturali hodie principis, Pallaſii [g], qui in omnium naturæ ſcrutatorum manibus ſunt, exſcribere cogamur, eo lectorem relegamus, idque hic tantum addere lubet: Animal Serpulæ, vix ac ne vix quidem teſtæ leviter adnatum, in tubulo ſuo liberum vivere, nunquam tamen eundem derelinquere.

Plerumque in communione quadam vivunt tubuli hi teſtacei, variæque earum ſpecies ſimul reperiuntur, in maſſas ſæpe majores conglomeratæ; Alii in littore arenoſo nidulantur; Plurimi glutine quodam proprio, ut Reaumurius [h] explicat, ſeſe affigunt variis corporibus, aut ſcopulorum latebras inhabitant.

Serpulæ filogranæ, quam jure corallificam diceres, compoſita ſtructura, & vegetatio coralloidea Serpularum genus cum milleporis committere, adeoque Teſtacea nova cum Zoophytorum

ordine

ordine affinitate jungere videtur, quæ jam per Tubularias ſatis inſignis eſt. Firmat conſanguinitatis hujus vim polyporum in Millepora truncata ſtructura, a Cl. Donati olim obſervata; Hi nempe tubam exactiſſime talem poris corallii operculatis exſerunt, qualis in omnibus Serpulis loco oris obſervatur (i).

(a) Serpulæ ſeminuli, planorbis, ſpirilli, & ſpirorbis figuram conſtanter regularem eſſe innuit Linnæus S. N. edit. XII.

(b) Index Teſtac. obſervat. ad tab. X. f. L, L.

(c) Hiſt. natur. du Seneg. pag. 162. tab. 11. f. 1. Vermet.

(d) Miſcell. Zool. faſcic. X. pag. 140.

(e) Serpula polythalamia Linn. edit. XII.

(f) Miſcell. Zool. Tom. I. tab. X. f. 2—10.

(g) L. c. faſc. X. pag. 142.

(h) Memoir. de l'Acad. de Paris année 1711 pag. 167.

(i) Pallas Elench. Zooph. 240.



Tab. XVIII. f. 14.

SERPULA TRIQUETRA.

Linn. S. N. Sp. 795. Muſ. L. U. pag. 698.

Germ. Die dreyeckige Röhre. *Gall.* Vermiculaire blanc & triangulaire *Davila.* *Angl.* Angular Serpula *Pennant.*

Teſta tubuloſa, tereti, repente flexuoſa, adnata, latere ſuperiore carinato.

TAB. XVIII. fig. 14.

Gualtieri Teſt. tab. 10. f. P.
Baster Subſec. I. tab. 9. f. 2.

Teſta tenuis, teres, repens, repando-flexuoſa, ſupra carinata, orificio circulari explanato, extremitate inferiore clauſa & adnata plantis marinis, teſtis, zoophytis, variisque corporibus; Color pallide roſeus.

Diamet. apert. 3. lin.

Inſidet ſpecimen noſtrum Echino ſpatago, cujus omnem ſuperficiem occupat.

Obſervat Gunnerus teſtas has primum cæruleſcentes, & vitri inſtar pellucidas, dum albas & ſubpellucidasque reddi, cum diutius ſolis radiis expoſitæ fuerint [a].

Habitat in oceano, *Linnæus;* in mari Sueciæ, *Faun. Suec.* in danico, *Otto Müller;* norvegico, *Gunnerus;* anglico, *Pennant.*

(a) Acta Nidroſ. Tom. IV. Diſſert. 3. §. 9.

SERPULA FILOGRANA.

Linn. S. N. Sp. 797.

Germ. Die Flechtenröhre. *Belg.* Gevlogtene Wormpyp *Gronov.*

Teſtis capillaribus, faſciculatis, ramoſo-glomeratis, confluentibus.

Janus Plancus Conch. App. tab. 19. f. A.
Seba Theſ. III. tab. 100. f. 8.
Nov. Comment. Petrop. VII. tab. 16. f. 3.

Teſtæ

Testæ capillares, aut filiformes, fasciculatim implexæ, quarum fasciculi ramosi in glomeres celluloso-clathratos contexti esse solent. Serpula hæc passim Zoophytis adnumerata fuit, sed a Linnæo in Testaceorum classem relata; Color albidus.

Diamet. $\frac{1}{2}$. lineæ & minor.

Echini esculenti pabulum esse, & animalcula extremitatum osculis exseri observavit Janus Plancus.

Habitat in mari mediterraneo, *Linnæus*, *Janus Plancus*, *Pallas*.

SERPULA CONTORTUPLICATA.

Linn. S. N. Sp. 799. Mus. L. U. pag. 698.

Germ. Der Fischdarm. *Gall.* L'Assemblage des bojaux. *Angl.* Twined Serpula *Pennant*.

Testa tereti, transversim rugoso-striata, repando inflexa & contortuplicata.

RONDELET Test. cap. 5.
BONANNI Recr. Cl. 1. tab. 20. f. G.
ARGENVILLE Conch. tab. 4. f. D.
GINANNI adriat. II. tab. 2. f. 12.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 3. f. 24. A.

Testa teres, transversim rugulosa, per varios anfractus instar lumbrici contortuplicati conglamerata; Color albidus.

Diamet. tubul. 2. lin.

Habitat in oceano europæo, *Linnæus*; in mari mediterraneo & sinu veneto, *Davila*; in adriatico, *Ginanni*; in anglico, *Pennant*.

SERPULA GLOMERATA.

Linn. S. N. Sp. 800. Mus. L. U. pag. 699.

Germ. Der Vogeldarm. *Belg.* Gekluwende Wormpypen *Gronov.* *Gall.* Bojaux des oiseaux.

Testa decussatim striata, contorta, glomerata.

BONANNI Recr. Cl. 1. f. 20. E.
GUALTIERI Test. tab. 10. f. T.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 3. f. 23.
DA COSTA Elem. tab. 2. f. 6.

Testa subtereti, contorta, conglomerata, superficie laevi, decussatim striata; Color luteo-rufescens.

Diamet. tubul. $1\frac{1}{2}$. lin.

Serpula haec saepe in majorem molem coalescens a Cl. Mercati in metallotheca vaticana [a] Alcyoniis adnumeratur; Lancisius vero eandem recte Testaceorum classi restituit.

Habitat in oceano europaeo, *Linnaeus;* in mari suecico, *Faun. Suec.* in danico, *Otto Müller;* in mari siculo, *Martini.*

(a) L. c. pag. 109.

SERPULA LUMBRICALIS.

Linn. S. N. Sp. 801. Mus. L. U. pag. 699.

Germ. Die Hornschlange. *Belg.* Hoornslangetje *Gronov.* *Gall.* Villebrequin *Davila.* *Angl.* Spiraly twisted Wormshell *Huddesford.*

Testa tereti, flexuosa, apice spirali, acuto.

α) Solitaria.

BONANNI Recr. Cl. 1. f. 20. D.
LISTER Hist. Conch. tab. 548. f. 1.
RUMPH amboin. tab. 41. f. 1.
PETIVER amboin. tab. 22. f. 1.
GUALTIERI Test. tab. 10. f. Q, V.
ARGENVILLE Conch. tab. 4. f. I.
GINANNI adriat. II. tab. 2. f. 14.
DAVILA Cat. I. tab. IV. f. G.
KNORR Vergn. II. tab. 13. f. 1.
— — — IV. tab. 17. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 2. f. 12. B.

β) Testis aggregatis.

ADANSON Seneg. tab. 11. f. 1.

Testa teres, versus apicem obsolete angulata, & sensim angustior; Apex spiralis, cochleae instar pyramidatus; Anfractus versus apicem contigui, ceterum elongati & remoti, longitudinaliter striati; Color corneus.

Diamet. $2\frac{1}{2}$. lin.

Mol-

Molluſcum animalis Baſterus (a) accuratius determinavit.

Habitat in Indiis, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; in inſula Gorea Africæ, *Adanſon*; in mari adriatico, *Ginanni*.

(a) Opuſc. Subſec. Tom. I. pag. 80.

SERPULA POLYTHALAMIA.

Linn. S. N. Sp. 802.

Germ. Die Sandpfeife. *Belg.* Zand-pyp *Rumph.* *Gall.* Le Cierge *Davila.* *Angl.* The chambered Vermiculus *Da Coſta.*

Teſta ponderoſa, tereti, flexuoſa, bifurcata.

RUMPH amboin. tab. 41. f. D, E.
SEBA Theſ. III. tab. 94.

Teſta ponderoſa, craſſa, rudis, flexuoſa, extremitate anguſtiore, quæ in tubulos duos divergentes tenuiores & deciduos abit; Color albus.

Long. 2. ped. 10. poll. diamet. 2. poll.

Deſunt in ſpecimine noſtro tubuli retractiles, &, ut jam ab aliis obſervatum eſt, facile decidui.

Habitat in Indiis, *Linnæus*; ad inſulam Ceram, *Rumph*; in mari mediterraneo, *Davila*.

SERPULA ARENARIA.

Linn. S. N. Sp. 803. Muſ. L. U. pag. 700.

Germ. Der Ochſendarm. *Belg.* Hondsdarm *Rumph.* *Angl.* Ovenshell *Petiver.*

Teſta ſupra angulata, ſubtus planiuſcula.

BONANNI Recr. Cl. 1. f. 20. B.
RUMPH amboin. tab. 41. f. L.
GUALTIERI Teſt. tab. 10. f. L, N.
ARGENVILLE Conch. tab. 4. f. H.
ADANSON Seneg. tab. 11. f. 5.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 3. f. 19. A.

Teſta curvata, ſupra angulata ſeu obtuſe carinata, extrorſum ſenſim latior, ſubtus planiuſcula, vix non regulariter intorta; Apex difformis, tenuis; Superficies lævis, vel ſtriato-rugoſa; Color albidus, corneus, aut fuſcus.

Diamet. 9. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus*; ad Amboinam, *Rumph*; ad promontorium viride Africæ, *Adanſon.*

Tab. XVIII. f. 15.

SERPULA ANGUINA.

Linn. S. N. Sp. 804. Muſ. L. U. pag. 701.

Germ. Der Hühnerdarm. *Belg.* Geſpleede Hoender-Darm *Gronov.* *Angl.* Fiſſurated Wormshell *Huddesford.* *Gall.* Tire-bourres *Davila.*

Teſta tereti, lævi, rima longitudinali, apice cylindrico, ſpirali.

TAB. XVIII. fig. 15.

LISTER Hiſt. Conch. tab. 548. f. 2.
RUMPH amboin. tab. 41. f. 2.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 2. f. 13.

Teſta tubuloſa, teres, longitudinaliter ſulcata, fiſſura media continua; Apex ſpiralis, ſubcylindricus; Anfractus ſubcontigui; Color albidus.

Diamet. 5. lin.

Habitat in Indiis, *Linnæus*, *Pallas*; ad Amboinam, *Rumph.*

Tab. XVIII. f. 16.

SERPULA MURICATA.

Germ. Die Stachelröhre.

Teſta angulato-muricata, rima longitudinali, ſubarticulata.

TAB. XVIII. fig. 16.

BONANNI Muſ. Kirch. Cl. 1. f. 20. F.
RUMPH amboin. tab. 41. f. H.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 2. f. 13. B.

Teſta

Testa tubulosa, angulata, irregulariter spiralis, longitudinaliter striata, striis elevatis decem, quas squamæ concavæ tegunt; Fissura media longitudinalis, subarticulata; Color rubellus.

Diamet. 4. lin.

Linnæo varietas tantum Serpulæ anguinæ est, nobis vero ob testam semper muricatam distinguenda videtur.

Patria eadem cum præcedenti?

SERPULA GIGANTEA (a).

Germ. Die Zahnröhre.

Testa tubulosa, subtriquetra, orificio dente unico armato.

PALLAS Miscell. Zool. X. tab. 10. f. 3.

Testa tubolosa, solida, subflexuosa, ab orificio lente attenuata, subtriquetra; Latus inferius adnatum, planum; Costa longitudinalis obsoleta, obtusa, dorsum percurrit, & ultra orificium producitur, ubi in dentem majorem, conicum, subulatum abit, a quo margo tubi versus adnatum latus convexe descendit; Cavitas ubique perfectissime circularis, lævis, glabra, in orificio striis tenerrimis undulatis scabra; Color violaceus.

Long. 4. poll. lat. 6. lin.

Specimen Musei Madreporæ agariciti adcrevit.

Habitat in mari insulas caribæas adluente, & in Coralliis frequenter occurrit, *Pallas*.

(a) A Cl. Pallasio l. c. una cum hospite primum descripta.

SERPULA PENIS.

Linn. S. N. Sp. 806. Mus. L. U. pag. 702.

Germ. Die Gießkanne. *Belg.* Venus-Schaft *Rumph.* *Angl.* The wattering Pot *Huddesford.* *Gall.* L'Arrosoir *Davila.*

Testa tereti, extremitate latiore radiata, disco poris cylindricis pertuso.

BONANNI Mus. Kirch. Cl. 1. f. 38.
LISTER Hist. Conch. tab. 548. f. 3.

RUMPH amboin. tab. 41. f. 7.
VALENTIN Abhand. tab. 10. f. 87.
PETIVER amboin. tab. 21. f. 17.
GUALTIERI Teſt. tab. 10. f. M.
ARGENVILLE Conch. tab. 3. f. 9.
KNORR Vergn. IV. tab. 28. f. 1.
— — — VI. tab. 40. f. 1.
MARTINI Konch. Kab. I. tab. 1. f. 7.
Berlin. Beſchäft. II. tab. 11. f. 1—5.
MÜLLER Linn. Naturſyſt. VI. 1. B. tab. 19. f. 3.
DA COSTA Elem. tab. 2. f. 8.

Teſta cylindrica, lævis; Extremitas latior flore quaſi radiato terminata, radio patente ſtriato, velut e filis ramoſis tubuloſis conſtructo; Diſcus hemiſphæricus, perforatus poris numeroſis, parvis, cylindricis, eminentibus, æqualibus; Stigma in tubo ſub umbone ad alterum latus didymum, convexum, cinctum areola didyma compreſſa.

Long. 6. poll. diamet. diſci 1. poll.

Habitat ad littora Coromandel & Amboinæ, *Rumph*, *Davila*, *Martini*; ad Javam, *Linnæus*.



TE-

TESTACEORUM MUSEI

INDEX LATINUS.

Murex-

Trochus

INDEX GERMANICUS.

Glas-

Nadel,

INDEX BELGICUS.

Kasket,

Rood-

INDEX ANGLICUS.

Mactra

INDEX GALLICUS.

Scorpion

F I N I S.

VIENNÆ,

LITTERIS GEROLDIANIS.


4.
1.
2.
5.
6.
3.
7.
8.
Fr. Fuxeder pinx.
C. Schütz sc. Vien. 1770.

8. Tellina punicea, Lk. 21.

9. Tellina planata, Lk. 20.


10. Tellina pulchella, Lk. 23.

11.
12. Tellina sulphurea, Lk. 11.


17. 18. Cardium cardissa, Lk. n°. 4. Tom. 5. p. 16.


15.
6.
16.
7.
1.
2.
12.
14.
13.
3.
4.
9.
17.
8.
18.
11.
5.
10.
C. Schutz

Tab. 3.





5.
2.
1.
6.
9.
10.
11.
8.
12.
13.
7.
4.
3.
C Schutz


6.
12.
7.
13.
5.
14.
10.
11.
2.
4.
3.
8.
1.
9.
C. Schütz


Tab. 6.




J. Adam fecit.


6.
3.
7.
10.
11.
5. a
2.
1.
5. b.
4.
9.
13.
8.
12.
14.
J. Adam fecit.


T. 8. II.




5
6
7
8
11
12
9
10
1
3
4
2
19
20
17
18
14
13
16
15



C. Schütz


1.
6.
7.
2.
14.
15.
10.
5.
11.
8.
9.
16.
12.
13.
19.
20.
3.
4.
17.
18.
C. Schütz


1.
7.
8.
2.
15.
16.
3.
4.
21.
5.
6.
19.
11.
12.
20.
22.
13.
14.
9.
10.
17.
18.
23.
24.
25.
26.

. 4. Cyclostoma Cuvieri, Petit. (Turbo Carinatus, Born, p. 353.)

, 6. Cyclostoma Labeo. Lam. 9.

7.

8. 9.

10 11.

12. 13. Helix obversa. Born, p. (Carocolla Gualteriana. Lam. 7.)

14 _ 15. Helix citrina. Born p. (id. Lam. 44. Lin. Mull. Dillw.)


12
16
17
13
1
2
18
19
14
3
4
15
5
6
7
8
9.
10
11
20
21
C. Schütz

Helix algira. Lin. – Dr. Born. – Helix fer. (H. zonphthalmus. Lam.)

. Ex Pluvialis?

. Carocolla marginata. Lam. 11. (non Muller. n°. 241.)
Helix sagemon. Beck – Pfeiff. monogr. n°. 16
H. marginatoides. D'orb. – et H. marginelloides. ejusd.

10. Helix tornata. Born. p. (Carocolla albilabris. Lam. 2.)
Helix carocolla. Lin. Mull. Roissy – fer. – commune à S°. Rico

12. Anostoma depressa. Lam. 1

14. Helix sinuata. Lam. 50. j'en doute.

16 Helix maculata. Born. p. (id. Lam. n°. 34. – fer. 45.)
Helix irregularis. fer. n°. 44. – [illegible]

18. Helix hippocastanum. L.

20. Helix polygyrata. Born – Lam

22 Hel. pomatia. Dr. – var. sinistrorsa. Charp.

24. Cyclost. volvulus. Lk. 2.



5
9
10
1
6
2
13
14
3
19
4
17
18
7
20
8
11
15
16
12
21
22
23
24

à 19. Helix Citrina. Lin. – Born – Lam. Dillw. fr.

Helix ungulina. Born. n. (id. Lam. n° 29.) Helix badia Gm. Dillw.

Helix picta. Born. (helix picta. Lam. 14.) Helix Venusta. Dillw. Gm.

Helix aperta. Born. (helix naticoides. Drap. Lam. 13.)



7
5
6
8
9
10
3
4
1
2
15
16
11
12
21
22
13
14
19
17
18
20

Helix Versicolor. de Born, tab. 15. f. 9. 10.
id. Lam. n°. 12. tom. 6. p.
fer. Tabl. n°. 18.

Helix pi[illegible]. Lam. 78.


9
1
2
10
11
12
3
4
18
19
7
8
5
6
21
16
15
20
17
13
14


5
1
6
15
16
2
3
4
13
11
12
14
7
9
8
17
18
10
19
20
C. Schütz



4
5
1
2
6
8
7
9
3
11
10
12
15
14
16